Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Marcus Tullius Cicero

Marci Tullii Ciceronis Epistolae Ad Familiares

Witebergae: Witebergae: Selfisch: Seuberlich, [ca. 1610]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778426297/phys_0001
DFG

20. 8.

Curtius lib. 7.

Nihil tam alte natura constituit,
quò virtus animi non possit quasi
non ascendat.

Cd_3181.

C. II. c. 3123

XIX. 5. [illegible]

MARCI TVLLII

CICERONIS EPISTOLÆ AD FAMILIARES,

A Dionysio Lambino Monstrolienſi ex codicibus manuſcriptis emendatæ.

Ejuſdem D. Lambini annotationes, ſeu emendationum rationes.

ITEM, PAVLI MANVTII ANNOtationes breviſſimæ, in margine adſcriptæ.

Verba Græca Latinis expreſſa.

VVITEBERGÆ
Excudebat Laurentius Seuberlich.
Impenſis Samuel Selfiſch.

ANNO M. DC. XLI


Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

AD MATTHÆVM SENAREGAM, AMBROSII FILIVM, IN CICERONIS EPISTOLAS FAMILIARES Pauli Manutij Præfatio.

SÆPÈ ROGATVS À TE, quid sentirem de ijs annotatiunculis, at appellant, quas hominum eruditorum falsò, ut opinor, nomine in harum epistolarum margine adscriptas videmus; respondi demùm id, quòd res erat, leves omnino, minimeque dignas, quæ legerentur, mihi videri. tum tu, Cur igitur ipse, his, quæ tibi non probantur, deletis, eas, quæ plus habeant ponderis, quarumque nos vtilitas ad legendum alliciat, aliquando non reponis? debes tu quidem hoc non jam nostra causa solùm, sed filioli quoq; tui ALDI, qui qua ætate nunc est, jam harum epistolarum libros te auctore in manibus cœperit habere: si modò stas in eo, quod te sæpè confirmantem audivimus, hoc primùm Ciceronis libro puerilem ætatem ad eloquentiam esse informandam. Victus sanè, Matthæe, tuo studio, injecta præsertim de filio mentione; quem ijsdem, qui-

bus nos, itineribus ire volumus. Itaque, dum huic rei inservirem, dies aliquot majorum rerum occupationibus surripui: notavi cùm alia paucis verbis in margine, quæ fusiùs fortasse tractata, in vulgatis commentarijs reperientur, in quo placuit studiosorum commodo brevitate consulere: tum, ut arbitror, nonnulla, quæ partim aliqua in legendo vtilitas, partim novitas ipsa commendabit. Quod si ita erit; optimarum literarum studiosis gratulabor; tibi, qui me diu recusantem, ad hoc, quidquid operis fuit, impulisti, quasi de literis, ac dicam etiam de me ipso, benè merito, gratias habebo. Publicum enim beneficium semper cum meo beneficio conjunctum esse duxi.

Venetijs.

HISTO

HISTORIA DE PTOLOMÆO ÆGYPTI REGE, AD INTELLIGENTIAM LIBRI PRIMI.

REx Aegypti Ptolomæus, cognomento Auletes, quia tibijs canere, præter dignitatem regiam, solitus esset, pater Ptolomæi, qui magnũ Pompeium occidit, & Cleopatræ, notissimæ fœminæ; ejectus ab Ægyptijs propter flagitia, maximeq́; ob acerbissimam intolerabilium tributorũ exactionem, Romam venit, consulatum gerentibus P. Lentulo, & Q. Metello: queritur injuriam: pro sua, pro majorũ societate, veterrimoq́;, ac perpetuo erga populum R. studio, supppliciter orat, vt restituatur: impetrat magno negotio, vel Pompeij gratia, regis causam adjuvantis, eique non solùm amicitia, Mithridatico bello contracta, sed etiam hospitio cõjuncti: vel, quòd ejus Regis, quem senatus, ac populus Romanus biennio antè socium, amicumq́; appellasset; injurias vlcisci, non modò justum, sed exemplo etiam vtile, speciosumq́; videbatur. Accedebãt merita, nam, ut à Varrone scriptum Plinius memorat, Pompeio circa Iudæam bellũ gerenti, octo equitũ millia Ptolomæus, nullo reipub. sumptu, præsidio miserat. His de causis fit S. C. referente consule P. Lentulo, ut sortiantur consules, vter eum in regnũ reducat. Prior exijt sors Lentuli, simul cum administratione Ciliciæ; nam Hispania, quæ Metello Nepoti, eius collegæ obtigit, longè ab Ægypto remota, cum reductione Regis Alexandrini conjungenda non fuit. hujus, & S. C. & sortis in oratione in Pisonem mentio fit his verbis: Auderet Gabinius, si non acerrimè fureret, quam provinciam P. Lentulus, cùm & auctoritate senatus, & sorte haberet, interposita religione depoſuisset, eam sibi tum adsciscere, cùm, etiamsi religio non impediret, mos majorum tamen, & exempla, & gravissimæ legum pœnæ vetarent? Postea per C.

Catonem, tribunum pleb. objecta senatui religio est, prolato è Sibyllinis versib⁹ oraculo, ne Rex cum multitudine reducatur; si fiat, malo publico futurum. tum fit alterum S. C. referente Marcellino consule, regem cum multitudine reduci, periculosum reipub. videri, deinde, quis fine exercitu reducat; deliberatur. alij eum honorem Lentulo, quem jam antea & S. C. & sortis beneficio acceperat, conservabant: alij Pompeio mandandum, alij aliter censebant. varietas opinionum rem extraxit. Catonis verò, tribuni pleb. audacia disturbavit penitus, atque pervertit. Nam, & ab initio tribunatus, ut Fenestella docet apud Nonium, concionibus assiduis invidiam regi, ac Lentulo concitavit; & mox, lege etiam de abrogando Lentulo Ciliciæ imperio promulgata, animos eorum, qui Lentulo favebant, à minore cura ad summum timorem traduxit: Pompeium verò, in senatu asperè, & acerbè accusatum, eò redegit, ut consilium reducendi regis abijceret. itaque rex, desperato senatus auxilio, confugit ad Gabinium, Syriæ proconsulem: à quo, promissis decem talentorum millib⁹, Pompeio etiam qui eo anno cum Crasso consul fuit, admodũ pro eo contendente, facilè impetravit, ut restitueretur. ex quo postea Gabinius majestatis accusatus quod provinciæ suæ finibus, contra legem Corneliam de majestate, excessisset, corruptis judicibus absolutus est. mox tamen de repetundis in judicium vocatus, defendẽte, Pompeij rogatu, Cicerone, qui priore judicio accusaverat, odio maximè prioris judicij damnatus, publicatis bonis, in exsilium abijt: quem postea dictator Cæsar restituit. Hinc illa in eum obliquè conjecta in oratione, quam habuit in senatu, contra collegã eius, L. Pisonem: Seipsum, fasces suos, exercitum populi Rom. numẽ, interdictumq; deorum immortalium, responsa sacerdotũ, auctoritatem senatus, jussa populi, nomen, ac dignitatẽ imperij regi Aegyptio vendidit: in Aegyptum venit: signa contulit cum Alexandrinis: cepit Alexandriam. Atq; hoc in loco fœdam Appiani negligentiam dissimulare non possum, qui Gabinium, Pompeio tertiùm consule de majestate damnatum

tum putat: in quo dupliciter peccat, primùm temporis, deinde criminis inscientia. nam Gabinius biennio ante Pompeij tertium consulatum, Domitio & Appio cos. damnatus est, nõ de majestate, quo crimine, corruptis judicibus, evasit, sed de repetũdis, odio maximè judicij de majestate, quod corruptum esse constabat, vtrunq; docet Dionis historia, lib. 39. cui si fides abrogatur, ipse certè non refelletur Cicero, quo ego, præsertim in rebº illius ætate gestis, locupletiorem testem non quæro. is in epistola 36. ad Atticum, lib. 4. & lib. 113. ad Q. Fratrem, epistola 1v. prorsus patefecit ἀνεφρησίαν Appiani. Pulsus est Ptolomæus è regno post quatuor ferè annos, quàm regnare cœperat, Romamq; venit P. Lentulo, Q. Metello cos. q. quidem è Ciceronis agraria in Rullũ licet conijcere: in qua non hunc Auletem Ptolomæum, sed aliũ regnare, Alexandro rege mortuo, indicat his verbis: Eum, qui regnum illud hoc tempore teneat, genere regio non esse, video inter omnes cõvenire. De Aulete nunquam ita loqueretur de quo in oratione pro domo, cujus, inquit, cum patre, avo, majoribus societas populo Rom. juncta esset. Præterea socius, & amicus populi Romani Cæsare consule appellatus est. quod ipse Cæsar scriptum reliquit lib. 111. de bello civil. & Cicero epistola 36. lib. 11. ad Atticum idem significat. ut videatur paulò antè regnum accepisse, quod societate statim, atque amicitia populi Romani confirmandũ curavit. Quòd si Rex fuit ante Cæsarem consulem, nec fuit consule Cicerone, ut ex eius agraria oratione ostendimus: sequitur ut quarto ferè, aut tertio regni anno ejectus Romam venerit. quo anno, ut dixi jam, consulatum gerebãt Spinther Lentulus, & Metellus Nepos. Id quod non modò Livius, ut ex epitome cognoscitur, & Dio, sed Strabo etiam, gravis auctor, significat, cum ejectum ait esse Ptolomæum Gabinio Syriam obtinente, eique successisse Archelaum, Gabinij familiarem, vxore ducta trium Ptolomæi filiarum maxima Berenice, quam postea cum Archelao restitutus à Gabinio Ptolomæus interemit. Honor autem ille societatis, & amicitiæ populi Romani, à Ptolomæo,

ſicuti à reliquis quoq; Regibus, non mediocriter expetitus, cauſam attulit, vt anno proximo ab Aegyptijs eijceretur. emit enim ſocietatẽ à Cęſare conſule, eiuſq; genero Pompeio, ut Suetonius prodidit, ſex propè talentorum millibus: quæ ſunt, nummo noſtro, ſcutatorum tricies & ſexcenta millia: communi lingua, treis milliones, & ſexcenta millia: quam pecuniam mutuatus à fœneratoribꝰ, & amicis, quorũ è numero fuit C. Rabirius Poſtumus, quem poſtea Cicero defendit, intolerabilia tributa, ut creditoribus ſatisfaceret, Aegyptijs impoſuit. ex quo, multitudine concitata, pulſus eſt. Neq; verò tantã pecuniam Cæſari primùm à Ptolomæo datam, ut ei regnum ſocietate, & amicitia populi R. confirmaretur: deinde Gabinio, vt exactus reſtitueretur, quiſquã mirabitur, qui ex annuis Aegypti vectigalibus quantum caperet, animadvertet. capiebat enim talentorum duodena millia quinquagena, id eſt, ſcutatorum ſeptuagies quingena millia. quantum hodie vniuerſi Galliarũ regni, quod omnium regnorum fructuoſiſſimum habetur, annua tributa non conficiunt. Mirum etiam, quod à Varrone traditum ſcripſit Plinius, hunc Ptolomęum, Pompeio circa ludæam rem gerente, octona millia equitum ſua pecunia toleraviſſe, mille convivas, totidem aureis potorijs, mutantem vaſa cum ferculis, ſaginaſſe.

Epistolæ, quas familiares vocant, ſcriptæ ſunt omnes poſt conſulatum, ante exſilium, in exſilio, poſt exſilium: ante exſilium quinq;, prima omnium, quæ Pompeio Magno inſcribitur; altera Q. Metelli Celeris ad Ciceronem; tertia Ciceronis ad eum; quarta ad C. Antonium; quinta ad P. Sextium; quæ lib. v. omnes leguntur: in exſilio, ad Terentiam vxorem quinque. libro xiv. poſt exſilium reliquæ omnes. Ad Lentulũ libro i. diverſis temporibus, id eſt, toto triennio ſcriptæ ſunt: ſex quidem primæ, gerentibus conſulatum Marcellino, & Philippo: ſeptima & octava Pompeio & Craſſo: nona, Domitio, & Appio: quod ex earum argumentis, & obſervatione cognoſcitur hiſtoriæ.

CIGE-

CICERONIS EPISTOLARVM AD LENTVLVM

LIBER I.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ.

Publio Cornelio Lentulo Spintheri, gentis Patriciæ, Ciliciam Proconsulari imperio administranti, scribit Cicero de officio suo erga ipsum, in curanda regis Ptolomæi redactione: deinde, quia rem non perficiat, excusationem affert. Est autem excusatio multiplex, & quia Rex ipse à Pompeio restitui cupiat, & quia Pompeius idem cupere videatur; & quia consulares totam rem odio habeant; postremò, quia ipse, cùm Lentulo debeat, auctoritatis in caussa Regia non satis habeat.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

EGO omni officio, ac potius † pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacto. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, nisi perfecta re de me, non conquiesti, ego † quia non idem in tua caussa efficio, vitam mihi esse acerbam putem. In caussa hæc sunt: † Hammonius Regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem † creditores, per quos, cùm tu aderas, agebatur. Regis caussa si qui sunt, qui velint,

† Pietas erga optimè meritos, nõ solùm erga Deum & parentes epist. 9. hujus libri in principio & 6 lib. 2.

† Excusatio rei non perfectæ.

† A quibus pecuniam & Ptolomæus, & Rabirius sumpserat, ut Ptolomæo daret.

qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. Senatus religionis calumniam non religione sed malevolentia, & illius regiæ largitionis invidia comprobat, Pompeium & hortari. & orare, etiam liberius accusare, & monere, ut magnam infamiam † fugiat, non desistimus. Sed planè nec precibus nostris, nec monitionibus reliquit locum. Nam cùm in sermone quotidiano, tum in senatu palàm sic egit caussam tuam, vt neq; † eloquentia maiore quisquam, neq; gravitate, neq; studio, neq; contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. † Marcellinum tibi esse iratum scis. Is hac Regia caussa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat accipimus: quod instituit referre de † religione, & sæpè iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante Idus acta fit est: nam hæc Id bus v anè scripsi, & mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu, (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo S. C. quod te referente factum est, tibi decernit, ut Regem reducas, † quod commodo Reipub. facere possis: vt exercitum religio tollat, te auctorem Senatus retineat. Crassus treis legatos decernit; nec excludit Pompeium censet enim etiam ex ijs, qui † cum imperio sunt. Bibulus treis Legatos ex ijs, qui privati sunt. Huic assentiuntur reliqui Consulares, præter † Servilium, qui omninò reduci negat oportere: & Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeio decernit: & Afranium, qui assentitur Volcatio. quæ res auget † suspicionem Pompeij voluntatis. nam animadvertebantur Pompeij familiares assentire Volcatio. Laboratur vehementer, inclinata res

est

† Ne corruptus à Rege videatur.

† Tria conjungit: quia nec eloquētia sine gravitate multum posset, nec sine studio gravitas.

† Hic erat ex ijs, qui Regē reſti-tui volebāt.

† Parendum esse religioni, quæ vetabat Regē cum exercitu reduci.

† Antiqua locutio, alibi vsurpata, vide scholia in extremo libro.

† Vide Festum

† Isauricū, Consularem & triumphalem

† Pompeij cupiditatem notat.

† Opinor, tribuni ple-

Hoc enim

est. Libonis & Hypsæi non obscura concursatio & contentio, omniumq; Pompeÿ familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius caperè videatur, cui qui nolunt ÿdem tibi, quòd eum ornasti † non sunt amici. Nos in caussa auctoritatem ò mi nostram habemus, quòd tibi debemus. Gratiam autem nostram exstinguit hominum suspicio quòd Pompeio se gratificari putant. † Ut in rebus multò antè, quam professus es, ab ipso Rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeÿ clam exulceratus, deinde palàm à Consularibus exagitatus, & in summam † invidiam adductus, ita versamur. Nostram in te fidem omnes amorem tui absentis præsentes cognoscent. Si † esset in ÿs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. Vale.

de Hypsæo tradit Dio. lib. 39. ep. 12. ad Q. Fratrem

† Paullatim Lentulo Regis restituendi spem præcidit

† Rei difficultatem ostendit

† Propter aspertam Regis largitionem

† Ita se excusat ut culpam in alios reijciat.

ARGVMENTVM.

Scribit quid actum sit in senatu de caussa Regia; ostendit de Pompeio se bonè sperare, ab eius familiaribus timere. Tribuni pl. ne quid moliri contra se possint, provisum est.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D. 2.

QDIB. Ian. in senatu nihil est confectum propterea quòd dies magna ex parte cōsumtus est altercatione † Lentuli coss. & Caninÿ Tribuni pleb. Eo die nos quoque multa verba fecimus: maximeq; visi sumus senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commovere. Itaq; postridie placuit ut breviter sententiæ dicerentur: Videbatur enim † reconciliata nobis voluntas senatus esse: quod tum singuli appellandis rogandisq; perspexerant. Itaq; cùm sententia prima

† Hic est Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.

† Alienata iam ob regiam largitionem.

† Iure trium cõsolarium sententiæ primũ pronunciatæ sunt.

† Quæ vetabat Regẽ cum exercitu reditum.

† id est, multo plures, epi. 6. lib. 8.

† Inerat. Lentulus in Ciliciam proconsul.

† Excusat Pompeium de se bene meritum, & culpam confert in eius familiares.

† Altero post Idus die: cum Ianuarius haberet tantũ vndetriceno dies.

prima † Bibuli pronunciata esset, ut tres Legati Regem reducerent, secunda Hortensij, ut tu sine exercitu reduceres: tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: Postulatum est, vt Bibuli sententia divideretur. Quatenus de †religione dicebat, (cui quidem rei iam obstiti non poterat) Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortensij sententia, cùm Lupus tribunus pleb. quòd ipse de Pompeio retulisset, intendere cœpit, antè se oportere discessionem facere, quàm consules. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est, erat enim & iniqua, & nova. Consules neq; concedebant, neq; valde repugnabant: diem consumi volebant: id quod est factum. Perspiciebant enim in Hortensij sententiã †multis partibus plureis ituros: quanquam aperte Volcatio assentirentur. Multi rogabantur, adque id ipsum consulibus inuitis. Nam ei Bibuli sententiam valere cupiebant. Hac controversia vsque ad noctem ducta, senatus est dimissus: & ego eo die casu apud Pompeium cœnaui: nactusq; tempus hoc magis idoneum, quàm vnquam antea, quòd post †tuum discessum is dies honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo locutus, ut mihi videretur animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. †Quem ego ipsum cùm audio, prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis: cùm autem eius familiareis omnium ordinũ video, perspicio id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem à certis hominibus, non inuito Rege ipso consiliarijsq; eius, esse corruptam. Hæc scripsi ad †XVI. Kalendas Febru. ante luccm. Eo die senatus erat futurus. Nos in senatu, quem-

quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus. Quòd ad † popularem rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut deniq; sine vi possit. De his rebus pridie quam hæc scripsi, senatus auctoritas grauissima interceßit: cui cùm * Cato & † Caninius interceßissent, tamen est perscripta. eam ad te missam esse arbitror. De cetera rebus quidquid erit actum, scribam ad te; & ut quàm rectissimè agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia providebo. Vale.

† Timebat à tribunis pl.

† Hi erant tribuni pl. Lentulo inimici.

ARGVMENTVM.

Commendat A. Trebonium, amicum suum, splendidũ equitem Romanum. Huius autem generis epistolarum quatuor partes solent esse: vt amicum nostrum ostendamus eum, quem commendamus: vt bonum virum, & dignum qui commendetur: vt æquitatem rei, de qua scribimus: denique vt beneficij memorem futurum, simulq; nos ipsos significemus. Quæ in hac epistola non planè omnia sunt expressa.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. D.

AVlo † Trebonio, qui in tua provincia magna negotia, & ampla, & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Is cùm antea semper & suo † splendore, & nostra, ceterorumq; amicorũ commendatione gratiosissimus in provincia † fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostramq; necessitudinem vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo, commendoq; tibi eius omnia negotia, libertos, procu-

† Ex equestri ordine.

† Diuitias & liberalitatem significat. ep. 16. lib. 12.

† Tua, Ciliciæ, & Asiæ parte.

† Servos ep. 20 lib. 12. † Forte is est ad quem scribit epist. 12 lib. 6. & ep. 29. lib. 10. & ep. 12. lib. 8. ad Att.

ratores, † familiam: in primisq; ut, quæ T. † Ampius de eius re decrevit, ea comprobes, omnibusq; rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Laudat officium suum, tum subiungit de calumnijs adversariorum, per quos steterit, quo minùs res conficeretur, à senatu ostendit se bene sperare, sed eum habiturum non nisi post multos dies: vim timet postremo loco, senatum & populum benè sentire de Lentulo significat.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D. 4

† V. Pompeius Reges reduceret. † Sententiarum. † Consularē, & triumphalem. † Quæ habebātur Sextili mense † De comitialib. diebus ep. 6. & lib. 2 ad Q. Fratrem † Cum dicerent, Sibyllæ versibus Regis restitutionem prohiberi. Dio lib. 39. † A quibus extracta res est varijs calumnijs.

AD XVI. Kalend. Febr. cùm in senatu pulcherrimè sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, vnumq; certamen esset relictum cum sententia † Volcatij; res ab aduersarijs nostris extracta est varijs calumnijs. Causam enim frequens senatus, in magna † varietate magna invidia eorum qui à te causam regiā aliò transferebant, obtinebamus. Eo die acerbam habuimus † Curionem, Bibulū multò iustiorē pæne etiā amicum. Caninius & Cato negarunt se legem vllam ante † Comitia esse laturos. Senatus haberi ante Kalendas Febr. per legē † Pupiam id quod scis non potest. neq; mense Febr. toto, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Hæc tamen opinio est populi Rom. à tuis invidis atq; obtrectatoribus nomen inductum ficticæ religionis; non tam vt te impedirent, quàm ut ne quis † propter exercitus cupiditatē, Alexandriam vellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo est quin existimet habitam esse rationem à senatu. Nemo est enim qui nesciat, quò minùs discessio fieret, per † aduersarios

farios tuos esse factum: qui nunc populi Rom. nomine, te autem vera sceleratissimo latrocinio si qua conabuntur agere; satis provisum est, ut nequid saluis auspicijs, aut legibus, aut etiam sine vi agere possint * Ego neq; de meo studio, neq; de nonnullorum iniuria scribendã mihi esse arbitror. Quid enim aut me ostentem, qui, si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus? aut de aliorum iniurijs querar, quod sine summo dolore facere non possum? Ego tibi à vi, hac præsertim imbecillitate* magistratuum, præstare nihil possum: vi excepta, possum confirmare, te & senatus, & populi Ro. summo studio amplitudinem tuam retenturum. Vale.*

* His comitialibus diebus epistolã ad Q. Fratrem.

* Artificiosè suum officium extollit, & aliorũ iniurias insectatur.

* Qui si fortes essent, vim prohibere possent.

ARGVMENTVM.

Semper exorditur à commemoratione officij sui, subjungit de Catonis tri. ple. lege promulgata, ut Lentulus de Cilicia revocaretur. Causam regiam à Pompeio depositam significat, quo majorem spem habere Lentulus debeat.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. D.

*TAmetsi nihil mihi fuit optatius, quàm ut primùm abs te ipso, deinde à cæteris omnibus quàm gratissimum erga te esse cognoscerer: tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora post tuum profectionem esse consecuta, ut & meam, & cæterorum erga te fidem, & benevolentiã absens * experiremini. Te videre & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego [illegible] * salute sum expertus, ex tuis literis intelligo. Nos cum maximè consilio, studio, labore, gratia,*

* In causa Regia, & in Catonis iniuria.

* Quia negarat Cato se legem vllam ante Comitia laturum.

tia, de cauſſa regia niteremur, ſubitò exorta eſt neſaria Catonis promulgatio, quæ noſtra ſtudia impediret, & animos à † minore cura ad ſummum timorem traduceret. Sed tamen in eiuſmodi perturbatione rerum, quanquã omnia ſunt metuenda, nihil magis quàm perfidiam timemus: & Catoni quidem (quoquo modo ſe res habet) profectò reſiſtimus. De Alexandrina re, cauſſãq; Regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſq; præſentibus cumulatè ſatisfacturum. Sed vereor, ne aut † eripiatur nobis, aut deferatur: quorum vtrum minùs velim, non facilè poſſum exiſtimare. Sed ſi res coget, eſt quiddam tertium, quod neq; Selicio, neq; mihi diſplicebat: vt neq; iactêre Regem patere mur, neq; nobis repugnantibus ad † eum deferri, ad quem propè iam delatum exiſtimatur. A nobis agentur omnia diligenter: vt neq; ſi quid obtineri poterit, non contendamus: neq; ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. † Tuæ ſapientiæ, magnitudiniſq; animi eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute, atq; in rebus geſtis tuis, atq; in tua gravitate poſitam exiſtimare. Si quid de ijs rebus, quas tibi † fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illius fraudi quàm tibi, futurum. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi: vtorq; ad omnia Q. Selicio. Neque enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore eſſe iudico, neq; amantiorem tui. † Hic quæ agantur, quæq; acta ſint, ea te ex literis multorum, & nunciis cognoſſe arbitror. Quæ autem poſita ſunt in coniectura, quæq; mihi videntur fore, ea puto tibi à me ſcribi oportere. Poſtquàm Pompeius apud populum ad VIII. Idus Febr.

† Gravius enim eſt eripi nobis, quod habemus, quam non dari quod cupimus.

† Vt vel alius reſtituat, vel tota re abjecta reſtituat nemo.

† Pompeiũ ſignificat.

† Conſolatur Lentulũ re penè deſperata.

† Animi enim bona eripi non poſſunt.

† Non dubium eſt, hoc eſſe principium alterius epiſtolæ, cùm ſuprà regem dicat ad Pompeium eſſe delatũ; infra verò à Pompeio rẽ depoſitam.

Febr. cùm pro Milone diceret, clamore, conviciog; iactatus est, in senatug; à Catone asperè & acerbè omnium magno silentio est accusatus: visus est mihi vehementer esse perturbatus. Itaq; Alexandrina caussa quæ nobis adhuc integra est (nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest) videtur ab illo planè esse deposita. Nunc id speramus, idq; molimur, ut Rex, cum intelligat, sese id quod cogitabat, ut à Pompeio reducatur, assequi non posse, & nisi per te sit restitutus, desertum se, atq; abiectum fore, * proficiscatur ad te. Quod sine vlla dubitatione, si Pompeius paullum modò ostendere sibi placere, faciet. Sed nosti hominis * tarditatem & taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, prætermittimus. Ceteris iniurijs, quæ propositæ sunt à Catone facilè, ut spero, * resistemus. Amicum ex consularibus neminem esse tibi video, præter Hortensium & Lucullum. Ceteri sunt partim obscuriùs iniqui: partim non dissimulanter irati. Tu fac animo forti, magnoq; sis. Spereq; fore, ut fracto impetu * levissimi hominis, tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare, Vale.

epist. 1. lib. 1. ad Q. Fratr.

* De te vna cogitet.

* Non statim solebat Pompeius ostendere, quid vellet epist. 4. lib. 8.

* Invento Tribuno pl. qui legi promulgatæ intercedat.

* Catonis.

ARGVMENTVM.

Tota videtur esse consolatoria epistola. Consolatur enim Lentulum ex comparatione temporũ suorum, cùm in exsilium pulsus, ad extremum & patriam, & dignitatem recuperavit. Et brevis est epistola, quia Pollio ad Lentulum ibat, omnia narraturus.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D.

QVÆ gerantur, accipies ex * Pollione, qui omnibus negotijs non interfuit solùm, sed & præfuit. Me in sum-

* Asinio gratis ep. 13. lib. 10.

in summo dolore, quem in † tuis rebus capio, maximè scilicet consolatur spes: quòd valdè suspicor fore, ut infringatur hominũ improbitas & consilijs tuorum amicorum, & ipsa die, quæ debilitat cogitationes & inimicorum, & † prodigorum. Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quàm † mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem vnquam timenda duxisti. Sed præsta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, vnguiculis es cognitus. † Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominũ iniuria. A me omnia summa in te studia, officia, expecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

† Quia non præsto quòd tu in meis præstitisti. ep. 15 lib. 15 & vlt. lib. 1. ad Q. Fr.

† Quorum infidelitate laboramus epist. 1. huius libri.

† Cum ejectus patria est, bonis publicatis.

† Maior enim virtus apparet in rebus adversis epist. 10. lib. 5.

ARGVMENTVM.

Lentuli literis respondet: de Alexandrina rescribit, quid Pompeio, ipsiq; videatur: ut tamen totum illud consilium Lentuli sapientiæ permittat: adjungit de Milone, & Clodio, de statu reipub. de filiæ nuptijs.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. D. 7.

LEgi tuas literas quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quòd crebrò certior per me fiat de omnibus rebus, & meam erga te benevolentiam facilè perspiciat. Quorum alterum mihi, ut te plurimùm diligam facere necesse est, si volo is † esse, quem tu me esse voluisti: alterũ facio libenter, ut, quoniam intervallo locorum, † ac temporum disiuncti sumus, per literas tecum quàm sæpissimè colloquar. Quod si variùs fiet quàm tu expectabis, id erit causæ, quòd non eius generis mæ

† Gratus pro tuo in me merito

† Erat enim annua provinciarum administratio: quod si

literæ

literæ sunt, ut eas audeam temerè committere. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. Quòd scire vis, qua quisq; fide in te sit, & voluntate: difficilè dictu est de singulis. Illud vnum audeo, quod antea tibi sæpè significavi, nunc quoque re perfecta & cognita scribere: vehementer quosdam homines, & eos maximè, qui te & maximè † debuerunt, & plurimùm iuvare potuerunt, invidisse dignitati tuæ: similimamq; in re dissimili, tui temporis nunc, & nostri † quondam fuisse rationem: ut quas tu reipub. causa læseras, palàm te oppugnarent quorum † auctoritatem dignitatem voluntatemq; defenderas, non tàm memores essent virtutis tuæ, quàm laudis inimici. Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidũ tui, studiosum Lucullum, ex magistratibus autem L. † Racilium & fide & animo in te singulari. Nam nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem † beneficij tui fortasse pleriq; offensiõi maiorem auctoritatem habere videatur, quam sententiæ. Præterea quidem de consularibus † nemini possum aut studij erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. Etenim Pompeium qui mecum sæpissimè, non solùm à me provocatus, sed etiam sua † sponte de te communicare solet cum temporibus illis non sæpè in senatu fuisse. Cui quidem literæ tuæ, quas proximè miseras quòd facilè intellexerim, perjucundæ fuerunt. Mihi quidẽ humanitas tua, vel summa potius sapientia non jucunda solùm, sed etiam admirabilis visa est. Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum † liberalitate devinctum, nonnihil suspicantem propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis,

longior, extra ordinem.

† Perfidiam & hic notat epi. 1. & 5.

† Loquitur de tempore exsilij sui.

† In consulares dictum videtur.

† Tribunum pl. ep. 1. lib. 2. ad Q. Fr.

† Quia re referente atque adjuvante sum ab exsilio revocatus.

† Idem epist. 5.

† In quo benevolentiam significat.

† Quia Lentulus eum ornaverat, ut est ep. 1. hujus libri.

tu, te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti. Qui mihi cùm semper tuæ laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore * Caniniano, tùm verò lectis tuis literis perspectus est à me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam sic habeto, me, cum illo te sæpe communicata, de illius ad te sententia atq; auctoritate scribere: quoniam S C nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit eaq; quæ de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino Regem reduceret, tantum vim habet, ut magis * iratorum hominum studium quàm constantis senatus consilium esse videatur: te perspicere posse, qui Ciliciam, * Cyprumq; teneas quid efficere, & quid consequi possis: & si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam atq; Aegyptum tenere possis, esse & tuæ, & nostri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco Rege collocato, te cum classe, atq; exercitu proficisci Alexandriam: ut, cùm eam pace, præsidijsq; firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum Senatus initio * censuit: & sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibyllæ placere dixerunt. Sed hæc sententia sic & illi, & nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo consilio existimaturos videremus: si cecidisset ut volumus & optamus, omnes te & sapienter & fortiter fuisse aliquid esset * offensum, eosdem illos & cupidè & temerè fecisse dicturos. Quare quid assequi possis non tàm facilè est nobis, quàm tibi, cuius propè in * conspectu Aegyptus est, iudicare. Nos quidem hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse te illius regni * potiri, non esse

* Alij Catoniano: ut intelligatur tempus, quo Cato legem promulgavit de abroganda Lentulo provincia.

* Ob Regis largitiones

* Ergo & Cyprus à Cilicia proconsule regebatur, cui à P. Clodio lege lata, effectum est publicata: ut historia demonstrat.

* Cum ipse Lentulus Consul retulit de Rege reducendo. ut ep. prima.

* Offensum esset, si Alexandrinis Regem reijcientibus, ventum esset ad arma.

* Ep. 11. n.

* Vt Aegyptij Ptolo-

esse cunctandum? sin dubium non esse conandum illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia cesseris, fore ut absens è multis: cùm redieris, ab omnibus collaudere, offensionem esse periculosam propter interpositam † auctoritatem, religionemq; video. Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, sic à dimicatione deterreo: redeóq; ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium, non tàm ex consilio tuo, quàm eventu homines esse facturos: Quod si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi videbitur, placebat illud, ut si Rex amicus tuus, qui per provinciam tuam, atq; imperij tui provincias, pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset, & auxilijs eum tuis & copijs adiuvares: eam esse naturam & rationem † Provinciæ tuæ, ut illius reditum vel adiuvando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione, quid † res, quid causa, quid tempus ferat, tu facilime optimèq; perspicies; quid nobis placuisset, ex me potissimum putavi te scire oportere. Quòd mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de levitate & imbecillitate Clodij gratularis: minimè miramur, te † tuis, vt egregium artificem, præclaris operibus lætari. Quanquam est incredibilis hominum perversitas (gravior enim verbo vti non libet) qui nos, quos favendo in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt; quorum malevolentissimis obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra diuturnáq; † sententia propè iam esse depulsos: non nos quidem ut nostræ dignitatis simus obliti, sed ut habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat verumq; præclarè, si esset fides, si gravitas in hominibus † consularibus: sed tanta est in plerisq; levitas, ut eos non tam constantia in re-

† Auctoritas Senatus tollebat restitutionem Regis. Religio Sibyllinorũ carminum restituit Regem cum multitudine veratas.

† Ex Cilicia enim traijcitur in Aegyptum.

† Latius patet, quam causa, causam autem Alexandrinam significat, sic locutus etiam ep. 6. lib. 1.

† Cum enim per te maximè sim restitutus, hæc maxime à te sunt

† cũ dignitatis rationem habeamus, habemus sine salutis curã.

† Eosdẽ carpit ep. 7. hæc ipsa, in principio.

in republica nostra delectet, quàm splendor offendat. Quod eò liberiùs ad te scribo, quòd tu non solum temporibus his, quæ per te sum adeptus, sed & iam olim nascenti propè nostræ laudi dignitati, virtutiq; præfuisti: simulq; quòd video, non ut antehac putabam † novitati esse invisum meæ: in te enim, homine omnium † nobilissimo, similia inuidorum vitia perspexi: quem tamen illi esse in principibus facilè sunt passi, evolare altiùs certè noluerunt. Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam. Multum enim interest, virùm laus imminuatur, an salus deseratur. Me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est. † Curasti enim, ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm demptum de fortuna videretur. Te verò † moneo, cùm beneficijs tuis, tùm amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam à pueritia inflammatus fuisti, omni cura atq; industria consequare: magnitudinem q; animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperq; amavi, ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio † liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hæc, profectò vides, quantò expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cùm aliquantum ex provincia, atq; ex imperio laudis accesserit. † Quanquam te ita gerere volo, quæ per exercitum atq; imperium gerenda sunt; ut hæc multò antè mediteré, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas: sentiasq; id, quod quia semper speraſti, non dubito quin adeptus intelligas, te facilimè posse † obtinere summum atq; altissimum gradum civitatis. Quæ quidem mea cohortatio, ne tibi inanis, aut sine caussa suscepta videatur, illa me ratio movit, ut te ex nostris even-

† Quia erat homo Arpinas.

† Erat enim patriciæ Gentis & maioribus ortus clarissimis.

† Cum me in patriam restituisti.

† Timet ne Lentulus propter improborum iniurias abijciat reip. curam.

† Quam amplis ostenderat, lib. 2. de officijs.

† Ita eum hortatur, ut multam velit cautionem adhibere.

† Tueri & conservare, jam enim dixit adeptus.

eventis communibus admonendum putarem, vt considerares in omni reliqua vita, quibus † credores, quos caveres. Quòd scribis te velle scire, qui sit reip. status: summa dissensio est, sed contentio disparat. Nam † qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse tantùm mihi videntur stultitia, & inconstantia Adversariorum, ut etiam auctoritate, iam plus valerent. Itaq; perterritis adversantibus, omnia, quæ ne per † populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. Nam & stipendium Cæsari † decretum est: & decem legati: & ne ei Lege † Sempronia succederetur, facilè perfectum est. Quod ego ad te brevius scribo, quòd me status hic reip. non delectat: scribo tamen, ut te admoneam, quod ipse literis omnibus à pueritia deditus, † experiendo tamẽ magis, quam discendo, cognovi, ut tu rebus tuis integris dis as, neq; salutis nostræ rationem habendam nobis esse sine dignitate, neq; dignitatis sine salute. Quod mihi † de filia, & de Crassipede gratularis: agnosco humanitatem tuam: optoq; & spero, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cùm cæteris artibus, quibus † studuisti semper ipse, tùm in primis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac præstantior disciplina. Quem nos, & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperq; dilexit, in primis amamus, carumq; habemus. Vale.

† Notat amicorum Lentuli perfidiam.
† Factio Cæsaris, & Pompeij, optimatibus adversa.
† Qui maximè Cæsari & Pompeio faveba.
† Oratio de provincijs.
† Lex Sempronia erat, ut annua tãtùm esset provinciarũ administratio, oratio pro domo.
† Cùm ego didicerim in adversa fortuna.
† Filiã suam post mortẽ Pisonis Crassipedi collocavit.
† Fuit enim literis instructus, vide librum de claris oratoribus.

ARGVMENTVM.

Tota est epistola contra mores immutatos: & hoc artificiosè, ut intelligat Lentulus, jam sibi nihil sperandum de rege reducendo.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCONSVLI S. D.

DE omnibus rebus, quæ ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optimè ex * Emplatorio cognosces: qui non solùm interfuit his rebus sed etiam præfuit: neq; vllum officium erga te hominis * amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces: quæ quales sint, non facilè est scribere. Sunt quidem certè in amicorum nostrorum potestate, atq; ita, ut nullam mutationem vnquam hac hominum ætate habitura res esse videatur. Ego quidem ut debeo, & ut tute mihi præcepisti, & ut me dignitas, vtilitasq; cogit, me ad * eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Sed te non præterit, quàm sit difficilè, sensum in rep. præsertim rectum, & confirmatum, deponere. Veruntamen ipse me conformo ad eius voluntatem, à quo * honestè dissentire non possum. Neq; id facio, ut forsitan quibusdam videor, simulatione. Tantum enim animi inductio, & me hercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, quæ illi vtilia sunt, & quæ ille vult, ea mihi omnia iam & recta, & vera videantur, neq; (ut ego arbitror) errarent ne * adversarij quidem eius, si, cùm pares esse non possent, pugnare desisterent. Me quidem etiam illa res consolatur, quòd ego is sum, cui vel maximè concedant omnes, vt vel ea defendam, quæ Pompeius velit: vel taceam. vel etiam, id quod mihi maximè lubet, ad nostra me studia referam literarum: quod profectò faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quæ enim proposita fuerant nobis, cùm & honoribus amplissimis,

* Aut liberti nomen, aut mendosam, fortasse C. Platorio.

* Tria requiruntur in curando negotio, amor, prudentia, diligentia.

* Pompeiũ intelligit, qui Lentulum adiuverat in restituendo Ciceronc,

* Cum ei plurimum debeam.

* M. Catonem, Hortensium, & alios intelligit, Pompeij, Cæsarisq; potentiam oppugnantes.

simis, & laboribus maximis perfuncti essemus dignitas in sententijs ducenda, libertas in rep. *capessenda, ea sublata tota, sed nec mihi magis, quàm omnibus: Nam aut assentiendum est nulla cum gravitate *paucis, aut frustrà dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam caussam maximè scribo, ut iam *de tua quoq; ratione meditêre. Commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ: otium nobis exoptandum est: quod ij, qui potiuntur rerum, præstaturi videntur, si *quidam homines patientiùs eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem fortis, & constantis senatoris, nihil est, quod cogitemus. Amissa est culpa eorum, qui à senatu & *ordinem coniunctissimum & hominem clarissimum abalienarunt. Sed ut ad ea, quæ coniunctiora rebus tuis sunt, revertar, Pompeium tibi valdè amicum esse cognovi; & eo tu *consule (quantum ego perspicio) omnia, quæ voles, obtinebis: quibus in rebus me sibi affixum ille habebit: neque à me ulla res, quæ ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor, ne sim ei molestus: cui iucundum erit etiam propter id ipsum, quòd me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse vel minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit, quàm meæ res omnes, idq; cùm sentiam, sedulitate mihimet ipse satisfacere possum: re quidem ipsa idcò mihi *non satisfacio, quòd nullam partem meritorum tuorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te valdè benè gessisse vumor erat. Expectabantur literæ tuæ, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti: quæ si erunt allatæ, nostrum studium exstabit in *conveniendis magistratibus & sena-

* Administranda.

* Contra remp. suæ potentiæ causa sentientibus.

* De rege reducendo.

* Maximè autē M. Cato, nimis in rep. severus.

* De ordine equestri loquitur, & de Pompeio.

* Consul enim erat cum Marco Crasso.

* Dixit id̄ initio primæ epistolæ.

* Vt supplicationes tibi decernantur.

senatoribus. Cetera, quæ ad te pertinebunt, cùm etiam plus contenderimus, quàm possumus, minus tamen faciemus, quàm † debemus. Vale.

† Vincentur enim tuis meritis officia mea, idem alijs verbis ep. 4. li. 6. in fine.

ARGVMENTVM.

Quærenti Lentulo, cur cum inimicis in gratiam redierit, causas exponit consilij sui, & ostendit velle se rationem tàm salutis habere, quàm dignitatis, & eorum obsequi voluntati, à quibus de se optimè meritis honestè dissentire non potest. Pompeium autem maximè significat.

M. T. CICERO P. LENTVLO PROCOS. S. P. D.

PEriucundæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem. quid enim dicam benevolentiam, cùm illud ipsum gravissimum & † sanctissimum nomen pietatis leviùs mihi meritis erga me tuis esse videatur? Quòd autem grata tibi mea erga te studia scribis esse: facis tu quidem † abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine vllo nefario scelere non possunt. Tibi autem multò notior atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni quo disiuncti fuimus, & vna, & Romæ fuissemus. Nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodq; & in primis potes, & ego à te vehementer expecto, in sententijs senatorijs, & in omni actione atque administratione reip. floruissemus. De qua ostendam equidem paulò post qui sit meus sensus & status: & referibam tibi ad omnia, quæ quæris. Sed certè & ego te † auctore amicissimo ac sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non † imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè vsus esses quanquam

† Proprièenim erga deos vsurpatur, Ep. 1

† Discè quid sit officium boni viri, sua enim erga Lentulum benemeritum studia non modò non extollit, sed quasi dissimulat.

† In cõsilijs capiendis.

† Modesta suimet laudatio.

tus

tua quidem causa te esse * imperatorem, provinciamq; benè gestu rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, lætor. Sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores & præstantiores præsens capere potuisses. In eis verò ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationem salutis meæ, partim invidere propter illius * actionis amplitudinem & gloriam mirificum me tibi comitem præbuissem. Quanquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimum fractam illam, & debilitatam vim suam contulit: * nostram vicem vltus est ipse sese: ea est enim conatus quibus patefactis, nullam sibi in posterum non modò dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in meis rebus esse experiū, quàm etiam in tuis: tamen in * molestia gaudeo eandem fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quàm ego * maximo dolore cognoram. De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari: vt tibi rescribam ad ea quæ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum me cum Cæsare, & cum Appio esse in * gratia: teq; id non reprehendere adscribis. Vatinium autem scire te velle ostendis: quibus rebus adductus defenderim & laudarim. Quod tibi vt planiùs exponam altiùs paulò rationem consiliorum meorum repetam necesse est. Ego * me, Lentule, initio rerum atque actionum tuarum non solùm meis, sed etiam reip. restitutum putabam: & quoniam tibi incredibilem * quendam amorem, & omnia in te ipsum summa & singularia studia deberem, reip. quæ te in me restituendo multum adiuuisset, eum certè me animum

* Ab exercitu post victoriam appellatum, vide epist. 10 lib. 2.

* Quod à te communis sum restitutus.

* Quod in illium nos facere oportuit, fecit ipsemet.

* Sic tu contradixeris, in voluptate doleo.

* Idem significat epist. 6. & 7.

* Per Cn. Pompeium, cujus filio Appij filia nupserat.

* Narratio altera petita, ut incōstantiæ crimen à se depellat.

* Quasi dicat, quem tibi satis explicare non possum.

mum meritò ipsius debere arbitrabar, quem anteà tantum modò communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio, debitum præstitissem. Hac me mente fuisse, & senatus ex me, te † consule, audivit, & tu in nostris sermonibus collocutionibusq; ipse vidisti. Etsi iam primus temporibus illis, multa rebus meis offendebatur animus cùm te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Nam neq; de monumentis meis ab ijs adiutus † es à quibus debuisti, neq; de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus: neq; herculè in ijs, ipsis rebus, quæ quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen à me minimi putabantur, in meis damnis ex auctoritate senatus sarciendis, eam voluntatem, quam expectáram, præstiterunt. Quæ † cum viderem (neq; enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quàm erant illa grata, * quæ fecerant. Itaq; quanquam & Pompeio plurimum te quidem ipse prædicatore ac teste debebam; & eum non solùm beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen non reputans quid ille vellet, in omnibus meis sententijs de rep. pristinis permanebam. Ego sedente Cn. Pompeio, cùm, ut † laudaret P. Sextium, Pompeius introijsset in vrbem, dixissetq; testis Vatinius, me fortuna & felicitate C. Cæsaris commotum, illi amicum esse cœpisse: dixi me, eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victorijsq; antefer re, dixiq; eodem teste alio loco, eosdem esse qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. Ista verò interrogatio mea nihil habuit, nisi re-

† Postea quam restitutus à te sum eo ipso anno.

† De domo recuperanda, quam Clodius partim everterat, partim consecraverat.

† Eadẽ verba in oratione pro Sextio.

† Cum te in me restituendo adiuverunt.

† In iudicio cũ Sextius de vi accusatus causam diceret.

† Bibulus enim armorũ metu domo inclusus, consul fuerat titulo tenus.

prehen-

prehensionem illius † tribunatus: in qua omnia dicta sunt libertate, animoq; maximo de vi, de auspicijs, de donatione regnorum. neq; verò hac in causa modò, sed constanter sapè in senatu. Quinetiam Marcellino & Philippo Coss. Nonis Apr. mihi est senatus assensus, ut de † agro Campano frequenti senatu idibus Maijs referretur. Num potui magis in arcem illius causæ inuadere, aut magis obliuiscì † temporum meorum, meminisse actionum? Hac à me sententia dicta, magnus animorum motus est factus, cùm eorum, quorum oportuit: tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. Nam hoc S. C. in meam sententiam facto, Pompeius, cùm nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, & in Africam profectus est: coq; itinere † Lucam ad Cæsarem venit: vbi multa de mea sententia quæstus est Cæsar, quippe, qui etiam Rauennæ Crassum antè vidisset, ab coq; in me esset incensus, sanè molestè Pompeium id ferre constabat: quod ego cùm audissem ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui. Quem cùm in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quàm Luca discesserat, conuenisset; Te, inquit, ipsum cupio: nihil oportuniùs potuit accidere: nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. Quid multa? quæstus est graviter: sua merita commemorauit, quid ego esset sæpissimè de † actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidq; sibi is de me recepisset, in memoriam redegit: quæ de † mea salute egisset, voluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius causam, dignitatémq; mihi ut commendaret, rogauit, ne eam non oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hæc cùm ad me frater pertu-

† Tribunus fuerat Vatinius consule Cæsare.

† Dividendo, ep 8. lib 8. & ep. 20. lib 11.

† Tempora pro calamitatibus, & hic, & alibi non semel vsurpantur.

† Provincia Gallia, cui praerat Cæsar, initium erant coloniæ duæ, Lucæ ad inferum mare, ad superum Rauenna.

† Confirmandis à senatu.

† De meo ab exsilio reuocando.

pertulisset, & cùm antè tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, * vt integram mihi de causa Campana ad suum reditum rem servarem, collegi ipse me, & cùm ipsa quæsti reipub. collocutus sum, vt mihi tam multa pro se perpesso, atq; perfuncto concederet, vt officium meum, memoremq; in benemeritos animum, fidemq; fratris mei præstarem eumq; quem bonum civem semper habuisset, * bonum virum esse pateretur. In illis autem meis actionibus, sententijsq; omnibus, quæ * Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me. Qui cùm illa sentirent in rep. quæ ego agebam, semperq; sensissent, me tamen non satisfacere Pompeio, Cæsaremq; inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multò illud * magis, quòd inimicum meum (meum autem) immò verò legum, iudiciorum, otij, patriæ, bonorum omnium, sic * amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, non illi quidem vt mihi * stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certè vt facere se arbitrarentur. Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus, rationibusq; subductis, summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breviter exponam. Ego si ab improbis, & perditis civibus reip. teneri viderem, sicut & * meis temporibus scimus, & nonnullis * alijs accidisse accepimus, non modò præmijs quæ apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus illis, quibus tamen moventur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerem, ne si summa quidem

eorum

* Vt nihil agerem ante quã ipse redijsset.

* Arguit ab honesto.

* Quia Cæsaris soceri sui potentiæ faveret.

* Arguit ab injuria, ut excusset mutationem consilij sui.

* Oratio de provincijs.

* Pro, iram commoverent.

* Vt à Mario & Sylla.

* Vt à decemuiris. Liv. lib. 3.

eorum in me merita constarent. * cùm autem in rep. Cn Pompeius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam & gloriam maximis in rempublicam meritis, præstantißimisq; rebus gestis esset consecutus, cuiusq; ego dignitatis ab adolescentia fautor, in * prætura autem & in consulatu adiutor etiam extitissem: cumq; idem auctoritate, & sententia per se: consilijs & studijs te cum me adiuvisset, meumq; inimicum vnum in civitate haberet inimicum: non putavi famam in constantia mihi pertimescendam, si quibusdam in sententijs paulùm me immutassem, meamq; voluntatem ad summi viri, de meq; optimè meriti dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, vt vides, in coniuncta & causa & dignitate. Hic multum valuit cùm vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & * Q. fratri cum Cæsare fuisse: tùm humanitas eius ac liberalitas, brevi tempore & literis & officijs perspecta nobis cognita. Vehementer etiam res ipsa publica me movit: quæ mihi videbatur contentionem, præsertim maximis rebus à Cæsare * gestis, cum illis viris nolle fieri, & ne fieret, vehementer recusare. Gravißimè autem me in hanc mentem impulit & Pompeij fides, quam de me * Cæsari dederat & fratris mei, quam Pompeio. Erant præterea hæc animadvertenda in civitate, quæ sunt apud Plat. nostrum scripta divinitus: Quales in rep Principes essent, tales reliquos solere esse civeis. Tenebam memoria nobis consulibus ea * fundamenta iacta ex * Kalen Ianuarijs confirmandi senatus, vt neminem mirari oporteret, Nonis Decembribus tantùm vel animi fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. idemq; memineram, nobis primatis vsq; ad Cæsarem

* A Pompeij persona.

* Prætor oratione habuit pro lege Manilia: consul retulit de supplicationib. Pompeio decernendis bello Mithridatico confecto. Oratio de provincijs.

* Quinctus enim erat Cæsaris legatus in Gallia.

* Arguit à Cæsaris meritis in se, & in remp. in Gallia

* Cum in me restituendo recepit, me illi adversarium nō futurum, oratio de provincijs.

* Epist. 29. lib 10.

* Quo die Consulatus inibatur.

* Quo anno senatus auctoritas à Cæsare imminuta.

sarem & Bibulum * Coß. cùm sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent, vnum ferè sensum fuisse bonorum omnium. Postea cùm tu Hispaniam citeriorem cum imperio * obtineres neq; resp. consules

* Ex prætura. erat enim tunc Hispaniæ citerior provincia prætoria.

haberet, sed mercatores provinciarum, & seditionum servos ac ministros: iecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem, dissensionemq; civilem. Quo in discrimine, cùm * mirifica

* Mirifica, incredibilis, singularis, epithetorũ copia.

senatus, incredibilis Italiæ totius, * singularis bonorum omnium consensio in me tuendo exstitisset: non dicam quid acciderit (multorum est enim, & varia culpa) tantùm dicam brevi non mihi exercitum, sed duces

* Pompeiũ designat; qui deseruit illum, cùm se ei nõ defuturũ promisisset.

defuisse: in quo, ut iam sit in ijs culpa, qui me non defenderunt, non minor est in ijs, qui * reliquerunt: & si accusandi sunt, qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi sunt, si qui se timere simularunt. Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est, qui

* Idem sæpè in orationibus.

meos cives & à me conservatos, & me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis armatis obyci * noluerim: declarariq; maluerim quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si ijs pro me stante pugnare licuisset. cùm * afflictum excitare potuissent. Quorum quidem animum tu non perspexisti solùm, cùm de me ageres, sed etiam confirmasti atq; tenuisti. Qua in causa

* Patria pulsum restituere.

non modò non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter: vsus es * quibusdam nobilissimis hominibus fortioribus in me restituendo, quàm fuerant ijdem in tenendo: qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. Recreati enim cum essent boni viri consulatu tuo, & constantissimis atque optimis * actionibus

* Catonem inprimis, & Bibulum significat, Cæsaris inimicos. vide infra.

* Præsertim in me restituendo.

tuis

tuis excitati, Cn Pompeio præsertim ad causam adiuncto, cùm etiam Cæsar rebus maximis gestis singularibus ornatus & * novis honoribus ac iudicijs senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur. nulli improbo civi locus ad rempub. violandam esse potuisset. Sed attende, quæso, quæ sint consecuta. primùm illa furia muliebrium religionum, qui nō pluris fecerat Bonam dea quàm treu * sorores, impunitatem scelerum est eorum sententijs assecutus qui cùm tribunus pleb. * pœnas à seditioso cive per bonos viros iudicio persequi vellet, exemplum præclarissimum in posterum vindicandæ seditionis de rep. * sustulerunt. ijdemq; postea non meum monumentum (non enim illa manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat) monumentum verò censtus, hostili * nomine, & truculenta inuidia literis esse passi sunt. Qui me homines quòd salvum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem, non solùm salutis meæ, quemadmodum medici, sed vt * alipiæ, etiam virium, & coloris rationem habere voluissent. Nunc ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in * capite meo solùm elaborarunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. In quo ego spem fefelli non modò inuidorū, sed etiam * inimicōrum meorum qui de vno acerrimo & fortissimo viro meo, iudicio omnium magnitudine animi & constantia præstantissimo, Q. * Metello L. F. quondam fulsam opinionem acceperunt, quem post reditum dicuntur fracto animo & demisso fuisse. Est vero probandum qui summa & voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neq; sanè audire

C iuuarit:

* Supplicatione primū xv. mox xx dierū. Plutarch⁹, oratio de Provincijs, Cæsar lib. 1. de bello Gal.

* A fratre Clodio violatas

* Tribunus Milo accusavit Clodium de vi.

* Cū Clod. de vi à Milone accusatū, in iudicium adduci vetuerunt pro Sextio.

* Vide in oratione pro domo sua

* Qui certaturos athletas vngebant.

* Cū me ab exsilio evocarunt.

* Quibus satisfacere difficilius.

* Numidico, qui abiit in exsilium, quam maluit in leges Saturnini jurare.

curarit: eum ob idipsum fractum fuisse: in quo cùm omneis homines, tum M. illum * Scaurum singularem virum constantia & gravitate superasset. Sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur: de me idem cogitabant, abiecliore animo me futurũ cùm respub. maiorem etiam mihi animum quàm vnquam habuissem, daret: quæ declarasset, se non potuisse me vno cive carere: cumq; Metellum vatius tribuni pl. rogatio me vniversa respubl. duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referente consule, comitijs * centuriatis, cunctis ordinibus, hominibusq; incumbentibus, omnibus deniq; suis viribus recuperavisse. Neq; verò ego mihi postea quicquam assumsi neq; hodie assumo, quod quenquam non * malevolentißimum iure possit offendere, tantùm enitor, ut neq; amicis, neq; etiam alienioribus opera consilio, labore desim. Hic meæ vitæ cursus offendit eos fortasse, qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur, sollicitudinem autem & laborem perspicere non possunt. Illud verò non obscurè queruntur, in meis sententijs, quibus ornem Cæsarem * quòd quasi deserverim à pristina causa. Ego autem cùm illa sequor, quæ paulo antè proposui, tùm hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. Non offendes eundem bonorum sensum. Lentule quem reliquisti: qui confirmatus consulatu nostro, nennunquam postea * interruptus & afflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est, nunc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; non solùm fronte atq; vultu, quibus fit mulatio facillimè sustinetur, ij declarant, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur, sed etiam * sensu sæpe iam, tabellaq; docuerunt. Itaq; tota iam sapien-

* Quem fuisse principẽ sumtus, Cicero pro Sextio, Sallust. in Iug. & Asconius 68. tradit.

* Quæ erant comitia nobiliora, cùm ãjs majores magistratus creari soleant.

* Ne malevolentissimus quidẽ se esse offensum à me, jure dixerit.

* Quasi Cæsari magis, quam reipub. studeam. Oratio de provincijs.

* Consulatu primum Cæsaris, deinde etiam magis Pisonis, & Gabinij, tribuno pl. Clodio.

* Sententia in senatu,

sapientium civium, qualem me & esse & numerari volo, & sententia & voluntas mutata esse debet. Id enim iubet idem ille * Plato, quem ego auctorem vehementer sequor, * Tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus possis: vim neq; parenti, neq; patriæ afferre oportere. Atq; hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reip. fuisse, quòd cùm offendisset populum Athenienſem propè iam desipientem senectute, tum eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alia quòd neq; desipiente populo, * neq; integra re mihi ad consulendum, capesſere remne remp. implicatus tenebar. sed lætatus tamen sum, quòd mihi liceret in eadem causa & mihi vili & cuius bono recta defendere. Huc accesſit commorandi quædam & divina Cæsaru in me, * fratrumq; meum liberalitas: qui mihi, quoscunq; res gereret, tuendus esſet: nunc in tanta felicitate, tantisq; victoriis, etiam si in nos non ita esſet qui est, tamen ornandus videretur. Sic enim te existimare velim, * cùm à vobis meæ salutis auctoribus * discesſerim, neminem esse, cuius officijs me tam esse devinctũ non solùm confitear, sed etiam gaudeam. Quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quæ à me de Vatinio & de Crasſo requiris. Nam, de Appio quòd scribis, sicut de Cæsare, te non reprehendere gaudeo tibi consilium probari meum. De * Vatinio autẽ primùm rediens intercesſerat in gratiã per Pompeiũ statim, vt ille prætor esſet factus, cùm quidem ego eius petitionem gravisſimis in senatu sententijs oppugnaſſem, neq; tàm illius lædendi causa, quàm defendendi atq; ornãdi Catonis post autẽ Cæsaris, ut illum

tabella in iudicijs
* A Platonis auctoritate.
* In Epiſt. ad Perdiçã.
* Saluſt. de bello Iugurtino, in principio.

* Tamenim antea me reip. dederã, ut integrum amplius non esſet.
* Cæsaris in Gallia legatum.

* Ab ipso Lentulo & à Pompeio.
* Vide epiſt. 13. lib. 6.

* Vatinius in prætura petitione Catonem superavit. Plutarch. in Catone Vticenſi.

defenderem, mira † contentio est consecuta. Cur autem laudarim, peto à te, vt id à me néve in hoc reo, néve in alijs requiras; ne tibi ego idem reponam, cùm veneris, tametsi possum vel absenti. Recordare enim quibus laudationem † ex vltimis terris miseris: nec hoc pertimueris. Nam à meipso laudantur & laudabuntur ijdem; sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cùm illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi:

Vbi nominabit Phœdriam: tu Pamphilam
Continuò. si quando illa dicet, Phœdriam in-
Tromittamus commissatum; tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. si laudabit hæc
Illius formam, tu huius contrà. Denique
Tu par pari refer to, quod eam mordeat.

Sic petivi à iudicibus, ut quoniam quidam nobiles homines, & de me optimè meriti nimis amarent inimicum meum, meq; inspectante sæpè eum in senatu modò severè seduterent, modò familiariter atq; hilarè amplexarentur: quoniamq; illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi * alium Publium, in quo possem eorum animos, mediocriter lacessitus, leviter repungere. Neq; solùm dixi, sed etiam sæpè facio dijs hominibusq; approbantibus. Habes de Vatinio: cognosce de Crasso. Ego, cùm mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omneis gravissimas iniurias, communis concordiæ caussa, voluntaria quadam oblivione contriveram; repentinam eius defensionem Gabinij, quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasset, tamen si sine vlla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed cùm me

dispu-

† Quia Vatinius Cæsari consuli Tribunus pl. in omni re obsecutus est. ep. 1. lib. 7.

* Ex provincia tua Hispania citeriore, quæ Oceanum terrarum terminum attingit.

* Sinerent me defendere Publ. Vatinium, cum illi tantopere diligerent P. Clodium.

disputantem, non lacessentem læsisset: exarsi non solùm præsenti (credo) iracundia; (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed cùm inclusum illud † odiũ multarum eius in me iniuriarum, quo ego effudisse me omnue arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipso quidam homines, & ijdem illi, † quos sapè nutu, significationeq; appello: cùm se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meq; tum denig; sibi esse visum reip. qualu fuissem restitutum: cumq; ea contentio mihi magnum etiam † foris fructum tulisset, gaudere se dicebant, mihi & illum inimicum, & eos qui in eadem caussa essent, nunquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones cùm ad me per homines honestissimos perferrentur, cumq; Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso redirem in gratiam, Cæsarq; per literas maxima se † molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habuì non temporum solùm rationem meorum, sed etiam naturæ: Crassusq; vt quasi testata populo Rom esset nostra gratia, pœne à meis laribus in provinciam est profectus: nam cùm mihi † condixisset, cœnavit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Quamobrem eius causam (quod te scribis audisse) magna illius commendatione susceptam † defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Acceptis quibus rebus adductus, quam rem, quamq; causam defenderim, quiq; meus in rep. sit, pro mea parte capessenda status. De quo sic velim statuas, me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent. Nam neq; pugnandum arbitrarer contra tantas opes; neque delendum, etiamsi id fieri posset, sum-

† Odium meum ab illius injurijs natum.

† Eosdem significat suprà in hac ipsa ep.

† Vulgo, ut lib. 1. ad Q. fr. Foris plauditur.

† Cũ Crassi filius Marco quæstor, Pu. Cæsaris in Gallia legatus esset de bello Gal.

† Denunciasset Festus.

† Vide de hac defensione ep. 8. lib. 5.

summorum civium principatum, neq; permanendum in ea sententia, conversis rebus, ac * bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus assentiendum. Nunquam enim præstantibus in rep. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio, sed ut in nauigando tempestati obsequi * artis est; etiamsi portum tenere non queas; cùm verò id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem cœperis, potiùs, quàm eo commutato, quò velis tamen pervenire: * sic cùm omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debeat id, quod à me sæpissimè dictum est, cum dignitate otium NON IDEM semper dicere, sed idem * semper sperare debemus. Quamobrem, ut paullò antè posui, si essent omnia mihi solutiùs mea, tamen in republ. non alius essem, atq; nunc sum. Cùm verò in hunc sensum & alliciar * beneficijs hominum, & compellar iniurijs, facilè * patiar, ea me de republ. sentire ac dicere, quæ cùm mihi maximè, tum etiam reipubl. rationibus putem conducere. Apertiùs autem hæc ago ac sæpius, quòd & Q. frater meus * legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæsare intercessit, quod ille non in a illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi devinctum putarem. Itaq; eius omni & gratia, quæ * summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor vt meis: nec mihi aliter potuisse videor hominum peruerditorum de me consilia frangere, nisi cum præsidijs ijs, quæ semper habui, hanc etiam * potentium benevolentiam coniunxissem. His ego consilijs si te præsentem habuissem, vt opinio mea fert, essem vsus eisdem: novi enim temperantiam &

modestia-

* Crassi, Pompeij, Cæsaris in rep. consentientium.

* De quibus vide supra

* Tuetur suum consilium à simili.

* Semper bene sentire, & patriam diligere.

* Pompeij, cuius voluntati obsistere non possum.

* Ep. 7. li. 5.

* Cæs. lib. 5

* Apud populũ ep. 7.

* Ep. vlt. li. 3. ad Q. Fr.

moderationem naturæ tuæ: novi animum tuum tum mihi amicissimum, tum † nulla in cæteros malevolentia suffusum: contrag, cùm magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te talcis, qualeis tu eosdem in me videre potuisti. Quæ me moverunt, movissent eadem te profectò. Sed quocunq, tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, † tu eris omnium moderator consiliorum meorum. Tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. Me quidem certè tuarum actionum sententiarum, voluntatū, rerum denig, omnium † socium, comitemq, habebis: neq, mihi in omni vita res tàm erit vlla proposita, quàm vt quotidie vehementiùs te de me optimè meritum esse lætere. Quòd rogas, vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim: sunt orationes quædam, quas † Menocrito dabo; neq, ita multæ, vt † pertimescas. Scripsi etiam (nam ab orationibus disjungo me ferè, ritrog, ad mansuetiores musas, quæ me maximè, sicut tam à prima adolescentia, delectant) scripsi igitur Aristotelico more, † quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim à † communibus præceptis, & omnem antiquorum, & Aristotelicam & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus tres libros de † temporibus meis: quos iampridem ad te misissem, si esse edendos putassem. Sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meæq, in te pietatis. Sed quia verebar non eos, qui se læsos arbitrarentur (etenim id feci parcè ac molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omneis nominare,

† Exponit quod dixerat, moderationem naturæ.

† Totum se ad Lentuli arbitrium confert.

† Propriè socius agit, tem adiuvat, comes eum tem sequitur.

† Liberto.

† Diuturnæ legendi labore deterritus.

† Nescio an sim assecutus, voluī quidem certè.

† Quæ vulgo docentur à venalibus magistris.

† De exsilio & restitutione.

minare, non misi. Quos tamen ipsos libros si quem, cui recte committam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atq; istam quidem † partem vitæ, consuetudinemq; nostræ totam ad te defero. Quantum literis, quantum studijs veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domestiuis scribis, quæq; mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt, vt me nolim admoneri; † rogari verò sine magno dolore vix possim. Quod de Q. fratris negotijs scribis te velle agere, quod morbo impeditus in † Ciliciam non transierit, confecere non potuisse, nunc autem omnia facturum, vt conficias: id scito esse eiusmodi, vt frater meus verè existimet, ad unctio isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu mihi de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostrisq; studijs & † exercitationibus velim quàm familiarissimè certiorem, & quàm sæpissimè facias existimesq;, neminem cuiquam neq; cariorem, neq; iucundiorem vnquam fuisse, quàm te mihi: idq; me non modò vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt † posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palàm, sese, si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si Curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibiq; successurum. † legemq; Curiatam consuli ferri opus esse, sibi necesse non esse: se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum quoad in vrbem introisset. Ego quid ad te tuorum quisq; necessariorum scribat, nescio; varias esse opiniones intelligo. Sunt qui putent posse te

non

† Quod ad literas & studia mea pertinet.

† Vide epist. 13 lib. 9.

† Quæ erat pars Lentuli prouinciæ: nam etiam Asiæ partem regebat.

† Oratorijs maximè.

† Ostendit se in suis libris mentionem facturum beneficij à Lentulo accepti.

† Lex curiata imperium & milites dabat rectoribus prouinciarum. Vide orationem 2. in Rullum.

non decedere, quòd sine lege Curiata tibi succedatur: sunt etiam qui, si decedas, à te † relinqui posse qui provinciæ præsit. Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quam illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem † liberalitatem qua te scio libentissimè frui solere, pertinere, te sine ulla mora provinciam successori concedere præsertim cum sine suspicione tuæ cupiditatis, non possis illius cupiditatem refutare. Ego puto utrumq; meum esse & quid sentiam, ostendere: & quod feceris, defendere. Scripta iam epistola superiore, accepi tuas literas de publicanis, quibus æquitatem tuam non potui non probare. Facilitate autem, quod vellem, consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum: scis quam graviter inimici illi ipsi † Q. Scævolæ fuerint. Tibi tamen sum auctor ut si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges, id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiæ tuæ. Vale.

† Vt reliquis ipse Cicero Cœlium quæstorem.

† Hic non ad largitionem, sed ad quandam animi magnitudinem, & gratificandi cupiditatem refertur. ep. 3. lib. 1.

† Qui summa iustitia Asiam rexit, ut etiam ad honorem eius dies festi Mutia sint iustitia.

ARGVMENTVM.

Jocosa est epistola, & talibus referta: unum extra jocum, se egisse gratias Lentulo, Ciliciam administranti de officiis in ipsum.

M. T. CICERO S. D. L. VALERIO IVRISCONSVLTO. 10.

CVR † enim tibi hoc non gratificer, nescio: præsertim cùm his temporibus, audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris literis uti, ut nos aliquando invisas, & ibi malo esse, ubi aliquo

† Vocatus quasi iurisconsultum eum appellaverit, non veritatis, sed gratiæ causa Epist. 1. lib. 3.

‡ Vide epist. 11. lib. 7.

† locatur in Valerij ignobilitatem, quasi à propinquis & amicis esset admodum inops.

qua numero sis, quàm istic, ubi solus sapere videare. Quanquam qui istinc nunc veniunt, partim te † superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas, partim contumeliosum, quòd malè respondeas: Sed iam cupio te cum coram iocari. Quare fac ut quàm primum venias; neq; in Apuliam tuam accedas; ut possimus te salvum venisse gaudere. Nam illò si veneris, tanquam Vlysses, cognosces tuorum † neminem. Vale.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD CVRIONEM, ET CETEROS LIBER II.

ARGVMENTVM.

Quatuor partes habet hæc epistola: primùm accusatus à Curione, quòd minùs sæpè scriberet, excusationem affert cum officii sui commemoratione: deinde dolorem suum ex illius absentia, & ex eiusdem dignitate lætitiam narrat: tertio loco, ad laudem & virtutem hortatur: postremo, commendat illi suam senectutem. Mittit autem Cicero in Asiam has omnes epistolas ad Curionem quæstorem, præter ultimam quæ incipit, Sera gratulatio; quam scripsit in provincia Romam ad Curionem tribunum pl.

† Curio, Scribonio-rum cognomen.

† Excusatio cum benevolentiæ testificatione.

*M. T. CICERO C. * CVRIONI S. P. D.*

QVANQVAM me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo: tamen † non tam mihi molestũ fuit, accusari abs te officium meum, quàm iniũdum requiri: præsertim cùm in quo accusabar, culpa vacarem: in quo autem deside-

desid rare te significabas meas literas præterfers, perspectum mihi quidē illum, sed tamen dulcem, & optatum amorem tuum. Equidem neminem prætermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui literas non dederim. etenim quis est iam in scribendo * impiger quàm ego? A te verò bis, terve ad summū, & eas perbreves accepi. Quare si iniquus es in me iudex: condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere nolles te mihi * æquum præbere debebis. Sed de literis hactenus. non enim vereor, ne non scribendo te explem, præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. * Ego te abfuisse tam diu à nobis & doleo, quòd caruì fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ: & lætor, quòd absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. quodq; in omnibus tuis rebus, meis optatus fortuna respondit. Breve est, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit: * tanta est exspectatio vel animi vel ingenij tui, vt ego te obsecrare, obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus * reverta re, ut quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. Et quoniam meam tuorū erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio: te * rogo vt memineris, quantæcunq; tibi accessiones fient & fortunæ & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meus puer olim fidelissimis atq; amantissimis consilijs paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra * tam ingravescens, in amore atq; in adolescentia tua conquiescat. Vale.

* Non dixit diligens, sed impiger, magis, ut excusset se, quam ut laudet.
* Ep. xi. li. 5.
* Secunda pars epistolæ.
* Tertia pars epist.
* Philip. 2.
* Laudat simul & hortatur: quia cohortatio debet esse cum laude. ep. 12. l. 5.
* Quarta pars epist.
* Scripsit enim hæc annos natus LIV.

ARGVMENTVM.

Consolatur Curionem in obitu patris, seq; illi parentis futurum loco pollicetur.

Gravi

GRauì teste privatus sum amoris summi erga te mei patre tuo clarissimo viro: qui cùm suis laudibus, tùm verò te filio superasset omnium fortunâ, si ei contigisset, vt te antè * videret, quàm è vita decederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dij fortunent: me certè habebis, cui carus æquè sis, & iucundus, ac fuisti patri. Vale.

* Post reditũ è pro. vincia.

ARGVMENTVM.

Dissuadet à muneribus dandis in funere patris: dari autem populo solebat gladiatorium munus.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. F. D.

* Libertus Curionis Rupa & est declarare pro ostendere, quod ep. 8. lib. 9. dixit.

RVpæ * studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quicquam te absente fieri, quod tibi, cùm venisses non esset integrum. Meam quidem sententiam aut scribam ad te posteà pluribus; aut, ne ad eam meditére, imparatum te offendam, coramq; contra † istam rationem, meam dicam: vt aut te in meam sententiam adducam; aut certè testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim: vt si quando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. * Brevi tamen sic habeto; in eum statum temporum tuum reditum incidere, vt ijs bonis, quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilùs omnia, quæ sunt amplissima in rep. consequi possis, quàm muneribus: quorũ neq; facultatem quisquam admiratur; (est * enim copiarum, non virtutis) neq; quisquam est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter, atq; ostenderam

* Quæ te adduxit, vt hæc munera danda populo existimes.

* Dissuasio à muneribus dandis.

* Quod est ubiq; virtu-

deram, scio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. Summa scito in exspectatione te esse, eaq; à te exspectari, quæ à summa virtute, summoq; ingenio exspectanda sunt: ad quæ si es, ut debes, paratus (quod ita esse confido) plurimis, maximisq; * muneribus & nos amicos, & cives tuos universos, & rempublicam afficies. Illud profectò cognosces, mihi te neq; cariorem, neq; incundiorem esse quenquam. Vale.

te admiratione dignum non est.

* Tacitè monet gratiora fore merita in rempub. quàm munera gladiatoria.

ARGVMENTVM.

Hortatur Curionem ad studium summæ laudis, quòd exoriente etiam bello civili, timet, ne se ad improbos cives, deserta rep. conferat: quod evenit. Grandi enim ære alieno à Cæsare liberatus, à senatu ad populum transijt.

M. T. CICERO CVRIONI S. P D. 4

Epistolarum * genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius caussa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absenteis, si quid esset, quod eos scire aut nostrâ, aut ipsorum interesset. Huius generis literas à me profectò non exspectas. Tuarum enim rerum domesticarum habes & scriptores, & nuntios. In meis autem rebus nihil est fanè noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant; vnum familiare & iocosum: alterum severum & grave. Vtro me minùs deceat vti, non intelligo. Iocérne tecum per literas? civem me hercule non puto esse, qui * temporibus his ridere possit. An gravius

* Epistolarum tria genera.

* Temporibus ad civi-

te bellum spectantibus.

gravius aliquid scribam? quid est, quod possit graviter à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de rep. atq; in hoc genere hæc mea caussa est, vt neq; ea, quæ nunc sentio velim scribere. * Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentū relictum est vtar ea * clausula, qua soleo; teq; ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim tibi gravis adversaria constituta, & parata incredibilis quædam exspectatio: quam tu vna re facillimè vinces, si hoc statueris quarum laudum gloriam adamaris, quibus * artibus eæ laudes comparentur, in ijs esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem pura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem: & hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

*Odiosa. n. scriberem.

* Epistolam concludam, qua sententia soleo.

* Quæ sunt: morales virtutes, iustitia, fortitudo, temperantia quibus & nos. ipsis, & patriæ cōsulimus.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Curioni, quòd & Romæ non sit, vbi multa contrà remp. committuntur, & ibi sit, vbi ex rectè factis magnam laudem consequatur: postremò eum ad suscipiendam Remp. hortatur.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

HÆc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem audeo narrare tibi. Etsi vbicunq; es (vt scripsi ad te antea) in eadem es * navi: tamen quòd abes, gratulor: vel quia non vides ea, quæ nos; vel quòd excelso & illustri loco sita sit laus tua, in purimorū & sapientissimorum, & civium conspectu: quæ ad nos nec * obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima & vna omnium voce profertur. Vnum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam, quòd mirabilis est exspectatio tui

* Navem posuit pro periculo per metonymiam. Liv. lib. 1.

* Antitheta quatuor, obscuro, clarissima: vario, vna.

tui:

tui: non quòd verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed me hercule, ne cùm veneris, non habeas iam, quòd tures ita sunt omnia debilitata iã, & propè exstincta. Sed hæc ipsa nescio recténe sint literis commissa, quare cetera cognoscès ex alijs. Tu tamen sive habes aliquam spem de rep. sive desperas; ea † para, meditare, cogita, quæ esse in eo cive ac viro debent, qui sit remp. afflictam & oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus. Vale.

† Vsitata Ciceronis clausula ad Curionem: cuius enim noverat ingenium, ab eo jure metuebat.

ARGVMENTVM.

Commendat summo studio T. Annium Milonem ad petitionem cõsulatus: &, ut impetret quod vult, nihil omittit, quod in genere commendaticio requiri possit.

M. T. CICERO C. CVRIONI S. P. D.

NOndum † erat auditum, te ad Italiam adventare, cùm Sex. Villium Milonis mei familiarem cum his ad te literis misi: sed tamen cùm appropinquare tuus adventus putaretur, & te iam ex † Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, vt non vereremur, ne nimis citè mitteremus, cùm has quamprimùm ad te perferri literas magnopere vellemus. † Ego si mea in te essent officia solùm Curio, tanta, quanta magis à te ipso prædicari, quàm à me ponderari solent, † verecundiùs à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se benè † meritum putet, ne id, quod petat exigere ma-

† Prima verba studium petentis declarant.

† In qua Curio quæstor fuerat.

† Insinuatio ad petitionem.

† A modestia.

† A meritis suis dissimulanter.

gis,

gis, quàm rogare, & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa novitate meorum * temporum clarissima & maxima beneficia exstiterunt; Estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem * plurimum velle debere: nõ dubitavi id à te per literas petere quod mihi omnium esset maximum, maximeq; necessarium. Neq; enim sum virtus ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficia nõ possem; * cùm præsertim * consid rem, nullam esse gratiam tantã quam non animus meus vel in accipiendo capere, vel in remunerando, cumulandoq; illustrare posset. Ego omnia mea studia, omnem operã curam, industriam cogitationẽ mentem denique omnẽ in Milonis consulatu fixi & locavi: * statuiq; in eo me non officij solùm fructum, sed etiã pietatis laudem debere quærere. Neq; verò cuiquam salutem ac fortunas sua tantæ * curæ fuisse vnquã puto, quantæ mihi sit bonos civis, in quo omnia mea posita esse decrevi. Huic re vnum tanto adjumento esse si volueris, posse intelligo, vt nihil sit præterea nobis requirendum. Habemus hæc omnia; bonorum studium conciliatum extr bunatu, propter nostram (ut spero te intelligere) causam; vulgi ac multitudinis propter magnificentiam * munerum, liberalitatemq; naturæ iuventutis & gratiosorum in suffragijs, propter ipsius excellentem in eo genere vel gratiam, vel diligentiam: nostram suffragationem si minùs potentem, adprobatã tamen, & iustam, & * debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis & auctor opus est, & eorum ventorum, quos pr posui, moderator quidam, & quasi gubernator. * Qui si ex omnibus vnus optandus esset,

* Tempore exsilij sui
* A consuetudine bonorum.

* Ep. 17. l. 8. ad Attic. & 11. lib. 9. & 11. lib. 11.
* A spe remunerandi.

* Ab honesto.

* A studio suo.

* In quæ Milonis tria patrimonia effuderat, oratio pro Milone & Asc
* Ipsius in me meritis

* A laude Curionis.

esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. Quamobrem si * me morem, si gratum, si bonum virum vel ex hoc ipso, quòd tam vehementer de Milone laborem, existimare potes; si dignum denique, tuis beneficijs iudicas: hoc à te peto, vt subvenias huic meæ sollicitudini, vt huic meæ laudi, vel (ut verius dicam) propè saluti tuum studium dices. De ipso * T. Annio tantùm tibi polliceor, te maioris animi, gravitatis, constantiæ, benevolentiæ erga te, si complecti hominē volueris, habiturum esse neminem. Mihi * verò tantum decoris, tantùm dignitatis adiunxeris, vt eundē te facilè agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in * salute. Ego, ni te videre scirem, cùm hæc ad te scriberem, quantū officij sustinerem, quantopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modò contentione, sed etiā dimicatione elaborandum; plura scriberem. Nunc tibi omnem rem atq; * causam, meq; totum commendo atq; trado. Vnum hoc sic habeto; si à te hanc rem impetrāro, me pœnè plus tibi, quàm ipsi Milon debiturum. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. Eam autem vnius tui studio me assequi posse confido. Vale.

* A persona sua.

* A persona Milonis.

* A re sua.

* Cum in me patriæ restituendo vehementer contendisti.

* Causam & rem conjungit etiā epist. 7. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Hanc scripsit in Cilicia, cùm esset proconsul. Gratulatur Curioni de tribunatu pl. Hortatur ad boni civis officium, de sacerdotio Curionis quiddam interserit, postremò rogat, ne quid sibi temporis prorogati ad provinciæ administrationem patiatur.

M. T. C. PROCOS. C. CVRIONI TRIBVNO PLEB. S. D.

Sera * gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est: longè enim absum; audio serò. Sed tibi & gratulor: & vt sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus, exopto: teq; hortor, vt omnia gubernes & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. Nemo est, qui tibi sapientiùs suadere possit te ipso: nunquam labêre, si te audies. Non scribo hoc temere: cui scribam, video: novi animũ, novi consilium tuum. Non vereor, nequid * timidè, nequid * stultè facias: si ea defendes quæ ipse recta esse senties. Quòd in id reip. tempus non incideris, sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatũ tuum) profectò vides, quanta vis in rep. temporũ sit, quanta varietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates: quid insidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito quin cogites. Sed amabo te, cura & cogita nihil novi, sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere; * te adhibe in consilium; te audi, tibi obtempera. Alteri qui melius dare consilium possit quàm tu non facile inveniri potest: tibi verò ipsi certè nemo melius dabit. Dij immortales! cur ego non * adsum vel spectator laudũ tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum? tametsi hoc minimè tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo, & vis amoris mei, consilio te vt possem iuvare. Scribam ad te plura aliàs: paulò enim diebus earum missurus domesticos tabellarios vt, quoniam sanè * feliciter, & ex mea sententia rem p. gessimus, vnis literis totius æstatis res gestas ad senatũ perscriberem. * De sacerdotio tuo quantam curam habuerim, quamq; difficili in re atq; causa, cognosces ex

* Tria servat in officio gratulationis; primum gratulatur partã dignitatem: deinde benè precatur: tum hortatur ad magistratũ cum laude gerendum.

* Ep. 13. l. 4.

* Fortitudo & prudentia in administrantibus reip. requiruntur.

* Timebat quod evenit, ne deficeret à reip. causa.

* Si affuisset, fortè Curio non se ad Cæsaris partes transtulisset.

* De quo vide ep. 4. lib. 15.

* Pontificatum opinor intelligi. Dio lib. 40.

ex ijs literis, quas Thrasoni liberto tuo dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia, meaq; item in te singulari, rogo atq; oro, ne * patiare mihi quicquam ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. Praesens tecum egi, cùm te tribunum pl. isto anno fore non putarem: itemq; petivi sapè per literas, sed tum quasi à senatore nobilissimo, & adolescente gratiosissimo, nunc à tribuno pl. & à Curione trib. non ut decernatur aliquid novi, quod solet esse difficilius; sed ut nequid novi decernatur; & ut S. C. & * leges defendas; eaq; mihi conditio maneat, qua * profectus sum. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

suffectus autem est in patris locū, de haruspicum responsis.

* Poterat enim ut tribunus pl. intercedere.

* Legibus annua erat provinciarum administratio.

* Profectus erat cum annuo Imperio.

ARGVMENTVM.

Leviter Cœlium obiurgat, qui commentarium misisset refertum levissimis rebus: tum hortatur ad amicitiam Pompeij, emergente iam belli civilis initio. Addit de suo in provinciam iturum: in extremo, ne sibi provinciæ tempus prorogetur.

M. T. C. PROCOS. M. COELIO S. I. D.

Quid? tu * me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata vt Chrysti compilationem mitterem? & ea quæ nobis tum Romæ fuimus, narrare nemo audeat? Vide quantum tibi meo iudicio * tribuam (nec me hercule iniuria: πολυπραγμονέστερον enim te adhuc neminem cognovi) ne illa quidem curo mihi scribas quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidiè, nisi quid ad me ipsum pertinebit: scribent alij, multi nuntiabunt, perferet multa

* Vide ep. 12. lib. 8. Cui Cicero respondet.

* Qui putem te futura prospicere.

etiam ipse rumor. Quare ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterum * prospiciente, futura expecto: vt ex tuis literis cum formam rep. viderim, quale ædificium futurum sit, scirè possim. Neq; tamen adhuc habeo, quod te accusem: neq; enim fuit, quod tu plus providere posses quàm quivis nostrûm, in primisq; ego, qui * cum Pompeio complureis dieis nullis in alijs, nisi de rep. sermonibus versatus sum, quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. Tantum habeto, ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia, quæ prouidenda sunt in rep. & animo & consilio paratum. Quare da te homini: complecletur, mihi crede. Iam * ydem illi & boni & mali ciues videntur, qui nobis videri solent. Ego, cum Athenis decem ipsos * dies fuissem, multumq; mecum C. noster Caninius; proficiscebar inde prid. Nonas Quinct. cùm hoc ad te literarum dedi. Tibi cum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis prouinciæ * prorogetur, in eo mihi sunt omnia. Quid, quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optime constitues. Vale.

*Quod non nisi diuturno rerum vsu, ingenijque præstantia consequimur.

*Tarē i locutus erat cum Pompeio, ut est ep. 6. & 7. lib. 5. ad Attic.

* Quia non idem antea senserat.

* i. decem integros dies, sic locutus 21. li. 3. ad Attic. & in Brut.

* Quod metuebat, emergente iam inter Cæsarem & Pompeium discordia. Vide ep. 5. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Cœli; quòd; superatis competitoribus, ædilis curulis designatus sit.

M. T. C. PROCOS. M. COEL. RVFO ÆDILI CVR. DES. S. D.

PLurimum * tibi, ut debeo gratulor, lætorq; tùm præsenti, tùm etiam * sperata tua dignitate, serius non negligentia mea, sed ignoratione rerum omnium. In his enim sum locis, quo & propter longinquita-

* Vide ep. 23. lib. 7.

* Aedilitatem enim præturæ, præturam consolatus sequebatur.

teiti;

gem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur: & cùm gratulor, tùm verò quibus verbis tibi gratias agam, non reperio; quod ita factum sit, ut dederis nobis quemadmodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. Itaq; cum primùm audivi, ego * ille ipse factus (sum scis quem dicam) * egiq; omneis illos adolescenteis, quos ille iactitat difficile est loqui. Te autem contemplans absentem, & quasi tecum coram loquerer. Non ædepol quantam egeris rem, neq; quantum facinus feceris, quod quia præter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: * Incredibile hoc factu objicitur. Repentè verò inceßi omnibus lætitijs, in quo cum obiurgarer, quòd nimio gaudio pœnè desiperem; ita me defendebam: Ego * voluptatem animi niniam. Quid quæris, dum illum rideo, pœnè sum factus ille. Sed hæc pluribus, multaq; alia & de te, & ad te, cum primùm ero aliquid otij nactus. Te verò mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorem non modò inimicorum, sed etiam inuidorum meorum; vt eos partim scelerum suorum, partim etiam * ineptiarum pœniteret. Vale.

* Vide ep. 3. lib. 8.
* Hirrus.
* Ipse mihi repræsentavi.
* Verba Cæcilij poëtæ vide lib. 2. de fin.
* Subaudi errorem esse puto sumtũ à Trabæa comico Poëta, ut est l. 2. de fin. & Tusc. 4. adimit enim voluptas mentem nõ minus quam molestia, itidem Plato lib. 3. de repub. locutus est.
* Ob Hirrũ in auguratu competitorem ep. 3. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Queri videtur de tabellarijs epistolas non reddentibus; re vera Cœlium negligentiæ accusat, tum sua gesta magnificè narrat.

M. T. C. IMP. M. COEL. RVFO. ÆDILI CVR. DES. 5. D. 1°

TV vide * quàm ad me literæ non perferantur, non enim adduci possum, vt abs te, posteaquã ædilis factus es, nullas putem datas: præsertim cùm esset tanta

* Antiquus liber quamobrem malem, quare,

res tantæ gratulationes: de † te, quia quod sperabam; de Hillo (balbus enim sum) quod non putarã. Atq; sic habeto, nullam me epistolã accepisse tuam post comitia ista præclara, quæ mi lætitia † extulerunt. Ex quo vereor ne idem eveniat in meas literas. Equidem nunquã domum misi vnam epistolam, quin esset ad te altera: nec mihi est te iucundius quicquam, nec carius. Sed balbi non sumus, ad rem redeamus. Vt † optasti, ita est: velles enim, ais, tantũmodo ut haberem negotij, quod esset † ad laureolam satis. Parthos times, quia difficilis copijs nostris. Ergo ita accidit. Nam Parthico bello nuntiato locorũ quibusdam angustijs, & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, satis probè ornatũ auxilijs, & quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri. Multum est enim in his locis. Hiccine est ille, qui vrbem? quem sanatus? nosti cetera. Cùm veniissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, divisus aquarum divortijs, † Cassius noster, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat. Bibulus † provinciam acceperat. Interea cum meis copijs omnibus vexavi Amanienses hostes sempiternos, multis occisi, capti: reliqui dissipati. Castella munita improviso adventu capta & incensa. Ita victoria iusta † imperator appellatus apud Issum, quo in loco sæpe, vt ex te audivi, † Clitarchus tibi narravit, Darium ab Alexandro esse superatum, abduxi exercitum ad festissimam Ciliciæ partem. Ibi quintum & vigesimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum, tantis operibus, tantoq; negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen

† Respõdet ad locum epistolæ Cœlij, quæ est ep. 4. lib. 8.

† Cũ ea mihi aliorum literis cognita essẽt.

† De exitu belli Parthici ep. 18.

† Respondet ad locũ epistolæ Cœlij vide ep. 5. lib. 8.

* Hic est C. Cassius, qui mox Cæsarem occidit.

* Syriam provinciam suam.

* Ep. 11. 9.

* Historicus Alexandri Comes in expeditionibus Plin. li. 6. cap. 31. Cic li. 1 de leg. Quint. lib. 10. cap. 1.

† nomen oppidi. Quod si, vt spero, cepero: tum verò literas publicè mittam. Hæc ad te in præsenti scripsi, vt scires, te assequiid, quod optasses, posse. Sed ut redeam ad Parthos: hæc ætas habuit hunc exitū satis felicem; ea, quæ sequuntur, magno est in timore. Quare mi Rufe vigila, primùm vt mihi succedatur: sin id erit, vt scribis, &, vt ego arbitror, † spissius: illud, quod facilè est, nequid mihi temporis prorogetur. De rep. ex tuis literis, vt antea tibi scripsi cùm præsentia, tum etiam futura magis expecto. Quare ut ad me omnia quam diligentissimè perscribas, te vehementer rogo. Vale.

† Ad Attic. ep. 20. lib. 5.

† i difficilius, ut in ep. ad Fratrem, spissè opus

ARGVMENTVM

Suum declarat vrbis desiderium: & pantheras ait non posse capi, quas Cœlius ædilis petierat, vt suis in ludis populo ostenderet.

† Nimia solicitudine, nimio etiã gaudio ita perturbatur animus, ut verba non suppetant.

M. T. C. IMP. M. CŒLIO ÆDILI CVR. S. D.

Putaresne vnquam accidere posse, vt mihi † verba deessent, neq; solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia? Desunt autem propter hanc causam, quòd mirificè sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur. Mirum me desiderium tenet † vrbis, incredibile meorum, atq; in primis tui, satietas autem provinciæ, vel quia videmur eam famam consecuti, vt non tam accessio quærenda quàm fortuna † metuenda sit: vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in rep. sustinere & possimus, & soleamus vel quia belli magni † timor impendet: quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus. De pantheris, per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est: & eas, quæ sunt, valde aiunt queri, quòd nihil cuiquam †

* Cupiebat sibi succedi forte mitti.

† Ob exspectationem belli Parthici.

† Timor à Parthis extare proxima, ut est in epistola præcedenti.

† Sublata à se latrocinia festivè significat. ep. 6. li. 8. & ep. 13. & 14. l. 12. & Hirtius de bello Alex.

insidiarum in mea provincia, nisi sibi fiat. Itaq; constituisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere sed tamen sedulò fit, & in primis à Patisco: quicquid erit, tibi erit: sed quid esset planè, nesciebamus. Mihi me hercule magnæ curæ est ædilitas tua. Ipsa dies me admonebat. Scripsi enim hæc ipsis * Megalesijs. Tu velim ad me de omni reip. statu quàm diligentissimè perscribas. Ea enim certissima putabo, quæ ex te cognovero. Vale.

* Quo die ludos Megalenses & Romanos dabant ædiles ante templũ magnæ matris Deæ. Eo igitur die Cic. admonebatur Iudorũ Rom. quib Patheras Græcas dare Cœlius concupiebat, ep. 9. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Literas à Cœlio requirit de rebus vrbanis, & hortatur eum, ut vrbanos potiùs magistratus sequatur, quàm provinciales.

M. T. C. IMP. M. COELIO ÆDILI CVR. S. D.

SOllicitus equidem eram de rebus vrbanis: ita tumultuosæ concliones, ita * molestiæ quinquatrũs afferebantur, nam citeriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis sollicitabat, quàm in his molestijs non me si qua ridenda essent, * ridere tecum. Sunt enim multa: sed ea non audeo scribere. Illud molestè fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare, etsi cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero: tamen obviæ mihi sint velim tuæ literæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hospes planè veniam, hoc melius, * quàm tu facere nemo potest. Diogenes tuus homo modestus, à me cum Philone Pessinunte discessit, iter habebant ad Deiotarum regem: quanquã omnia nec * benigna, nec copiosa cognorant. Vrbem mi Rufe cole, & inista luce vive. Omnis enim peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicavi) obscura

* Quinque dies festi, Minervæ dicati. Varro.

* Ob demẽtias nonnullorum.

* Quo neminem κόλλικατέρον cognovi epist. 7.

* Malè audiebat Deiotarus avaritiæ nomine, vide ep. 12. lib. 9.

scura & sordida est ijs, quorum industria Romæ potest illustris esse. Quòd cùm probè scirem utinam in sententia permansissem. † Cum una me hercule ambulatiuncula, atq; uno sermone nostro omneis fructus provinciæ nō confero. Spero me † integritatis laudem consecutum. Non erat minor ex contemnenda, quàm ex conservata, provincia. Spes triumphi? inquis. Satis gloriosè trium pharem † si non essem tandiu quidem in desiderio rerū mihi carissimarum Sed (ut spero) propediem te videbo. Tu mihi obviam mitte epistolas te dignas. Vale.

† Laudat mansionem urbanam & utili & suavitate.

† Pro abstinentia posuit.

† Non enim triumphari potest, nisi eatur in Provinciam.

ARGVMENTVM.

Respondet epistolę Cœlij, quæ nona est lib VIII. eam lege, si hujus argumentum, atq; etiam interpretationem quæris.

M. T. C. IMP. M. COELIb ÆDILI CVR. S. P. D. 13

RARAS † tuas quidem (fortasse enim non perferuntur) sed suaveis accipio literas: vel quas proximè acceperam, quàm prudenteis? quàm multi & officij et consilij? Etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas: tamen cōfirmantur nostra consilia, cùm sentimus, † prudentibus fideliterq; suadentibus idem videri. Ego † Appium (ut sæpe tecum locutus sum) valde diligo, meq; ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus sensi. Nam & honorificus in me consul fuit: & suavis amicus, & studiosus studiorum etiam meorum. Mea verò officia ei non defuisse, tu es testis: quoniā κομικὸς μάρτυς (ut opinor) accidit † Phania, & me hercule etiam pluris eum feci, quòd te amari ab eo sensi. Iam me † Pompeij totum esse scis: Brutum à me amari intelligis. Quid est causæ, cur mihi non

† Vide artificium: cum paucis verbis accuset, excuset, laudet.

† Ep 12. l. 5.

† Fratrem P. Clodij à Milone occisi.

† Appij libertus epist. 1. lib 3.

† Ex duabus Appij filijs.

hi non sit in optatu, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis? † collegam meum præsertim, & in ipsa collegij laude, & † scientia studiosum mei? Hæc eò pluribus scripsi, quòd mihi significabant tuæ literæ, subdubitare te, qua essem erga illum voluntate. Credo te audisse aliquid, falsum est, mihi crede, si quid audisti. Genus institutorum, & rationum mearum † dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciæ. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare. Nihil autem feci unquam, neq; dixi, quod contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negotium autem, & temeritatem nostri † Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Erat in eadem epistola † verecundus civitatis: gaudebam sanè, & congelasse † nostrum amicum lætabar otio. Extrema pagilla pupugit me tuo chirographo. Quid ais? Cæsarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam, ita vivam, † putavi. Dij immortales quàm ego risum nostrum desidero! Mihi erat in animo, quem iam iurisdictionem confeceram, civitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum † ulla querela conservaram, privatis, summus, infimis fueram iucundus, proficisci in † Cilicam Nonis Maijs, & cùm primùm æstiva attigissem, militaremq; rem collocassem, † decedere ex S. C. Cupio: te ædilem videre: mirog; desiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuq; in primis. Vale.

altera Pompeij filio nupserat, altera Bruto.

ep. 4. lib. 3.

† in argutatu.

† Ep. 4. li. 3.

† vide ep. 8. lib. 2.

‡ Dolabella Appium accusaverat.

‡ Ep 9. li. 8.

† Curionem significat.

Vide 9. li 8.

† Cũ de Curione & obleviatem, & obæs alienum hoc suspicarer.

† Ad Attic. ep. 2. lib. 6.

* Erat igitur in Asia,

* Senatus enim decreverat, ut anno confecto decederet.

ARGVMENTVM.

Commendat Fabium à quinq; rebus, bonitate, doctrina, ingenio, modestia, amicitia sua.

M. T.

M. T. C. IMP. M. COELIO. ÆDILI CVR. S. D. 14

*Marco Fabio, viro * optimo. & homine doctissimo familiarissimè vtor, mirificeq; eum diligo, cùm propter summum eius ingenium, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotium sic velim susciptas, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos: hominem * occidat oportet, qui vestra opera vti velit, sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, cùm tua opera Fabius vti volet. Ego res * Romanas vehementer exspecto & desidero: in primisq; quid agas, scire cupio: nam iam diu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.*

* Coniungit bonitatē & doctrina. Nā hec imperita bonitas, nec improba doctrina laudatur.
* Locus cum laude Cœlij.
* In hoc nomine videtur esse ἔμφασις.

ARGVMENTVM.

Scribit de supplicationibus suis, de nuptijs filiæ & P. Cornelij Dolabellæ, de ciuilibus discordijs. de rationibus, quibus adductus C. Cœlium quæstorem suum prouinciæ præposuerit. respondet Cœlij tribus epistolis, primùm quæ est ij. deinde 12. postremo 7. lib. 8.

M. T. C. IMP. M. COELIO ÆDILI CVR. S. D. 15

*Non potuit accuratiùs agi, neq; prudentius, quàm actū est à te cum Curione de * supplicatione, & hercule confecta res est ex mea sententia cum celeritate, tum quòd * is, qui erat iratus competitor tuus & ideo meus, assensus est ei, qui ornavit res nostras diuinis laudibus. Quare scito me sperare ea, * quæ sequuntur: ad quæ tu te para. Dolabellā à te gaudeo primùm laudari, deinde etiam amari. Nam ea, quæ speras Tulliæ mea*

* Vide ep. 11. lib. 8.
* Hirrū intelligit, suū Competitorem in auguratu
* i triumphū, qui fiè post supplicationes dabatur.

meæ prudentiæ * temperari posse, scio cui tuæ epistolæ respondeant. Quid si meam legas, quam ego tum ex tuis literis nisi ad Appium? Sed quid agas? sic vivitur. Quod actum est, diy approbent. Spero fore iucundum generum nobis: multumq; in eo tua nos * humanitas adiuvabit. Resp me valde solicitat. faveo Curioni: Cæsari honestissimè cupio: pro Pompeio emori possum. Sed tamen ipsa rep. nihil mihi est carius: in qua tu non valde te * iactas: districtas enim mihi videris esse, quòd & bonus civis, & bonus amicus es. Ego de provincia decedens, quæstorem Cœlium præposui provinciæ. Pucrum, iniquis? At quæstorem, at nobilem adolescentem, at omnium ferè exemplo: neq; * erat superiore honore vsus, quem præficerem. * Pontinius multò ante discesserat: à Q. fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissent, dicerent iniqui, non me planè post annum, vt senatus voluisset, de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem: fortasse etiam illud adderent, senatum eos voluisse provincijs præesse, qui antea * non præfuissent: fratrem meum triennium Asiæ præfuisse. Deniq; nunc sollicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia * timerem. Postremò non tàm meâ sponte, quàm potentissimorum * duorum exemplo; qui omneis Cassios, Antoniosq; complexi sint. Hominem adolescentem non tàm allicere volui, quàm alienare nolui. Hoc tu meum consilium laudes necesse est, mutari enim non potest. De * Ocella parũ ad me planè scripseras, & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, vt trans montem Taurũ etiam de Matrinio sit auditum. Ego, nisi quid me Etesiæ morabuntur, * celeriter (vt spero) vos videbo. Vale.

ARGV-

* Vide ep. 9. & 11. lib. 8.
* Tu enim bonũ mihi generum, pro mutuo inter nos amore præstabis.
* Ad extremum tamen Cæsarem secutus est, à quo etiam deniq; descivit Cæs. lib. 2 de bel civil.
* Epist 18.
* Pontiniũ & fratrem nominat, quia prætorius vterq;.
* Ep. 7. li. 8. & ad Attic. ep 6. lib. 6.
* Ad At. ep 6. lib 6.
* Pompeij & Cæsaris. Ad Att. ep. 6. lib. 6.
* Vide ep. 7 l 8. Ocellas autem vocatos ab oculorum paruitate, Plin ait lib. 11. cap. 37.
* Iam enim de provincia decesserat.

ARGVMENTVM.

Huius epistolæ apertum erit argumentum, si legas epistolam Cœlij, quæ ante vltimam est, lib. 7. cui hæc respondet.

M. T. C. IMP. M. COELIO ÆDILI CVR. S. D. 16

MAgno dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & † ratio ipsa depulisset omneis molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. Sed tamen quare acciderit, ut ex meis † superioribus literis id suspicare, quod scribis, nescio. Quid enim fuit in illis præter querelam temporum, quæ non meum animum magis † solicitum haberent, quàm tuum? Nam non eam cognovi aciem ingenij tui, quod ipse videam, te id vt non putem videre. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse debereS, vt me existimares aut tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem † discederem: aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à meq; ipse deficerem: & quod initio, semperq; fugi, civili bello interessem. Quod est igitur meum † triste consilium? vt discederem fortasse in aliquas † solitudines. Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam † oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenq; † imperij, quo appellor, eo si † onere carerem, quamvis paruis Italiæ latebris contentus essem. Sed incurrit hæc nostra † laurus non solùm in oculos, sed iam etiam in voculas malevolorum. Quod cùm ita esset, nihil tamen vnquam de profectione, nisi vobis appro-

† Ratio multum potest ipsa per se, plus etiã cum cõsuetudine.

† Quæ non extant.

† Metu belli civilis. Dictum est autem solicitum haberent, pro, solicitarent: ut ep. 1. lib. 16. ad Att. & Cic. li. 3. de rep.

† i. à Cæsare ad Pompeium.

† Epist. 16. lib. 8.

† Epist. 16. lib. 8. & 1. lib. 9.

† Erat enim proconsul.

† Honore, duo veteres libri.

† Quam lictores post victoriam præferebãt.

fascibus insertam.

approbantibus, cogitavi. Sed mea prædiola tibi nota sunt, in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quod autem in maritimis sum, facilè movco nonnullis suspicionem, velle me † navigare. quod tamen fortasse non vellem, si possem ad otium. Nam ad bellum quidem † qui convenit? præsertim contra eum, cui sponte me satisfeciisse: ab eo, cui tamen satisfieri nullo modo potest? Deinde sententiam meam tu facillimè perspicere potuisti iam ab illo tempore, cùm in Cumanum mihi † obviam venisti. non enim te celavi sermonem T. Ampij. Vidisti, quàm abhorrerē ab vi: be relinquenda. quod cùm audissem, nónne tibi affirmavi, quidvis me potiùs perpessurū, quàm ex Italia ad bellum civile exiturum? Quid † ergo accidit, cur consilium mutarem? nónne † omnia potiùs cur in sententia permanerem? Credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, ex his miseriis nihil aliud me quærere, nisi vt homines aliquando intelligant, me nihil malaisse, quàm pacem: ea desperata, nihil tam fugisse, quàm arma civilia. Huius me constantiæ puto fore, vt nunquam pœniteat. Et enim memini in hoc genere † gloriari solitum esse familiarem nostrum Q. Hortensium, quod nunquā bello civili interfuisset. Hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignaviæ: de nobis id ex æstimari posse non arbitror. Nec me † ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè atq; amantissimè proponuntur. Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarū perturbatione impendere videatur: quam quidem ego à rep. meis privatis & domesticis incommodis libentissimè, vel ipsis ipsis, quæ tu me mones vt caveam, redemissem filio meo, quem tibi carum esse gaudeo. si erit

† In Græciam ad Pōpeium.

† Navigavit tamen paullò post.

† Cum ex provincia redirem.

† A cōstantia & studio pacis.

† Re à Pompeio, & Pompeianis in Italia malè gesta.

† Syllanis temporibus ideo felicem appellatum Bruto.

† Scripserat Cælius de Cæsare: Nihil, nisi atrox, & sævum cogitat.

vlla

vlla resp. satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei: sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim à reliquis civibus. Nam quòd rogas, vt respiciam † generum meum, adolescentem optimum mihiq; carissimum: an dubitas, cum scias quanti eam illum, tum verò Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissimè sollicitet? & eò magis, quod in communibus miseriis hac tamen oblectabar spe cula. Dolabellæ meum, vel potiùs nostrum fore ab iis † molestiis, quas liberalitate sua cõtraxerat, liberum. Velim quæras, quos ille dies sustinuerit, in vrbe dum fuit, quàm acerbos sibi, quàm mihi ipsi socero non honestos. Itaq; † neq; ego hunc Hispaniensem casum exspecto, † de quo mihi exploratum est ita esse, vt tu scribis: neque quicquam astute cogito. Si quando erit ciuitas, erit profecto nobis locus: sin autem non erit, in eadem soli vbiines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos consedisse audies. Sed ego fortasse † vaticinor; & hæc omnia meliores exitus habebunt. Recordor enim disparationes eorum, qui senes erant adolescente me. Eos ego fefellisse nunc imitor, & vtor ætatis vitio. velim ita sit: sed tamen togam † prætextam texti Oppio, puto te audisse. Nam Curtius noster dybaphum cogitat: sed cum infector moratur. Hæc aspersi, vt scires, me tamen in † stomacho solere ridere. De Dolabella quod scripsi, † suadeo videas, tanquam si res tua agatur. Extremum illud erit, nos nihil turbulenter; nihil temerè facturos. Te tamen oramus, quibuscunq; erimus in † terris, vt nos liberosq; nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Vale.

† P. Cornelium Dolabellam.

† Ab ære alieno.

† Nuntius expectabatur de bello Hispaniensi, quòd à Cæsare contra Pompeij legatos gerebatur.

† Allucinor, insanio. vt in orat pro Sextio.

† Magistratum parari.

† Ridere ex iracundia.

† Discessum ex Italia significat.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Respondet ad omnes partes epistolæ Caninij: deinde altera epistola roganti, vt se Bibulo commendet, causas affert, quare id facere non debeat, se tamen illi morem gessisse confirmat.

M. T. C. IMP. CANINIO* SALLVS. PROQVÆS. S. P. D.

Literas à te mihi stator tuus reddidit Tarsi ad 16. Kalend. Sextilis. His ego ordine, ut videris velle, respondebo. De successore meo nihil audivi. nec quenquam fore † arbitror. Quin ad diem decedam; nulla caussa est, præsertim sublato metu Parthico, commoraturum me nusquam sanè arbitror. † Rhodum causa puerorum accessurum puto: neq; id tamen certum. Ad vrbem velim quàm primùm venire: sed tamen iter meum † reip. & rerum vrbanarum ratio gubernabit. Successor tuus non potest ita maturare vllo modo, vt tu me in Asia positus convenire. De rationibus referendis, non erat incommodum, te nullam referre: quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem. Sed id vix mihi videtur per legem Iuliam facere posse: quam Bibulus † certa quadam ratione non servat; tibi magnoperè servandam censeo. Quod scribis, Apamea præsidium deduci non oportuisse, videbam idem ceteros existimare: molesteq; ferebam, de ea re minùs commodos sermones malevolorum fuisse. Parthi † transierint nec ne, præter te, video dubitare neminem. Itaq; omnia præquæ magna, & firma paraveram, commotus hominum non dubio sermone, dimisi. Rationes mei quæstoris nec verum fuit, me tibi mittere; nec tum erant confectæ: eas nos † Apameæ deponere cogitabamus.

De

† Mendosũ Nam Caninius & Sallustius, duæ familiæ simul esse nõ possũt: fortè C. Sallustio vel Caninio Sallustiano, quo modo locutus etiã est in inscriptione ep. 59. lib. 13.

† Rectè arbitratur nemo enim successit.

† Ep. 7. li. 6. ad Att.

† Fortasse enim si turbulenta audiero subsistam in itinere.

† Propter inimicitias cũ Cæsare.

† Euphratẽ, imperij Romani terminum, sed loquitur de transitu discedentium.

† Vide ep. 20. lib.

† Vniversa ab ipso in bello facta.

De præda* mea, præter quæstores urbanos, id est, populum Rom. teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo cautum sit sine vecturæ periculo. Quòd scribis ad me de* drachmis CCCIↃↃↃ. nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda, à præfectis: quæ autem mihi attributa est, à quæstore curetur. Quòd quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam: antea dubitabam, venturæ ne essent; nunc mihi non est dubium, quin si antea audiuerit otium esse in Syria, venturæ non sint. Marium quidem* successorem tarde video esse venturum, propterea quòd senatus ita decrevit, ut cum* legionibus iret. Vni epistolæ respondi: venio ad alteram. Petis à me, ut Bibulo te quàm diligentissimè commendem. in quo mihi voluntas non deest; sed locus videtur esse tetum* expostulandi. Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo sunt, certo rem nunquam me fecisti, quàm valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret. Permulti enim ad me detulerunt, cùm magnus Antiochia* metus esset & magna spes in me, atq; in exercitu meo, solitum dicere, quidvis se perpeti malle quàm videri eguisse auxilio meo. Quod ego officio quæstorio* te adductum reticere de* præture tuo non moleste ferebam: quanquam quemadmodu tractaretur, audiebam. Ille autem cùm ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me* literam nunquã misit ad quem intelligebat eius belli periculum pertinere. Tantũ de* augurato filij sui scripsit ad me: in quo ego* misericordia commotus, & quòd semper amicissi-

non quæ ad ipsum propriè pertineret

* i. centum millib. Drachma vero respondet ferè denario Romano: denarius autem quatuor continet sestertia.

* Sallustii. Bibulo n. civili bello exorto, successit nemo.

* Liu. lib. 9. & Fest.

* Quo plus humanitatis ostendat, primũ expostulat, deinde morẽ illi à se gestum subiungit.

* Parthorũ adventu.

cp. 10.

* Vide ep. 9. lib. 13.

* Quia provinciæ præsit; non quia præturã gerat hic Alcide Scævola.

* Ne dum literas.

* Vt eum adiuvaret: augur enim erat Cicero.

* Duos Bibuli filios oc-

derãt equites Alexandrini: ideo dicit Misericordia cõmotus. Val. Max. l. 4. c. 4. Cæs. li. 3. de bel. civi.

ciſſimus Bibulo fui, dedi operam, ut ei quàm humaniſſimè reſcriberem. Ille ſi omnibus eſt malevolus, quod nunquam exiſtimavi: minùs offendor in me: ſin à me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Nam, ad ſenatum quas Bibulus literas miſit, in ijs quod mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit; Se aut curaſſe, ut cũ quæſtu populi pecunia permutaretur: quod autem meum erat proprium, ut * alarijs Tranſpadanis uti me negarem, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit: quod verò illius erat ſolius, id mecum communicat: Equitib. auxiliarijs inquit, cùm amplius frumenti POSTVLAREMVS. Illud verò puſilli animi, & ipſa malevolentia ieiuni, atq; inanis, quod Ariobarzanem, quia eũ ſenatus per me regem appellavit, mihiq; commendavit, iſte in literis non regem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui ſunt, deteriores fiunt rogati. Sed tibi morem geſſi: literas ad eum ſcripſi, quas cùm acceperis, facies quod voles. Vale.

* Equitibus, qui tanquã alæ, utrinq; apud legiones in acie collocantur.

* Regem Cappadocix.

ARGVMENTVM.

Suadet, ut decedens præponat provinciæ quæſtorem potiùs quàm legatos. Quod ipſe quoque poſtea fecit. vide epiſt 15.

M. T. C. IMP. Q. THER. * PROPRAET. S. P. D. 18

* Ioniam regebat epi. 15. li. 5. ad Attic.

OFFICIVM * meum erga Rhodonem, ceteraq; mea ſtudia, quæ tibi ac tuis præſtiti, tibi homini gratiſſimo grata eſſe vehementer gaudeo: mihiq; ſcito indies maiori curæ eſſe dignitatem tuã: quæ quidem à te ipſo integritate & clementia tua ſic * amplificata eſt, ut nihil addi poſſe videatur. Sed mihi magis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet illud meum con-

* Caprat benevolentiam à laude Thermi, & à ſtudio ſuo erga illum.

* In provincia.

um consilium quod initio Aristoni nostro, ut ad me venit, ostendi, graves te susceturum* inimicitias, si adolescens potens & nobilis à te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia. Habes enim nemizem honoris gradu superiorem. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos hominesq; innocentissimos, legatos tuos, quòd & * quæstor est, & quæstor tuus. Nocere tibi iratũ neminem posse perspicio: sed tamẽ tres fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, præsertim iure, quos video deinceps* tribunos pleb. per triennium fore. Tempora autem reip. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios præsertim cùm sine cuiusquam reprehensione legatis quæstorẽ possis anteferre? Quod si dignum te maioribus tuis præbueris, ut spero & opto, tua* laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebãt in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quòd in Ciliciam proficiscebar, existimavi me ad te scribere oportere, tu, quid egeris, id velim dij approbent: sed, si me audies, vitabis * inimicitias & posteritatis otio tuo. Vale.

* Vide ignominiam, & ex ea inimicitias, si legatos relinquat.

* Quæstor enim legatum dignitate antecit. vide ep 5.

* Quorum potestas multis calamitatem intulit.

* Vide laudem, aut nullam certè reprehensionem, si quæstorem relinquat.

* Quæ tibi, posterisque obesse possunt.

ARGVMENTVM.

Ostendit optatissimum sibi quæstorem obtingere neminem potuisse; & hortatur, ut maturet in provinciam venire, antequam ipse decedat.

M. T. C. IMP. C. COELIO L. F. CALDO * QVAES. DES. S. D. 19

* Hic est, quem provincia, cum decederet, præposuit, epist. 15.

CVM optatissimũ nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse, eò iucundiorem mihi eam sortẽ fore arbitrabam, quo diutius in provincia meũ futurus esses. Ma-

gni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis *sors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. Posteà cùm mihi nihil neq; à te ipso, neq; ab ullo alio de adventu tuo scriberetur; verebar ne id ita caderes (quod etiam nunc vereor) ut antè quàm tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. Accepi autem à te missas literas in *Cilicia, cùm essem in castris, ad X. mum Kalend. Quintil. scriptas humanissime: quibus facilè officium & ingenium tuum perspici potest: sed neq; unde, neq; quo die datæ essent, aut quo tempore te expectarem, significabant; neq; is, qui attulerat, à te acceperat, ut ex eo scirem, quo ex loco, aut quo tempore essent datæ. Quæ cùm essent incerta, existimavi tamen mihi faciendum esse, ut ad te statores meos & *lictores cum literis mitterem: quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quàm primùm veneris. Nam quòd ad me Curius consobrin⁹ tuus mihi (ut scis) maximè necessarius, quòd item *C. Virgilius propinquus tuus familiarissimus noster de te accuratissimè scripsit: valet id quidem apud me multùm, ut debet hominum amicissimorum diligens commendatio. sed tuæ literæ, de tua præsertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi quæstor te optatior obtingere nemo potuit. Quamobrem *quæcunque à me ornamenta in te proficiscentur, elaborabo ut omnes intelligant, à me habitâ esse rationem tuæ maiorumq; tuorum dignitatis. Sed id iam facilius consequar si ad me in Ciliciâ veneris: quod ego & mea & reip. & maximè tua interesse arbitror. Vale.*

M. TVL.

* Quæstores ibant in provincias aut sorte, aut S. C. aut lege. Vide Phil. 2.

* Quæ erat pars provinciæ suæ.

* Dictos ait Fest. quod fasces virgarum ligatos ferunt, quibus iussu magistratuum plagas delinquentibus inferunt.

* De quo Hirtius de bello Afric.

* Quæcunq; i. omnia, ut da Act. l. 12. & Virg. lib. 3. Aen. ep. 21. lib. 3. & ad Att.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD APPIVM CLAVDIVM.

Liber III.

ARGVMENTVM.

Totus est hic liber ad Appium P. Clodij fratrem, cum quo post inimicitias in gratiam redierat. In hac autem epistola scribit de duobus Appij libertis, Phania, & Cilice, interserit quædam de sua benevolentia: in extremo commendat Valerium Iurisconsultum cum ioco familiari. De Appij morte Valer. Max. libro 1. capite 6.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO IMP. S. D. I.

SIIPSA* resp. tibi narrare posset quomodo sese haberet, non facilius ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania: ita est homo non modò prudens, verùm etiam, quod iuvet, curiosus. Quapropter ille tibi omnia explanabit, id enim mihi & ad brevitatē est aptius & ad reliquas res * providentiæ. De mea autem benevolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen videntur etiam aliquæ meæ partes. Sic enim tibi persuade; carissimum te mihi esse, cuin propter multas suavitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum quod ex tuis literis, & ex multorum sermonibus intelligo omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Quod cùm ita sit, perficiam profectò, ut longi temporis usuram, qua * caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia: crebritate & magni-

* Appio gratificatur in liberti laude, & simul excusat brevitatem literarum suarum.

* Possunt enim in alienas manus literæ pervenire.

* Cùm viveret P. Clodius Appij frater Ciceronis inimicus.

Appij frater, Ciceronis inimicus.

magnitudine officiorum meorum sarciam, idq; me (quoniam tu ita vis) puto non inuita Minerua esse facturum: quam quidem ego si fortè de tuis sumsero, non solùm Palladia, sed etiam Appiada nominabo. Cilix libertus tuus, antea mihi minùs fuit notus: sed ut mihi reddidit à te literas, plenas & amoris, & officij, mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem literarum tuarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, cùm de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie narraret. Quid quæris? biduo factus est mihi familiaris, ita tamen, ut* Phaniam valde sim desideraturus. Quem cùm Romam remittes (quod ut putabamus, celeriter eras facturus) omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. L. Valerium iureconsultum valde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iureconsultus. Melius enim ei cavere volo, quàm ipse alijs solet. valde hominem diligo: est ex meis domesticis, atq; intimis familiaribus. omninò tibi* agit gratias: sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras, id eum ne fallat, te etiam, atq; etiam rogo. Vale.

* Qui ei familiarior erat quã Cilix. vide ep. 13. li. 2.

* Hic est ad quem scribit epistolam ult. li. 1.

* Quod ipse tua sponte illum humanissimè tractaris.

ARGVMENTVM.

Cum esset Appio successor in Cilicia administratione creatus, rogat eum, ut provinciam sibi quàm maximè aptam explicatamq; tradat, quo sit ei facilior administrandi ratio.

M. T. C. PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. D. 2.

* Artificiosè exordiatur à dissimulatione cupiditatis suæ.

CVM & contra* voluntatem meam, & præter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset, in multis, & varijs molestijs, cogitati-

gitationibusq; meis hæc una consolatio occurrebat, quòd neq; tibi amicior quàm * ego sum quisquam posset succedere, neque ego ab ullo provinciam accipere, qui mallet eam mihi quàm maximè aptam explicatamq; tradere. Quòd si tu quoq; eandem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profectò nunquam fallet. A te maximo opere pro nostra summa coniunctione, tuaq; singulari humanitate etiam atq; etiam peto & quæso, ut quibuscunq; rebus * poteris (poteris autem plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. vides mihi * ex S. C. provinciam esse habendam. si eam (quoad eius facere potueris) quàm expeditissimam mihi tradideris: * facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui * consilij est. ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem expectaret, aut id fieri nostra * amicitia pateretur, aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis provisum à te esse intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum. Vale.

* Significat omnia se facturū in provincia, quæ ad Appij dignitatem spectent, quo facilius impetret ab eo quod desinceps petit.
* Ep. 5. l. 6.
* Vide necessitatem.
* Vide commodum.
* Vide modestiam nominatim nihil petentis.

ARGVMENTVM.

Petit, quòd in proxima superiore epistola, ut in tradenda provincia commodet sibi quàm maximè potest, præcipuè ne numerum militum imminuat.

* Vide artificium ad colligendam benevolentiam, & excusandam brevitatem literarum.

M. T. C. PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

AD XI. kalend. Iun. Brundusium cùm venissem, Q. Fabius legatus tuus mihi præsto fuit. eaq; ex tuis mandatis monuit, quæ nō modo mihi, ad quē pertinebāt,

* Ob metum Parthici belli.

*Cui decreta erat Syriæ administratio, Crasso à Parthis interfecto.

sed & universo senatui venerant in mentem,* præsidio firmari opus esse ad istam provinciam. Censebant enim omnes ferè, ut in Italia supplementum meis, & * Bibuli legionibus scriberetur. Id cùm Ser. Sulpitius Cos. passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus; sed tantus consensus senatus fuit, ut maturè proficiscerem, parendum ut fuerit: itaq; fecimus. Nunc quod à te petij literis ijs, quas Romæ tabellarijs tuis dedi, velim tibi curæ sit, ut, quæ successori* coniunctissimo & amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit, ea pro nostra constantissima voluntate erga te, cura ac diligentia tua complectare: ut* omnes intelligant, nec me benevolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. Ex ijs literis, quarum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari volueris, sic intellexeram, permultos à te milites esse dimissos: sed mihi Fabius idem demonstravit, te id cogitasse facere: sed cùm ipse à te discederet, * integrum militum numerum fuisse. id si ita est perpetratum mihi feceris si istis exiguas copias quas habuisti, quàm minimum imminueris. Quæ de re S. C. quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris, * approbo: sed te quoque confido ea facturum quæ mihi intelliges maximè esse accommodata. Ego C. Pontinium legatum meum Brundusij exspectabam: eumq; ante Kalendas Iun. Brundusium venturum arbitror; qui cùm venerit, quæ primùm in urbe videndi nobis facultas data erit, ea utemur. Vale.

*A sua in illum benevolentia.

*Ab hominum opinione.

* Falsò. nam aberant cohortes tres. vide ep. 6.

*Ab Appij prudentia, & sua in illum voluntate; cui parem ab Appio voluntatem modestè poscit.

ARGVMENTVM.

Exspectari à se scribit L. Clodium cum Appij mandatis:

datis: mutuam benevolentiam, eiusq; causas commemorat.

M. T. C. PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. P. D. 4

PRIDIE Nonas Iun. cum essem Brundusij, literas tuas accepi: in quibus erat scriptum, te * L Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui velles. Eum sanè exspectabam, ut ea, quæ à te afferret, quamprimùm cognoscerem. Meum * studium erga te, & officium tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in ijs maxime declarabo, quibus plurimùm significare potuero, tuam mihi existimationem & dignitatem carissimam esse. Mihi & Q * Fabius Virgilianus & C. Flaccus L. F. & diligentissimè M Octavius Cn. F. denotavit, me à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicarim maximeq; il lo libro augurali, quem ad me * amantissimè scriptum suavissimum misisti. Ea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam cùm te ipsum, ex * quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci; tum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum. duas enim duarum * ætatum * plurimi facio, Cn. Pompeium filiæ tuæ socerum, & M Brutum generum tuum. * Collegij quoq; coniunctio præsertim tam * honorificè à te approbata, non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. Sed si Clodium * convenero, ex illius sermone ad te scribam plura, & ipse operam dabo, te ut quamprimùm videam. Quod scribis, tibi manendi causam eam fuisse, ut me convenires: id mihi, * ne mentiar, gratum est. Vale.

* Præfecto fabrûm vide epist. 6.

* Studio, voluntas: officio res ipsa declaratur.

* A testibus

* Ab ipsa re ep. 9. & 11.

* Iam ante necè P Clodij redierant in gratiam, ut est in oratione pro Milone.

* Erat n. augur uterq;.

* Scripto ad me lib. epi. 9. & 11.

* Quem exspectabat.

* Licet nihil te meâ causâ contra voluntatem meam velim facere.

ARGVMENTVM.

Agit Appio gratias, quòd operam dederit, ut sibi expeditissimam provinciam traderet; deinde rationem exponit itineris sui, quò certius de congressu statuere Appius possit.

M. T. CICERO PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

THRALLEIS veni ad IV. kal. Sext. Ibi mihi præstò fuit L. Lucilius cum literis, mandatisq; tuis: quo quidem homine neminem * potuisti nec mihi amiciorem, nec (ut arbitror) ad ea cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem, prudentioremve mittere. Ego autem & tuas literas legi libenter, & audivi Lucilium diligenter. Nunc quoniam & tu ita sentis; (scribis enim quæ de nostris officijs ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerunt, tamen quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse) & revera confirmata amicitia, & perspecta * fide, commemoratio officiorum supervacanea est: eam partem orationis prætermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animadverti enim, & didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuisse rationem, * ut mihi consuleres, restitueresq;, & præparares quodammodo omnia, quò mea ratio facilior & solutior esse posset. Hoc tuum officium cùm mihi gratissimum esse dicam; * sequitur illud, ut te existimare velim, mihi magnæ curæ fore, atq; esse iam, primùm ut ipse tu, tuiq; omnes, deinde etiam, ut reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum. Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ij mihi nolle magno hoc animo nos esse, quàm novimi elligere videntur; sed profectò intelligent. Neq; enim * obscuris * personis

* Captat benevolentiâ ab Appii prudentia.

* Fidem nominat, quia redierant in gratiam.

* Vt mihi explicatam provinciam traderes. ep. 2.

* Gratum se fore pollicetur.

* Clarus enim uterq;, cum uterq; consularis & augur esset.

* Personati agebant hi-

nis, nec parvis in causis res agetur, sed hoc fieri melius, quàm dici aut scribi volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurúsne me sis in provincia: eares sic habet. Brundusij cùm loquerer cũ Phania liberto tuo, véni in eum sermonem, ut dicerem, me libenter ad eam partem provinciæ primùm esse vẽturum, quò te maximè velle arbitrarer. Tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere: perfore accommodatum tibi, si ad Sidam, maritimam partem provinciæ, navibus accessissem. Dixi me esse facturum: itaq; fecissem, nisi * mihi I. Clodius noster Corcyræ dixisset, minimè id esse faciendum: te * Laodiceæ fore ad meum adventum. Erat id mihi multò brevius, multoq; commodius, cum præsertim te ita male arbitrarer, tua ratio postea est commutata. Nunc quid fieri possit, tu facilimè statues. ego tibi mecum consilium exponam. Pridie kal. Sextil. puto me * Laodiceæ fore, perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. deinde uel faciam ad * exercitum, ut citiùs id. Sextilem putem me ad Iconium fore. Sed si quid nunc me fallit in scribendo (procul enim aberam ab re * ipsa, & à loco) simul ac progredi cœpero, quàm celerrimis, & quàm creberrimis potero literis faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum, atq; itinerum meorum. * Oneris tibi imponere nec audeo quicquam, nec debeo. sed quod commodo tuo fieri possit, utriusq; nostrúm magni interest, prius ut te conveniã quàm decedas. Quã facultatẽ si quis * casus eripuerit, mea tamẽ in te omnia officia constabunt, nõ secus, ac si te vidissẽ. Tibi de nostris rebus nihil sum antè mãdaturus, p literas quã desperáro, coram

strationes inde translatio.

* Excusatio in mutatione consilij.

* Quæ Asiæ urbs provinciam ingredienti ab prima occurrit ep. 6.

* Ep. 15. & 19. lib. 5. ad Attic.

*Qui præsidij causa in provincia solebat esse.

* Quæ fortasse me diutius, quam puto detinebit. ad Att. ep. 19. lib. 5.

*Non potuit neq; verecundius petere, neque vehementius.

*Quod de Appij voluntate suspicatur, id in causam cõfert.

coram me tecum agere posse. Quod te à * Scævola petiisse dicis, ut dum tu abesses, ante adventũ meum provinciæ præesset: eum ego Ephesi vidi, sicq; mecũ familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quicquam audivi, quòd sibi à te mandatum diceret. Sanè vellem potuisset obsequi voluntati tuæ, non enim arbitror noluisse. Vale.

* Muciæ gentis cognomen.

ARGVMENTVM.

Ostendit, non per se, sed per Appium stetisse, quò minùs congrederentur: nihil tamen de sua erga illum benevolentia detractum.

M. T. C. PROCOS. APPIO PVLCHRO IMP. S. D. 6

CVM * meum factum cum tuo comparo: etsi non magis mihi faveo in nostra amicitia tuenda, quam tibi, tamen multò magis meo facto delector quàm tuo. ego enim * Brundusij quæsivi ex Phania, cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse * locum quem apud te is teneret quam in partem provinciæ maximè putaret te velle, ut in succedendo primùm venirem. Cùm ille mihi respondisset, nihil me tibi gratiùs facere posse, quàm si ad Sidam navigassem: etsi minus dignitatis habebat ille adventus & ad multas res mihi minus erat aptus tamen ita me dixi esse facturum. Idem ego cùm L. Clodium Corcyræ convenissem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum ille cùm loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primùm venirem. Tunc ille mihi cùm gratias egisset, magnopere à me petivit, * ut Laodiceam protinus irem: te in prima provincia velle esse, ut quamprimùm decederes: quin

* Iter utriusq; considerat.

* Epist. 5.

* Honestiorem scilicet, quàm reliqui liberti.

* Incõstantiæ suæ culpam in Clodij sermonem.

quin, nisi ego successor essem, quem tu * cuperes videre, te antea quàm tibi successum esset, decessurum fuisse. Quod quidem erat consentaneum cum ijs literis quas ego Romæ acceperam: ex quibus perspexisse mihi videbar, quàm festinares decedere. Respondi * Clodio me ita esse facturum, ac multò quidem libentiùs, quàm si illud esse faciendum quod promiseram Phaniæ. Itaq; & consilium mutavi, & ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis intellexi satis maturè ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto valde delector. nihil enim potuit fieri amantius. considera nunc vicissim tuum. Non modò ibi non fuisti, ubi me * quamprimùm videre posses, sed eò discessisti, quò ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (ut opinor) * Cornelia constituti essent, qui ut tuum factũ illis, quo animo inter nos simus ignorant, alieni hominu (ut levissimè dicam) & fugientis congressum: meum verò coniunctissimi & amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen antè quàm in provinciam venirem, redditæ sunt à te literæ: quibus etsi te Tarsim proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conveniendi afferebas: cùm interea, credo equidem, * malevoli homines (latè enim patet hoc vitium, * & est in multis) sed tamen probabilem materiem nacti sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare à te voluntatem meam; qui te * forum * Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare dicerent, cùm posses iam suspicari tibi esse successum: quæ ne ab ijs quidem fieri solerent, qui brevi tempore sibi successum iri putarent. Horum ego sermone non movebar, quinetiã (credas mihi velim) siquid tu * ageres,

nem relsicta epistola superiori.

* Aliter esse res indicavit.

* Hic erat præfectus fabrûm apud Appium. ep. 8.

* Disputat contra Appii factum.

* Lex Cornelia magistratib. dabat, ut post annuã provinciæ administrationem, per mensem præterea commorari possent.

* Qui detrahendi studio delectantur.

* Puto glossema, nec est in meo libr.

* Ius dicere ep. 8. li. 10. & ad Attic. ep. 16. l. 5. & Festus

* In Cilicia ep. 4. l. 6. ad Attic.

* Dixit, si quid ageres,

res levari me putabam molestia: & ex annua provincia, quæ mihi longa videretur, propè iam undecimum mensium provinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius mensis labor detractus esset. Illud (verè dicam) me movet, in tanta militum* paucitate abesse treis* cohortes, quæ sint plenissimæ: nec me scire ubi sint. Molestissimè autem fero, quòd te ubi visurus sim, nescio; eoq; ad te tardius scripsi, quod quotidie teipsum expectabam, cum interea ne literas quidem unas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut ubi te visurus essem. Itaq; virum fortem, mihiq; in primis probatum Antonium præfectum evocatorum misi ad te, cui (si tibi videretur) cohortes traderes: ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotij* gerere possem in quo, tuo consilio ut me sperarem esse visurum; & amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant: quod ego ne nunc quidem despero. Sed planè quando, aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. *Ego ut me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant, curabo. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse: id si correxeris, mihi valde gratum erit. Et, ut habere rationem possis, quo loco me salva lege Cornelia conveniat: ego in provinciam veni prid. Kalend. Sex. iter in* Ciliciam facio per Cappadociam. Castra movi ab Iconio prid. Kalend. Sext. Nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si* putabis me esse conveniendum, constitues quo loco id commodissimè fieri possit, & quo die. Vale.

* Dixit, si quid ageres quasi non crediderit iis qui ab eo multa agi diceret.
* Facta seditione.
* Epist. 4. li. 15. epist. 5.
* Contra Amamenses. Ep. 10. l. 2. & 4. li. 15. & ad Attic. ep. 19. lib. 5.
* Conclusio cum benevolentiæ significatione.
* Vide Ciliciam fuisse partem provinciæ.
* Vt ego quidem puto. epist. 5.

ARGVMENTVM.

Querelam Appii refellit: contraque ipse queritur, & ostendit se iuste queri, virtutem extollens contra inanem arrogantiam nobilitatis.

M. Fa

M. T. CICERO S. D. APPIO PVLCHRO.

PLVRIBVS verbis ad te scribam, cùm plus otij nactus ero. Hæc scripsi subitò cùm Bruti pueri Laodiceæ me convenissent, & se Romam properare dixissent. Itaq; nullas ijs præterquam ad te, & ad Brutum dedi literas. Legati Apameani mihi * volumen à te plenum querelæ iniquissimæ reddiderunt, quòd eorum * ædificationem literis meis impedissem. Eadem epistola petebas, ut eos quamprimùm, ne in hiemem inciderent, ad fastigium ædificandi liberarem: & simul peracutè querebare, quòd eos tributa exigere vetarem priùs quàm ego, te cognita, permisissem. genus enim quoddam fuisse impediendi cùm ego cognoscere non possem, nisi cum ad hiemem me ex Cilicia recepissem. Ad omnia accipe, & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. Primùm cùm ad me * aditum esset ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent antè quàm ego rem cognossem? * non poteram, credo, ante hiemem. sic enim scribis. Quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint, tam longè, inquis? quid? cùm dabas ijs literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quò minùs ante hiemem ædificarent; non eos ad me venturos arbitrabare? tametsi id quidem fecerunt ridiculè. quas enim literas afferebant, ut opus æstate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito * & multò plures esse, qui de tributis recusent, quam qui exigi velint; & me tamen, quod te velle existimem, esse facturum. De Apameanis hactenus. * A Pausania, Lentuli liberto, accenso

* Longissimas literas. ep. 30. li. 12.

* Templum extruere Appio, ut ei provincia benemerito cogi abant.

* Confutationis initium ab æquitate.

* Obiectio cum dissolutione.

* Aculeus in Appij ambitionem.

* Alterum Appij querelæ caput.

censeo meo, audivi cùm diceret, te secum esse quæstũ, quod tibi obviam non prodissem. Scilicet contemsi te: nec potest fieri me quidquam superbius. Cùm puer tu ad me secunda ferè * vigilia venisset, isq; te ante lucem Iconium mihi venturum nunciasset, incertumq; utrâ via, cùm essent duæ: altera Varronem: tuum familiarissimum, altera Q * Leptam præfectum fabrũm meum tibi obviam misi, mandavi utriq; eorum ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviã prodire possem. * currens Lepta venit, mihiq; nuntiavit, te iam castra prætergressum esse, confestim Iconium veni. Cætera iam tibi nota sunt. An * ego tibi obviam non proderem? primùm Appio * Claudio? deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde quod caput est, amico? præsertim cum in isto genere multò etiam ambitiosiùs facere soleam quàm honos meus & dignitas postulat. sed hæc hactenus. Illud idem Pausania dicebat te dixisse: Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obviam; * Cicero Appio noluit? Quæso, etiámne tu has ineptias, (hoc o mea sententia, summa * prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quæ est virtus, ut Stoici recèssimè putant) ullam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? cui * ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus: veros eos, qui ea * vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Posteà verò quam ita et cepi & gessi maxima imperia, ut mihi nihil neq; ad * honorem, neq; ad gloriam acquirendum putarem superiorem quidem nunquam, sed parem vobis me speravi esse

* Nox in tres vigilias distribuebatur, vigilia verò in quatuor horarum spatia. Macrobius.
* Epist. 15, lib. 9.
* A facto.

* Ab argumentis.
* Ex gente patricia, claris maioribus summis honoribus perfuncto.
* In Ciceronis ignobilitatem.
* Naturalem significat: quia separatim deinde rerum usum nominat.

* Summos magistratus.
* Quasi Appius nõ sua, sed maiorũ virtute nobilis esset.

* Summus enim honor consolatus,

esse factum. Nec mehercule aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui unquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis; si paulò diligentiùs (ut, quid sit ἐξοχὴ, quid sit εὐγένεια intelligas) Athenodorus Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modò, verùm etiam amicissimũ existimes velim. * profectò omnibus meis officijs efficiam, ut ita esse verè possis iudicare: tu autem si id agis, ut minùs mea caussa, dum ego absum, debere videaris, quàm ego tua laborarim: libero te ista cura.

quem oppressa coniuratione, gloriosissimè gesserat.

*Concludit à benevolentia sua, ut se non solum caussa sed etiam humanitate superiorem ostendat.

——————παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι
Οἵκε μετιμήσεσι, μάλιστα δὲ μητιέταζεύς.

* Agamemnonis verba apud Homerum contra Achillẽ. Iliad. lib. 1.

Si autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies, quò minùs tua caussa velim? hoc assequêre, ut quam in partem accipias, minùs laborem. Hæc ad te scripsi, liberiùs, fretus conscientia officij mei, benevolentiaq; quam à me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conservabo. Vale.

ARGVMENTVM.

Querulis Appij literis respondet eum excusatione sui facti: ipsumq; Appium aut imprudentem significat, qui sermonibus iniquorum crediderit: aut nimis astutum, qui ea, quæ ipsi in mentem veniant, aliis attribuat.

M. T. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP.

ETSI quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, cùm * ad urbem esses, esse lecturum, * refrigerato iam levissimo sermone hominum provincialium, tamen cùm tu tum multis verbis ad me de im-

*Quid sit ad urbem esse, declarat Asconius in 2. Verrina.

* Imminuto. Sic ep. 10. lib. 9.

de improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem, sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo reliquenda sunt, nihil enim habent, quod aut definitū sit, aut* certum: nisi me vultu & taciturnitate significasse, tibi non esse amicum, idq; pro tribunali cùm aliquid ageretur, & nonnullis in convivijs intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse, possum intelligere: sed cùm sit nihil, ne quid dicatur quidē intelligo. Illud quidem scio, meos multos & illustres, & ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cum magna significatione nostræ familiaritatis, ad te verè potuisse deferri. Nam quod ad *legates attinet, quid à me fieri potuit aut elegantiùs, aut iustius, quàm ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem, sine ulla immunitione dignitatis tuæ, præsertim ipsis civitatibus postulantibus? nam mihi totum genus legationum* tuo nomine proficiscentium notum non erat. Apameæ cùm essem, multarum civitatum principes ad me detulerunt, sumptus decerni legatis nimis magnos, cùm solvendo* civitates non essent. Hic ego *multa simul cogitavi: primùm te hominem non solùm sapientem, verùm etiam (ut nunc loquimur) urbanum, non arbitrabar genere isto legationum delectari: idq; me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputavisse: primùm* Appium Claudium senatui, populoq; Rom. non Myndensium testimonio (de ea enim civitate mentio facta est) sed sua sponte esse laudatum: deinde me ipsa vidisse accidere multis, ut eorum causa legationes Romam venirent, sed his legationibus nō meminisse ullum* tempus laudandi, aut locum

*Non enim ex vultu, & taciturnitate de cuiusquam animo possumus certo iudicare.

* Quæstus erat Appius de legatis à Cicerone prohibitis.

*Vt tibi benemerito gratias in senatu agerent. infra hac epist.

* à necessario.

* Ne videantur temerè commotus.

* Ab Appii laude.

*Ab ipsa re.

locum dari: studia mihi eorum placere, quòd in te benemerito grati essent, consilium totum videre minimè necessarium: si autem vellent declarare in eo officium suum; laudaturũ me, si quis suo sumptu functus esset officio; concessurum, si legitimo; non permissurum, si infinito. Quid enim reprehendi potest? nisi quod addit, visum esse quibusdam edictum meum quasi consultò ad istas legationes impediendas esse accommodatũ. Iam non tam mihi videntur iniuriam facere ij, qui hæc disputant, quàm si* cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cùm Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentissimè scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus *civitatum: quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc verò, ex quo suspicio nata est, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem, tralatitium est. neq; enim eram tam* desipiens, ut privatæ re caussa legari putarem; qui & tibi nõ privato, & pro re non privata tua, sed publica: nõ in privato, sed in publico orbis terræ consilio, id est, in senatu ut gratias agerent, mittebantur. Neq; cum edixi, ne quis iniussu meo proficisceretur, exclusi eos, qui me in * castra, & qui trans Taurum persequi non possent, nam id est maximè in tuis literis ridẽdum. quid enim erat, quòd me persequerentur in castra? Taurúmne transirent, cùm ego Laodicea usq; ad *Iconiũ iter ita fecerim, ut me omnium illarũ diœcesium, quæ cis Taurũ sunt, omniumq; earũ civitatũ magistratus, legationesq; conveniẽrent? nisi fortè postea cœperũt legare, quã

* Is enim contentionem quærere videtur.

* Quorum consuli fortunis æquũ fuit.

* Ostendit, se non potuisse per ignorantiam peccare.

* Ad Iconium, ep. 6.

* Vbi castra erant, ep. 5. & 6.

ego Taurum transgressus sum: quòd certè non ita est. cùm enim *Laodiceæ, cùm Apameæ, cùm Synnadis, cùm Philomeli, cùm Iconij essem, quibus in oppidis omnibus commoratus sum, omnes iam istius generis legationes erant constitutæ. Atq; hoc tamẽ te scire volo, me de isto sumptu legationũ aut minuendo, aut remittendo decrevisse nihil, nisi quod principes civitatum à me postulassent, ne in indictionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, (quam tu non ignoras) capitum atq; ostiorum, inducerentur sumptus minimè necessarij. Ego autem cùm hoc suscepissem, non solùm iustitia, sed etiam * misericordia adductus, ut levarem miserijs perditas civitates, & perditas maximè per magistratus suos; non potui in illo sumptu nõ necessario negligens esse. Tu, cùm istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non * debuisti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quæ tibi in mentem veniant, alijs attribuas: genus sermonis inducis in amicitiam minimè liberale. Ego si in provincia de tua fama detrahere unquam cogitassem, non ad generum tuum Lentulũ, neq; ad *libertum Phaniam Brundusij, neq; ad *præfectum fabrũm Clodium Corcyræ, quem in locum me venire velles, retulissem. Quare potes, doctissimis hominibus auctoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri, genus hoc totum orationis tollere. * DISPVTABANT: EGO CONTRA DISSEREBAM. * DICEBANT: EGO NEGABAM. An mihi de te nihil esse dictum unquã putas? ne hoc quidem, quòd, cùm me *Laodiceam venire voluisses, Taurum ipse transisti? quòd iisdem diebus meus conventus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli

* Laodiceæ biduum, Apameæ dies quinq; Synnadis triduum, Philomeli dies quinq;, Iconij decem, ad Att. li. 5. ep. 20. etsi aliter epist. 16. eiusdem lib.

*Ab officio suo.

* Tacitè accusat Appiũ aut imprudentiæ, aut malevoli animi.

* Artificiosè Appium excusat.

* Phaniam epist. 5.

* L. Clodium ep. 5.

* Videntur esse verba ex Attici literis.

* Ad Attic. li. 5. ep. 16. & 9.

meli, tuus Tarsi? non dicam* plura, ne in quo te ob iurgem, id ipsum videar imitari. Illud dicam, ut sentio: si ista, quæ alios loqui dicis, ipse sentis; tua summa *culpa est: sin alij tecum hæc loquuntur, tua tamen, quòd audis, culpa nonnulla est. mea ratio in tota amicitia nostra constans & gravis reperietur. Quòd si quis me astutiorem fingit: quid potest esse* callidius, quàm, cùm te absentem semper defenderim, cùm præsertim mihi usu venturum non arbitrarer, ut ego quoq; absens à te defendendus essem, nunc committere, ut tu *iure optimo rte absentem deserere posses? Vnum genus excipio sermonis, in quo persæpè aliud dicitur, quod te putem non nolle dici, si aut legatorum tuorum cuiquam, aut præfectorum, aut tribunorum mil. malè dicitur: quod tamen ipsum non me hercule adhuc accidit me audiente, ut aut gravius diceretur, aut in* plures, quàm mecum Corcyræ Clodius est locutus, cùm in eo genere maximè quereretur, te* aliorum improbitate minùs felicem fuisse. Hos ergo sermones, quòd & multi sunt & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessivi nunquam, sed non valdè* repressi. Si quis est qui neminem bona fide in* gratiam putet redire posse: non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam: simulq; non de meis peius, quam de te, existimat. Sin autem aliquem mea instituta in provincia non delectant, & quadam* dissimilitudine institutorum meorum, ac tuorum lædi se putat, cùm uterq; nostrùm rectè fecerit, sed non idem uterq; secutus sit: hunc ego amicum habere non curo. * Liberalitas tua ut hominis nobilissimi, latiùs in provincia patuit, nostra si angustior est, &, si de tua prolixa beneficaq; natura

* Ne colligam ea, quæ mihi de te dicta sunt.

* Qui fictis artib. oppugnes amicitiã nostram.

* Ἐξεωυτὸν quid enim stultius?

* Læsus à me in provincia.

* In alio enim potius, quam in te.

* Ep. 1. lib. 8.

* Sermonum hæc erat improbis hominibus causa.

* Vide epist. 13. lib. 2.

* Cum videatur eũ laudare, carpit, ut ex alienis rebus liberalem.

*Liberalitatem respuatium.

natura limavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam * temporum, non debent mirari homines, cùm & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alij moventur, ijsdem ego moveor, me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi. De rebus urbanis quòd me certiorem fecisti, cùm per se mihi gratum fuit; tum quod significasti, tibi omnia mea mandata curæ fore. in quibus unum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotij, aut oneris accedat, aut temporis, Hortensiumq;

*In augurem. Phil. 3. & in Bruto.

nostrum * collegam, & familiarem, roges, ut si unquam mea causa quicquam aut sensit, aut fecit, de hac quoq; sententia * bima decedat, qua mihi nihil potest esse inimicius. De nostris rebus quod scire vis: Tarso Nonis Octobribus Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi postridie eius diei, cùm castra haberem in agro Mopsuhestiæ, si quid egero, scribam ad te: neq; domum unquam ad meos literas mittam, quin adiungam eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quod quæris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admixto * Parthico ornatu, dicuntur omnes revertisse. hostem esse in Syria negant ullum. Tu velim ad me quàm sæpissimè & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni reip. statu: de quo sum sollicitus eò magis, quòd ex tuis literis cognovi * Pompeium nostrum in Hispaniam iturum. Vale.

*Vt provinciæ ab ijsdē rectoribus per biennium regerentur.

* Quò plus terroris inferret.

* Epist. 11. li. 7. ad Att.

ARGVMENTVM.

Appij literis, humanissimè scriptis, humanissimè & ipse respondet gratulatur de triumphi spe. hortatur ad absolutionem librorum auguralium. supplicationes petit.

M. T. C.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D. 9.

VIX tandem legi literas * dignas Appio Clodio pleno humanitatis, officij, diligentiæ. Aspectus videlicet urbis tibi tuam prisinam urbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere antè quàm ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis à me prohibitis proficisci; alteras de * Apameanorum ædificatione impedita, legi perinvitus. Itaq; conscientia meæ constantiæ erga te voluntatis rescripsi tibi sibiratus. Iis verò literis lectis, quas Philotimo liberto meo dedisti, * cognovi, intellexiq; in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent. Ad urbem verò ut accesseris, vel potiùs ut primùm tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia & constantia fuissem. Itaq; quanti illud me æstimare putas, quod est in tuis literis scriptum: si quid acciderit, quod ad te eam dignitatem pertineat, etsi vix fieri possit, tamen te parem mihi gratiam relaturum? Tu verò facilè facies: NIHIL est enim, quod studio & benevolentia, vel amore * potiùs, effici non possit. Ego, etsi & ipse ita indicabam, & fiebam crebrò à meis per literas certior; tamen maximam lætitiam cepi ex tuis literis de * spe minimè dubia, & planè explorata triumphi tui: neq; verò ob eam causam, quòd ipse facilius cõsequerer (nam id quidē * Ἐπικούρειον est) sed meherculè, quòd tua dignitas, atq; amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare quoniam plureis tu habes, quàm cæteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quòd te adeunt ferè omnes, si quid vel maximè gratissimũ mihi feceris, si ad me, simulatq; adeptus eris, quod

* Appij propriam esse humanitatem ostendit.

* Epist. 7.

* Appium non sua spõte fuisse iniquiorem in se, sed improborum opera hgnificat.

* Eodē modo diligere, minus est, quam amare epist. 14. lib. 9. & 1. ad Brut.

* Ex tuis rebus gestis.

* Epicurei ad scipsos omnia referebant.

& tu confidis, & ego opto, literas miseris. Longi* subsellij (ut noster Pompeius appellat) iudicatio, & mora si quem tibi item unum, alterumvé diem abstulerit (quid enim potest amplius?) tua tamen dignitas suum locum obtinebit. Sed si me diligis, si à me diligivis, ad me literas, ut quamprimùm lætitia afficiar, mittito. Et velim,* reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas. Cùm ipsam cognitionem iuris* augurij consequi cupio: tum me hercule tuis incredibiliter studijs erga me, muneribusq; delector. Quòd autem à me tale quiddam desideras: sanè mihi* considerandum est, quónam te remunerer potissimum genere, nam profectò non est, meum, qui in scribendo (ut soles admirari) tantum industriæ ponam, committere, ut negligens in scribendo fuisse* videar: præsertim cùm id non modò negligentis, sed ingrati etiam crimen futurum sit. verùm hæc videbimus. Illud quod polliceris, velim pro tua fide, diligentiaq;, & pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia, cures, enitare, ut* supplicatio nobis quàm honorificentissimè quamprimùm decernatur. Omninò seriùs missi literas, quàm vellem, in quo cum difficultas navigandi fuit odiosa, tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas. Sed id feci adductus auctoritate & consilio tuo: idq; à me rectè factum puto, quòd non statim, ut appellatus imperator sim, sed alijs rebus additis, æstivisq; confectis, literas miserim. Hæc igitur tibi erunt curæ, quemadmodum ostendis, meq; totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.

* Senatum intelligit, senatus enim triumphum dabat.

* Partem enim promisi iam præstiterat, epist. 4.

* Scribebat Appius de iure augurali ep. 11. & Festus.

* Si gratus esse volo.

* Si accepto à te munere nihil remittam.

* Pro reb in Amano gestis. epist. 4. lib. 15.

ARGVMENTVM.

Dolabella Appium accusaverat, eoq; ipso tempore Cice-

Ciceronis filiam duxerat uxorem. id factum à suis se insciente conatur Cicero probare, & in hanc sententiam multa colligit.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D. 10

CVM esset ad nos allatum de temeritate eorum, qui * tibi * negotium facesserent, etsi graviter primo nuncio commotus sum, quòd nihil tam præter opinionem meam accidere potuit: tamen, ut me collegi, * cetera mihi facilima videbantur, quòd & in te ipso maximam spem, & in tuis magnam habebam: multaq; mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Illud planè molestè tuli, quòd certissimum & iustissimum triumphum hoc invidorum consilio esse tibi * ereptum videbam. Quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicavi faciendum esse, facis sapienter, & ages * victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. ego enim planè video fore nervis opus sapientiaq; tua vehementer, ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ suæ. De me tibi sic, contestans omneis deos, promitto atque confirmo, me pro * tua dignitate (malo enim dicere, quam pro salute) in hac provincia, cui tu præfuisti rogando, deprecatoris; laborando, propinqui, auctoritate, clari hominis (ut spero) apud civitates, * gravitate, imperatoris susceperum officia atq; partes. Omnia volo à me & postules, & exspectes, vincam meis officijs cogitationes tuas. Q. Servilius perbreveis à te mihi litteras reddidit, quæ mihi tamen nimis longæ visæ sunt. iniuriam enim mihi fieri putabam, cùm rogabar. Nollem acci-

* Lenius, quam si dixerit, qui te accusarent. lib. 3. de off.

* i. quod attinet ad crimina tibi obiecta.

* In adversis enim virtus maximè perspicitur.

* Vide ep. 9. lib. 8.

* Absolutio

*

* Ne quis testis contra te Romam veniat.

* Ponderis n. plus habebunt officia mea, ob auctam mihi ex imperatoris nomine dignitatem.

accid sset tempus, in quo perspicere posses, quanti te, quanti * Pompeium (quem unum ex omnibus facio, ut debeo plurimi) quanti * Brutum facerem: quanquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies, sed quoniam accidit, si quid a me prætermissum fuerit, commissum faciunus, & admissum dedecus confitebor. * Protinus, qui à te tractatus est præstanti ac singulari fide, cuius tui beneficij sum ex omnibus testis, præstat tibi memoriam, benevolentiamq, quàm debet, qui, cùm maximis rebus suis coactus à me invitissimo decessisset, tamen ut vidit tua interesse, conscendens iam navem Epheso Laodiceam * reverit. Talia te cùm studia videam habituram esse innumerabilia, plane dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit. Si verò effeceris, ut censor creeris, & si ita gesseris * censuram, ut & debes, & potes; non tibi solùm, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te præsidio futurum. Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur, ut cùm hic tibi satisfecerimus, istic quoq, nostram in te benevolentiam navare possimus. Quæ de hominum atq, ordinum omnium erga te studijs scribis ad me, * minimè mihi mirandà & maximè in ùda acciderũt: eademq, ad me perscripta sunt à familiaribus meis. Itaq, capio magnã voluptatem, cùm tibi, cuius mihi amicitia non solùm ampla, sed etiam * iucunda est, ea tribui video, quæ debeantur; tum verò remanere etiamnum in civitate nostra, studia propè omnium consensu erga fortes & industrios viros quæ mihi ipsi una semper tributa merces est laborum & vigiliarũ mearum. Illud verò mihi perinirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo * adole-

* Socèrum filiæ tuæ epist. 4.

* Generum tuum. ep. 4.

* Ciceronis legatus. epist. 4.

* Vt in provincia operam daret, ne quis Romam ad testimonium contra te veniret.

* De Appio censore. ep. 15. lib. 8.

* Ad Planc. ep. 1. li. 10. Nec miror, & gaudeo,

* Hoc addidit, ne videatur eum diligere duntaxat, utilitatis causſa.

* Dolobella.

lesente, cuius ego salutem duobus capitis iudicijs summa contentione defendi, ut tuis inimicitijs suscipiendis obliviscereturpatronum omnium fortunarum ac rationum suarum: præsertim cum tu omnib. vel ornamentis, vel præsidijs redundares, illi (ut levissimè dicam) multa deessent, cuius sermo *stultus & puerilis erat iã antea ad me à M. Cœlio familiari nostro perscriptus: de quo itẽ sermone multa scripta sunt abs te. Ego autẽ vitius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem dirimissem, quàm novam conciliassem. neq; enim de meo erga te studio dubitare debes, neq; id est obscurum cuiquam in provincia, nec Romæ fuit. Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam & dubitatio tua, de qua *alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessar ũ. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quominus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui si te palàm odissem, minus quod tibi obesset, facere? si clàm, magis apertè inimicus esse? Quod si essem ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hæc conferunt, tamen ea *stultitia certè non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias: aut in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem nocendi. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni: quibus ego non tam imperavi quàm *censui, sumptus legatis quàm maximè ad legem Corneliã decernendos. Atq; in eo ipso me non perseveraße, testes sunt rationes civitatũ: in quibus quantum quæq; voluit, legatis tuis datum induxit. Te autem quib mendacijs homines levissimi onerarunt? nõ modo sublatos sumptus, sed etiam à procuratoribus eorũ, qui iam

* Quem tuũ esse amantissimum non ignoraret.

* Iactabat illam accusationem à Cicerone probari, quod sibi eo ipso tempore filiam collocasset.

* Ne satis gravem ex accusatione curam sustinenti hanc etiam molestiam adderet.

* Stultũ est enim ostendere voluntatem nocẽdi in quo nocere non possis.

* Ingeniosè, quia & amicitiæ parcit, cum non imperat ex legis rationem habet cum censet.

iam profecti essent, repetitos & ablatos: eamq; cansam multis omnino non eundi fuisse.* Quererer tecum, atq; expostularem, nisi (ut suprà scripsi) purgare me tibi hoc* tuo tempore, quàm accusare te mallem, idq; putarem esse rectius.* Itaq; nihil de te, quòd crediderunt de me: quamobrem non debueris credere, pauca dicam. nam si me virum bonum, si dignum iis studijs, eaq; doctrina, cui me à pueritia dedidi, si satis magni animi, non minimi consilij in maximis rebus perspectum habes, nihil in* me non modò perfidiosum & insidiosum & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere: sin autem me astutum & occultum lubet fingere: quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut florentissimi *hominis asperuari benevolentiam, *aut eius existimationem oppugnare in provincia, cuius laudem domi defenderis, aut in ea re animum ostendere *inimicum, in qua nihil obsis, aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum levissimum?* Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem, cùm te ex fratre meo ne tum quidem, cùm tibi propè necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognovissem? Cùm verò reditum nostrum in gratiam uterq; expetisset, quid in consolatu tuo frustrà* mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire voluisses? quid mihi mandasti, cum* te Puteolis prosequerer, in quo non exspectationem tuam diligentia mea vicerim. Quòd si id est maximè astuti, omnia ad suam utilitatem referre: quid mihi tandem erat* utilius, quid commodius meis aptius, quàm hominis nobilissimi atq; honoratissimi coniunctio, cuius opes, ingenium,

* Quod aures ijs præbueris ep. 8.
* Cum sis reus.
* Quasi diceat, nō contra te sed pro me disputabo.
* A sua persona.
* A persona Appij.
* A tempore.
* Ab ipsa re.
* Ab ingrati animi nota.
* A constantia sua.
* Euntem in provinciam.
* Ab utili.

um liberi,* affines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel præsidio esse possent? Quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. *Quid? illa vincula, quibus quidem libentissimè astringor, quanta sunt* studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitæ atq; victus, sermonis societas, literæ interiores? atq; hæc domestica. Quid illa tandem* popularia? reditus illustris in gratiam? in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspicione perfidiæ: amplissimi sacerdotij* collegium? in quo non modò amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Quæ ut omittã tam multa, atq; tanta, quis unquam tanti quenquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn.* Pompeium socerum filiæ tuæ? Etenim si merita valent, patriam, liberos, salutem, dignitatem meam et ipsum mihi per illum restitutum puto. si consuetudinis iucunditas: quæ fuit unquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior? si ulla amoris atq; officij signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicavit? quid de se in senatu, cùm ipse* abesset, per quenquam agi maluit: quibus ille me rebus non ornatissimũ voluit amplissimè? qua deniq; ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, adversantem interdum actionibus suis? quo studio provident, neque me illius temporis* invidia attingeret, cùm me consilio, cùm auctoritate, cum armis deniq; texit suis, quibus quidem temporibus hæc in eo gravitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut

* Pompeius maximè & Brutus ep. 4.

* A studiorum aliarumque rerum similitudine.

*Ab hominum opinione.

* Erat uterque augur. epist. 4.

*A Cn. Pompeij persona epist. 4.

* Præsertim bello Mithridatico.

* Quia suspicio fuit consilio Ciceronis Clodium à Milone occisum.

Lij.

*Lycaonia pertinebat ad imperiū Ciceronis. ep. 5. & 6. & ad Att. ep. 15. lib. 5.

*Lycaoni, quod tum in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum malevolis de me sermonib. crederet. Huius igitur filius cùm sit genere tuus, cumq; præter hanc coniunctionem affinitatis, quàm sis Cn. * Pompeio carus, quamq; iucundus intelligam: quo tandem animo in te esse debeo? cùm præsertim eas ad me de literas miserit, quibus etiam si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumq; me ad eius viri ita de me meriti voluntatem, nutumq; converterem. Sed hæc hactenus: pluribus enim etiam fortasse verbis, quàm necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quæ à me perfecta, quæq; instituta sunt, cognosce.

*Qui & ipse augur erat. Phil. 2.

*In provincia, quæ ad Appii à Dolobella accusati absolutionem pertinerent.

§ non pauca desiderantur, est ille §

Atq; hæc agimus, & agemus magis pro dignitate, quā pro periculo tuo. te enim (ut spero) propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summiq; consilij, tibi diligentius & accuratius, quàm hæc, quæ nos de te agimus, cogitanda esse * censeo. Vale.

*Opinor hic adiuncta fuisse, quæ dixit à se perfecta, & instituta.

ARGVMENTVM.

Acceptis ab Appio literis de absolutione maiestatis, gratulatur maiorem in modum, & de ambitus iudicio bene illi sperandum significat.

M. T. C. PROCOS. APPIO PVLCHRO (VT SPERO) CENSORI. S. P. D.

*Ciliciæ fluvium Vide Arrianus Curtius.

CVM essem in castris ad fluvium* Pyramum redditæ mihi sunt uno tempore à te epistolæ duæ, quarum ad me Q. Servilius Tarso miserat. Earum in altera dies erat adscripta Non. Aprilium: in altera, quæ mihi recentior videbatur, dies non erat. Respondebo igitur superiori

vtori priùs: in qua scribis ad me de absolutione* maiestatis. De qua etsi permultò antè certior factus eram literis, nuntijs fama deniq, ipsa (nihil enim fuit clarius: non quod quisquam aliter putasset: sed nihil de insignibus ad* laudem viru obscurè nunciari solet) tamen eadem illa lætiora fecerunt mihi tuæ literæ: non solùm quia planius loquebantur, & uberius, quàm vulgi sermo: sed etiam quia magis tibi videbar gratulari, cum de te ex te ipso audiebam.* Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam verò osculatus, etiam ipse mihi gratulatus sum. quæ enim à cuncto populo, à senatu, à iudicibus ingenio, industriæ, virtuti tribuuntur,* quia mihi ipse assentor fortasse, cùm ea esse in me fingo: mihi quoq, ipsi tribui puto. Nec tam gloriosum exitum tui iudicij extitisse, sed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar.* De ambitu verò quid interest, inquies, an de maiestate? Ad te nihil. Alteram enim non attigisti, alteram auxisti. Veruntamen ea est maiestas (ut* Sylla voluit) ut in quemvis impunè declamare liceret.* ambitus verò ita apertam vim habet, ut accusetur improbè, aut defendatur. qui enim facta, aut non facta largitio ignorari potest? tuorum autem honorũ cursus cui suspectus unquam fuit? Me miserum, qui non affuerim: quos ego risus excitassem! Sed de maiestatu iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucundissima fuerunt: unum, quòd te ab ipsa rep. defensum scribis: quæ quidem etiã in summa *honorũ & *fortiũ civium copia tueri talem virum deberet: nunc verò eò magis, q tãta penuria est in omni vel honoris, vel ætatis gradu, ut tam orba civitas talis tutores cõplecti debeat: alterũ quòd* Pompeij & Bruti

* Quo crimine eum accusaverat Dolobella.

* Necessaria distinctio. nam etiam insignis latro dicitur: sic in oratore: insignia ad maximam laudem.

* Gratulari significantius non potuit.

* Vide modestam arrogantiam.

* De quo nondum erat absolutus.

* Syllæ lex de maiestate.

* Ambitus est cum honores pecunia quærũtur.

* Nam neque timida probitas, neque improba fortitudo utilis reip.

fidem, benevolentiamq; mirificè laudas. Lætor virtute & officio cum tuorum necessariorum, meorum amicissimorum, tum maximè alterius omnium seculorum & gentium principis, alterius iampridem iuventutis, celeriter (ut spero) ciuitatis. De* mercenarijs testibus à suis ciuitatibus notandis, nisi iam factum aliquid est per Flaccum, fiet à me, cùm per Asiam decedam. Nunc ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi formã *communium temporum & totius reip. misisti expressam; prudentia literarum tuarum valde mihi est grata. Video enim & pericula leuiora quàm timebam & maiora præsidia: siquidem (ut scribis) omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicaverunt, tuumq; simul promtum animum, & alacrem perspexi ad defendendam* remp. mirificamq; cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quòd in summis tuis occupationibus mihi tamen reip. statum per te notum esse voluisti. Nã auguralem* libros ad communem utriusq; nostrum otium serva. Ego enim à te cùm tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te *ociosissimum esse arbitrabar. Nunc tamen ut ipse polliceris, pro auguralibus libris orationes tuas confectas omneis expectabo. Tullius, cui mandata ad me dederas, non conveneram me: nec erat iam quisquam mecũ tuorum præter omneis meos, qui sunt omnes tui. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo. Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leviter accusans in eo, quod de me cito* credidisses. Quod genus querelæ mihi quidem videbatur esse* amici: sin tibi displicet, non utar eo posthac. Sed si, ut scribis, eæ literæ non fuerunt desertæ, scito meas non fuisse. Vt enim Aristarchus Homeri versum negat, quem

* Qui mercede adducti ex Asia venerant ad testimoniũ in Appium dicendum.
* Emergebat civile bellum.

* Quã Pompeius affinis Appij defendere putabatur.
* Ep. 9. lib. 10. ad Att.

* Non ut postea cognovi, accusationis cura impeditum.

* Epist. 8.
* Accusavi enim, non quod improbus esses, sed quod improbis crederes.

quem non probat? sic tu (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaru meum. Vale, & in censura si iam es censor (ut spero) de *proauo multùm cogitato tuo.

*Appio Cæco, qui censuram egregiè gesit. se antiquior, quã proavus: sic Plutarchus de Catone, temporum ratione non satis diligenter examinata.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de absolutione ambitus: &, querente Appio quòd accusatori suo Dolabellæ filiam collocârit, ostendit, id se insciente per suos factum.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D. 12

*Primus locus in epistola gratulationis est.

GRatulabor tibi *prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me convertar. Ego verò vehementer gratulor de iudicio ambitus: neq; id, quod nemini dubium fuit, absolutum te esse: sed illud, quòd quò melior ciuis, quò vir clarior, quò fortior amicus es, quoq; plura virtutis & industriæ ornamenta in te sunt, eò mirandum est magis, nullam, ne in *tabellæ quidem latebra, fuisse absconditam malevolentiam, quæ te impugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum, atq; morũ negotium, nihil iam sum pridem admiratus magis. De me autem *suscipe parlisper meas partes* & cum te esse finge, qui sum ego. si facilè inveneris quod dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ. Ergo verò velim mihi Tulliaq; meæ (sicut tu amicissimè & suavissimè optas) prospere evenire* ea, quæ me insciente facta sunt à meis; sed ita cecidisse ut agerentur eo tempore, spero omnino cum aliqua felicitate, & opto: veruntamen plus me in hac re, tua sapientia & humanitas consolatur, quàm opportunitas temporis. Itaq; quemadmodum expediã exitum huius

*In tabella potest latere, malevolentia: ideo dixit tabellæ latebra.

*Responsio ad querelam de nuptiis Tulliæ.

*Quòd accusatori tuo nupserit.

institutæ orationis, non reperio, neq; enim tristius dicere quicquam debeo * ea de re, quam tu ipse ominibus optimis prosequeris: neq; non me tamen mordet aliquid. In quo unum vereor, ne tu parum perspicias, ea quæ gesta sunt,* ab illis esse gesta, quibus ego ita mandaram, ut, cùm tam longè abfuturus essem, ad me * ne referrent: agerent quod probassent. In hoc autem mihi illud * occurrit. Quid tu igitur si affuisses? Rem probassem de tempore, nihil te invito, nihil sine consilio egissem tuo. Vides sudare me, iamdudum laborantem quomodò ea tuear, quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. Leua me igitur hoc onere, nunquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. Sed sic habeto tamen: nisi * iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissimè confecissem: tamen si nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi affinitate renunciata, non maiore equidem studio, sed acriùs, apertiùs, significantiùs dignitatem tuam defendissem. Decedenti mihi & iam imperio * annuo terminato, ante diem III. Non. Sextiles, cùm ad Sidam naui accederem, & meum Q. Servilius esset, literæ à meis sunt redditæ. Dixi statim Servilio (etenim videbatur esse commotus) ut omnia à me maiora exspectaret. Quid multa? benevolentior tibi, quàm fui, nihil ò fui iactus: diligentior quidem ad declarandam benevolentiam multò. Nam, ut vetus nostra * simultas antea stimulabat me, ut caverem ne cui suspitionem ficte reconciliatæ gratiæ darem, sic * affinitas nova curam mihi affert cauendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

* De his nuptiis.

* AM Cœlio vide ep. 9. lib. 8.

* Falsum. nam retulit ad eum Cœlius epist. 9. lib. 8.

* Obiectio cum dissolutione.

* Cùm mihi affinitas est renunciata.

* Annuum erat prouinciarum imperium lege Sempronia. in orat. de domo sua. & hic ep. 7. lib. 1.

* Ob inimicitias cum fratre tuo.

* Mihi cum Dolabella contracta.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Agit gratias Appio quòd amicos suos in supplicationibus sibi decernendis studiosè iuvisset: pariaque illi officia pollicetur, quanquam socer Dolabellæ sit, qui de maiestate, & ambitu iudicium accusauerat.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

QVASI *divinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum: sic cùm de tuis rebus *gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. Dicã tamen verè, plus quàm accepera reddidisti quis enim ad me non perscripsit, te non solùm auctoritate orationu,*sententia tua quibus ego à tali viro contentus eram: sed etiam opera, consilio domum veniendo, conveniendis meis, nullum ornatus officij cuiquam reliquum fecisse? Hæc mihi *ampliora multò sunt, quàm illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. INSIGNIA enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Itaq; mihi propono fructum amicitiæ nostræ ipsam *amicitiam quæ nihil est uberius præsertim in ijs studijs, quib. uterq; nostrùm devinctus est. Nam tibi me profiteor & in rep. socium, de qua idem sentimus, & in quotidiana vita coniunctum cum ijs artibus studijsq; quæ colimus. vellem ita fortuna tulisset, ut quanti ego omneis tuos facio, tanti tu* meos facere posses: quod tamen ipsum nescio quo pacto animi diuinatione non despero. Sed hæc nihil ad te: nostrum est onus. Illud velim sic habeas, quod intelliges: hac renouata addi tum potius aliquid ad meam erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quàm quicquam esse detra-

* In supplicationibus.

* Pro quibus decerni solet ãt supplicationes.

* Qua supplicationes Ciceronis decrevit.

* Pluris animum Appij facit qu m ipsas supplicationes, similis sententia lib. 1. de leg.

* In qua mihi sunt omnia; fructum verò nullum præterea specto.

* Hic dicit propter generum suum Dolabellã, Appij accusatorem.

detractum. Cùm hæc scribebam, censorem iam te esse sperabam eò breuior est hæc epistola &, ut * aduersus magistrum morum, molestior. Vale.

* Quasi epistola coram censore loquatur.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER IIII. AD SVLPITIUM, & ceteros.

ARGVMENTVM.

Satis patebit huius epistolæ argumentum, si lector sciat scriptam esse, cùm Cæsar, pulso ex Italia Pompeio, bellum contra Pompeij legatos in Hispaniam pararet. Respondet Sulpitio congressum petenti.

M. T. CICERO SERVIO SVLPITIO P. S. D.

CAIVS * Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem: moleste q; ferre, quòd me propter valetudinem tuam, cùm ad urbem accessissem, non vidisses: & hoc tempore velle te mecum si propius accessissem, de officio utriusq; nostrùm communicare. Vtinam Serui * Sulpicij rebus (sic enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos. profectò aliquid opis o ciden-ti reip. tulissemus. Cognoram enim iam absens, te hæc mala multò ante providentem, * defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cùm consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. sero enim * veneram: solus eram: rudis esse videbar in caussa: inciderat in hominũ * pugnandi cupidorum insanias. Nunc quoniã nihil

* Iurisconsultus ad quem libros topicorum misit.

*Alibi dixit salua repub. eodem sensu, &, de re priuata. ep. 30. lib. 7.

* Suetonius in Cæsare.

*Ex provincia reuersus.

* Ep. 14. h. l. & 21. l. 6. & 6. l. 9. & 10. l. 16.

nihil iam videmur posse* opitulari reip. si quid est, in quo nobismetipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut* quàm honestissimè luggamus: nemo est omnium, qui cum potiùs mihi quam tecum communicandum putem, neq; enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla: neque doctissimorum, quos semper coluisti, præcepta te fugiunt. Atque ipse ante ad te scripsissem, te frustra in senatum sive potiùs in conventum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne eius animum offenderem qui à me, *ut te imitarer petebat. Cui quidem ego, cùm me rogasset ut adessem in senatu, eadem omnia, quæ à te de pace, & de *Hispanijs dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Res* vides quomodo se habeat: orbem terrarum imperijs distributis ardere bello: urbem sine legibus, sine iudicijs, sine iure, sine fide, reliquam direptioni & incendijs. Itaq; mihi venire in mentem nihil potest, non modò quod sperem, sed vix iam quod audeam optare. Sin autem tibi homini prudentissimo videtur utile esse, nos colloqui: quanquam longiùs etiam cogitabam ab urbe discedere (cuius iam etiam* nomen invitus audio) tamen propius accedam. Trebatio mandavi, ut si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret: idq; ut facias, velim: aut, si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. ne aut tibi exire ex urbe necesse sit, aut mihi accedere. Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse* arrogo: ut explo ratum habeam, quicquid nos communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

* Sublata concordia.

* Vt in his miseriis, quam licet, honestè vivamus.

* i. ut absurde abessem, te iubente.

* Vide ad Att. ep. 18. lib. 9.

* Ep. 8. li. 8. Cum Pompeius cum consulibus abiisset ep. 11. lib. 16.

* Quia nullam iam præ se ferret dignitate spoliata legibus iudicijs magistratibus.

* Arrogamus nobis, quæ nostra non sunt.

ARGVMENTVM.

Disputat, utrùm manendum sit in Italia, an ad Pom-

Pompeium in Græciam navigandum: quorum alterum utilius, alterum honestius ait esse, concludit, difficilem esse deliberationem, secessionem magis probare

M. T. CICERO SERVIO SVLPITIO S. P. D.

2.

AD III. kal Maias, cùm essem in Cumano, accepi tuas literas quibus lectis, cognovi non satis prudenter fecisse * Philotimum; qui, cùm abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, literas tuas misisset: quas intellexi breviores fuisse, quòd eum perlaturum putasses. sed tamen postquam literas tuas legi, * Postumia tua me convenit, & Servius noster. His placuit, ut tu in Cumanum venires: quod etiam mecum, ut ad te scriberem, egerunt. Quod meum consilium exquiris: id est tale, ut capere facilius ipse possim, quàm alteri dare, quid enim est, quod audeam suadere tibi homini summa auctoritate, summæ prudentiæ? si, * quid rectissimum sit, quærimus: perspicuum est. si quid maximè expediat: obscurum. Sin hi sumus, qui profectò esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumque sit: non potest esse dubium, quid * faciendum nobis sit. Quòd existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certè simile in utroque nostrûm, cùm optimè sentiremus, error fuit. nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectaverunt. Quæ cùm ipsi Cæsari nihil esset * utilius: gratiam quoque adire ab eo, defendendæ pace, arbitrabamur. Quantùm nos fefellerit, & quem in locum res deducta sit, * vides. neque solùm ea perspicis, quæ geruntur, quæque iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum,

* Terentiæ libertum.

* Vxor Sulpitii quam à Cæsare stupratam scribit Suetonius.

* Idem epist. 19. lib. 5.

* i. eundum ad Pompeium.

* Si quod honestũ est id unum utile putemus.

* Vides ventum esse ad arma contra quam arbitrati sumus.

rum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quæ fiunt: aut interesse, etiamsi non probes. quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat ut discedendum putem: in quo reliqua videtur esse deliberatio, quòd consilium in discessu, quæ loca sequamur. Omnino cùm miserior res* nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior, nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu si videbitur, ita censeo facias: ut, si habes iam statutum quid tibi agendum putes, in* quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. sin autem est quod mecum communicare velis: ego te exspectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quàmprimùm velim venias, sicut intellexi & * Servo & * Postumiæ placere. Vale.

* Periculū enim nunquam grauius impendit reip.
* i. si venturus mecum ad Pompeiū non es, hoc significat, sed aperte nō explicat.
* Ep. 8. lib. 10. ad Att.

ARGVMENTVM.

Sulpitium, Achaiæ à Cæsare præfectum, consolatur in dolore quem ex reip. calamitate capiebat. scripta est epistola post victum Pompeium.

M. T. CICERO SERVIO SVLPITIO S. D. 30.

VEHEMENTER* te esse sollicitum, & in communibus miseriis præcipuo quodā dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. quod quanquam minimè miror, & * meum quodammodo agnosco: doleo tamen, te sapientia præditum prope singulari, non* tuis bonis delectari potiùs, quàm alienis malis laborare. Me quidem, etsi nemini* concedo, qui maiorem ex pernicie & peste reipub. molestiam traxerit: tamen multa iam consolantur, maximeque conscientia consiliorum meo-

* Reip. causa. ep. 1. li. 6.
* id est, dolorem
* Tua virtute optimorumq; tum factorum. tum consiliorum conscientia.
* Epist. 29. lib. 10.

meorum, multò enim antè tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram: neque id solùm meâ sponte, sed multò etiam magis monente, & denuntiante te. Etsi enim* absum tamen partem consulatus tui: tamen & absens cognoscebam quæ esset tua in hoc pestifero bello cavendo & prædicendo sententia: & ipse assui primis temporibus tui consulatus, cùm accuratissimè monuisti senatum, collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, quæ meminissent: & scirent, cùm superiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuissent, quicunque postea rempubl. oppressisset armis, multò intolerabiliorem futurum. NAM quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, & aliquid atq; adeò multa addunt, & afferunt de suo. Quare me vicisse debes,* eos, qui auctoritatem & consilium tuum non sunt secuti sua stultitia occidisse, cùm tua prudentia salvi esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi parricidiis reipublicæ? Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio & desperatio recuperandi: sed tamen & Cæsar ipse ita de te* iudicat: & omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis ceteris elucere sanctitatem & prudentiam & dignitatem tuam. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent. Quòd autem à tuis* abes, ideo levius ferendum est, quòd eodem tempore à multis ac magnis molestijs abes, quas ad te omneis perscriberem, nisi vererer, ne ea cognosceres absens, quæ quia non vides, mihi videris meliore esse conditione, quàm nos qui videmus. Haud scio an verius existimes nostram consolationem rectè adhibitam esse, quod certior ab homine amicissimo sieres ijs de rebus,

* Cum esset in Cilicia proconsul. Narratio ad consolationem inducta.

* Ne Cæsari ante concessum lege Trebonia tempus succederetur. Dio l. 40.

* Consolationis loco est eũ intelligimus de nobis bene existimari.

* Erat enim Sulpitius in Græcia cum Achaiæ præesset, epistola sequenti.

bus,* quibus levari possent molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso, nec mihi ignota, nec minima* solatia, & (ut quidem ego sentio) multò maxima, quæ ego ipse experiens quotidie sic probo, ut ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo summè omnium* doctrinarum studiosum fuisse, omniaq; quæ à sapientissimis ad bene vivendum tradita essent, summo studio, curaq; didicisse: quæ quidem vel optimis rebus & usui & delectationi esse possent: his verò temporibus habemus* aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam insolenter: neque te tali vel scientia vel natura præditum hortabor, ut ad eas te referas artes, quibus à primis temporibus ætatis studium tuum dedisti, tantùm dicam, quod te spero approbaturum: me, postea quam* illi arti, cui studueram, nihil esse loci* neq; in curia, neq; in foro viderim, omnem meam curam atq; operam ad philosophiam contulisse. * Tuæ scientiæ excellenti ac singulari non multò plus, quàm nostræ relictum est loci. Quare non equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te* quoq; in ijsdem versari rebus, quæ etiam si minus prodessent, animum tamen à solicitudine abducerent. * Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, imprimisq; in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, ut excellat: à me verò sic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini: mihiq; ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quòd facilè appareat, quòd me * colat & observet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

* De rebus vrbanis.
* Tractationem literarum significat.
* Rhodi cũ ipso Cicerone dedit operam Philosophiæ vide lib. de claris orat.
* Epist. li. 6.
* Eloquentiæ.
* Neq; in senatu, neq; in iudicijs.
* Iuris ciuilis scientiæ.
* In Philosophiæ studio.
* Patris prænomine appellabatur, qui primus filius natus esset.
* Epist. 4.

ARGVMENTVM.

Laudat Sulpitii scripta: probat, quòd Achaiæ administrandæ curam non recusârit, scribit de Marcelli re-

stitutione, de suis studiis, de Sulpitio filio, de rebus urbanis, de Cæsare.

M. T. CICERO S. D. SERVIO SVLPITIO. 4.

ACCIPIO excusationem tuam, qua usus es, cur sæpius ad me literas uno exemplo dedisses: sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. Illam partem excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas sæpius mittere, nec* agnosco, nec probo. Et ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) divitias orationis habere dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco (ἀπρωνεύομαι enim non necesse est) sed tamen idem (nec hoc ἀπρωνευόμενον) facilè cedo tuorum scriptorum subtilitati & elegantiæ. Consilium tuum, quo te usum scribis, hoc* Achaicum negotium non recusavisse, cùm semper probavissem, tum multò magis probavi lectis tuis proximis literis. omnes enim causæ quas commemoras, iustissimæ sunt, tuaq; & auctoritate, & prudentia dignissimæ. Quòd aliter cecidisse rem existimas, atq; opinatus sis, id tibi nullo modo assentior, sed, quia tanta perturbatio & confusio est rerum, ita percussa & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, ut is cui q; locus, ubi ipse sit, miserrimus esse videatur: propterea & tui te consilij* pœnitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati videmur, at contrà nobis, non tu quidem vacuus molestijs, sed præ nobis beatus. Atq; hoc ipso melior est tua, quàm nostra conditio, quòd tu, quid doleas, scribere audes nos, ne id quidē tutò pos-

* i. Veram esse non fateor.

* Achaiæ administrationem à Cæsare demandatam. ep. 1. & 6. lib. 6.

* Putasti te minùs miserum in ista provincia fore, quàm eos qui Romæ essent.

* Quid Achaiæ curâ susceperis.

rò possimus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, sed ipsius* victoriæ, quæ civilibus bellis semper est insolens. Ego te vicimus, quòd de Marcelli* collegæ tui salute paullò antè, quàm tu cognovimus: etiam mehercule, quod quemadmodum ea res ageretur, vidimus. nam si fuisses existimares, post has miserias id est postquam armis disceptari cœptum est de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate, nam & ipse Cæsar accusata acerbitate* Marcelli (sic enim appellabat) laudataq; honorificentissimè & æquitate tua & prudentia, repente præter spem dixit, sed senatui roganti de Marcello, * ne hominis quidem causa negaturum. Fecerat autem hoc senatus, ut, cum à L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cùm C.* Marcellus sedad Cæsaris pedes abiecisset, cunctis consurgeret, & ad Cæsarem supplex accederet. Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam videre videar quasi reviviscentis resp. Itaq; cùm omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, præter Volcatium* (is enim si eo loco esset, negavit se facturum fuisse) ego rogatus mutavi meum consilium nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinæ dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium & Cæsaris* magnitudo animi, & senatus officium. Itaq; pluribus verbis * egi Cæsari gratias, meq; metuo ne etiã in ceteris rebus honesto otio privarim: quod erat unicũ solatium in malis. Sed tamẽ quando effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc remp. non putare, si perpetuo tacerem: * modicè hoc faciam, aut etiam * intra modum: ut & illius voluntati, & meis studijs seruiam. nam etsi à prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis,

* Epist. 9.

* In consulatu. ep. 11. Epist. 14.

* Qui se vicari non credidisset. Suet. in Iulio.

* Quãquam acerbior fuisset Marcellus: qua sententia non viderunt, qui, omnis, legendum putant.

* Hic Iulia Cæsaris sororis neptẽ Octaviam uxorem duxit. & ex ea genuit Marcellum, de quo Virg. lib. 6.

* Si Marcellus esset negavit se redditurum.

* Cum ignovit inimico suo Marcello.

* Quæ extat oratio.

* Modicè, est cum modo: * intra modum vero minus.

&

& maxime philosophia delectavit: tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo & ætatu maturitate ad prudentiam & hu temporum vitijs, ut nullares alia levare animum * molestijs possit, à quo studio te abduci negotijs, intelligo ex tuis literis: sed tamen aliquid iam nocles te adjuvabunt. Servius tuus, vel potius noster. summa me observantia colit: cuius ego cum omni probitate, summaq; * virtute, tum studijs doctrinaq; delector. Is mecum sæpe de tua mansione, aut decessione communicat. Adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quòd maximè Cæsar velle videatur. Res sunt eiusmodi, ut, si Romæ sis, nihil te præter tuos delectare possit. De reliquis nihil melius * ipso est, cæteri & cætera eiusmodi, ut, si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quàm videre. hoc nostrum consilium nobis minimè iucundum est, qui te videre cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

* Et sanè plerique scripsit post eversã remp. φιλοσοφ. φιλίαν.

* Disiungit virtutem à doctrina: ut intelligas virtutem esse posse sine peritia literarum.

* Valde enim se moderatũ præbuit Cæsar in victoria.

ARGVMENTVM.

Cùm Cæsar bellum gereret in Hispania contra Pompeij liberos, periit Tullia ex partu, Ciceronis filia, iam à Dolabella dimissa. consolatur Ciceronem Sulpitius argumentis ad tollendum dolorem undecunq, collectis. De Sulpitio sic Quinct. lib. IX. Ser. Sulpitius insignem non immerito famam tribus orationibus meruit.

SERV. SVLPITIVS M. CICERONI S. 1.

POSTEAQVAM mihi renunciatum est de obitu Tulliæ filiæ tuæ: sanè quàm pro eo ac debui, * graviter, molestèq; tuli: communemq; eam calamitatem existimavi: qui si ipse affuissem, neque tibi defuissem, coram

* Rectè incipit à dolore suo: nam qui nõ dolet amici calamitate, amicus non videtur: ideoq; ponendus habere illius consolatio non potest.

coramq; meum dolorē tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum, atq; acerbū est, propterea quia, per quos id confieri debet, propinquos ac familiareis, ipsi pari molestia afficiuntur, neq; sine lacrymis multis id tonari possunt: ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quàm alijs posse suum officiū præstare: tamen quæ in * præsentia mihi in mentem venerunt, decreui breui ad te perscribere: non quòd ea te fugere existimem: sed quòd fortasse dolore impeditus, minus ea perspicias. * Quid est quòd tantopere te commoueat tuus dolor interestimus? cogita quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minùs, quàm liberis, cara esse debent patriam, * honestatem, dignitatem, honores? meos. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus * callere iam debet, atq; omnia minoris æstimare? At illius vicem (credo) doles. Quoties in eam cogitationem necesse est ut tu veneris, ut & nos sæpe incidimus, hisce temporibus non pessimè cum ijs esse actum, * quibus sine dolore licitum est mortem tum vita commutare? Quid autem fuit quod illam hoc tempore ad vivendum magnopere inuitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem ageret? Licitum est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac iuventute * generum diligere, cuius fidei liberos tuos te tutò committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret quos cùm florentes videret, lætaretur? quorum à parente traditam per se tenere possent? honores * ordinatim petituri essent in rep., in eorum negotijs libertate sua uterentur?

* Sic ep. 20. l. 15. ad Att. dicitur etiã in præsenti ep. 10. li. 2. & Liu. li. 34.

* Cõsolationis initiũ à temporum conditione.

* Minus est quam dignitas.

* Id est, eallo obducto dolorem non sentire.

* Cũ in bello multi interfecti cum dolore perierint.

* Ergo Dolabellæ divortiũ cum ea iam fecerat.

* Quo ordine per leges licet de quo diximus in lib. de leg.

rentur? quid horum fuit, quod non prius quàm datum, ademptum sit? At verò malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc peius sit,* hæc sufferre & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegina, Megaram versus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus.* quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos iacent. cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem nos hominum uli indignamur, si quis nostrûm interijt, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cùm uno loco tot oppiderum cadavera proiecta iaceant? visne tu, te, Servi, cohibere, & meminisse hominem te esse natum? Credo mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas: Modò uno tempore tot viri clarissimi interierunt: de imperio præterea tanta diminutio facta est: omnes provinciæ conquassatæ sunt: in unius mulierculæ animula si iactura facta est, tanto opere commoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obijsset: paucis post annis tamen ei* moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca: atq; ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam* quandiu opus fuerit, vixisse: una cum rep. fuisse: te patrē suum prætorem, consulem, augurem vidisse,* adolescentib. primarijs nuptum fuisse, omnibus bonis propè perfunctam esse: cùm rep. occideret, vitæ excessisse. Quid est quod tu, aut illa tum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique, noli te obli-

* Publicam seruitutem.

* Oppida vocat vrbes. A maiori ad minus. nam si oppida intereunt, id accidere hominibus mirandum non est.

Argumentū à comparatione ductū.

* A necessario.

* A persona Tullix.

* Pisoni, Crassipedi, Dolabellæ.

obliviſci Ciceronem eſſe, & eum, qui alijs conſueueris præcipere & dare conſilium: neq; imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt. ſed potiùs, quæ alijs præcipere ſoles, ea tute tibi ſubijce, atq; apud animum propone. NVLLVS dolor eſt, quem non longinquitas * temporis minuat, atq; mollicat. hoc te exſpectare tempus, ac non ei rei ſapientia tua occurrere, tibi * turpe eſt. quod ſi quis etiam inferis ſenſus eſt: qui illius amor in te fuit, pietasq; in omneis ſuos, hoc certè illa te facere non * vult. Da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis & familiaribus, qui tuo dolore mœrent: da patriæ: ut, ſi qua in re opus ſit, opera & conſilio tuo uti poſſit. Deniq; quoniam in eam fortunam deuenimus, ut etiã huic rei nobis ſeruiendum ſit; noli * committere, ut quiſquam te putet non tam filiam, quàm reip. tempora & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. * quare, ſi hoc unum propoſuero, finem faciam ſcribendi. Vidimus aliquoties, ſecundam pulcherrimè te ferre fortunam, magnamq; ex ea re laudem adipiſci. fac aliquando intelligamus, aduerſam quoq; te æquè ferre poſſe, neq; id maius, quàm debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus * virtutibus hæc una tibi videatur deeſſe. Quòd ad me attinet, cùm te tranquilliorem animo eſſe cognoro, de ijs rebus, quæ hic geruntur, quemadmodumq; ſe * prouincia habeat, certiorem faciam. Vale.

* Ep. 18. l. 7.

* Ab opinione hominum.

* Ad Att. ep. 11. lib. 12.

* A voluntate mortuæ

* A ſalute ipſius.

Philip. 14. & lib. 2. de off.

* A Ciceronis laude.

* Achaia.

ARGVMENTVM.

Ad Serui conſolationem reſpondet, ſuum dolorem lectis illius literis, aliqua ex parte leuatum; ſed dolendi cau-

di cauſſas apud ſe & plures & graviores eſſe, quàm apud quemvis alium in ſimili calamitate.

M. T. CICERO SERVIO SVLPITIO S. P. D. 6

* Simile principium. ep. 10. lib. 7. & 5. lib. 9.

EGO * verò Servi, vellem, ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. quantùm enim præſens me adiuuare potueris & conſolando et prorè æquè dolendo facilè ex * eò intelligo quòd literis tuis lectis aliquantulū acquieui, nam & ea ſcripſiſti quæ levare * luctū poſſent, & in me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti. Servius tamen tuus omnibus officijs, quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit et quanti ipſe me faceret, & quàm ſuum talem ergà me animū tibi gratum putaret fore: cuius officia * iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt, nunquam tamen grauiora. Me autem non oratio tua ſolùm, & ſolacia pænè ægritudinis, ſed etiam auctoritas conſolatur. Turpe enim eſſe exiſtimo, me non ita ferre caſum meum, ut tu tali ſapientia præditus ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori, quòd ea me ſolatia deficiunt, quæ ceteri, quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. Nam & Q. * Maximus, qui filiū conſularem, clarum virum, & magnis rebus geſtis, amiſit: & L. * Paullus, qui duos ſeptem diebus: & veſter * Gallus: & M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute filium perdidit: ijs temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipſorum dignitas conſolaretur ea, quam ex rep. conſequebantur. Mihi autem amiſſis * ornamentis ijs, quæ ipſe commemoras, quæ, eram maximus laboribus adeptus, unum manebat illud ſolatium,

* Alterum prudentiæ & doctrinæ alterum amoris & humanitatis.

*Iucundiratio enim locus non eſt in rebus miſeris.

* Fabius.

* Aemilius.

*Quia fuit è Sulpiciana familia.

* Honeſtate dignitate, honorib. epiſt. 5.

um, quod ereptum est. Non * amicorum negotijs, non reip procuratione impediebantur cogitationes meæ. Nihil in foro agere licebat, aspicere curiam non poteram, existimabam, id quod erat, omneis me & industriæ meæ fructus, & fortunæ perdidisse. Sed cùm cogitarem hæc mihi tecum, & cum quibusdam alijs esse communia: & cum frangerem iam ipse me, cogeremq; illa ferre tolleranter: habebam quò confugerem, ubi tonquiescerem, cuius in sermone & suauitate omneis curas, doloresq; deponerē. Nunc autem hoc tam grauj vulnere etiam illa, quæ * consenuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me à rep. mœstum domus excipiebat, quæ levaret: sic nunc domo mœrens ad remp. confugere possum, ut ineius * bonis acquiescam. Itaq; & domo absum, & foro, quòd nec eum dolorem, quem è rep. capio, domus iam consolari potest. nec domesticum resp. quo magis te exspecto, teq; videre quamprimùm cupio. Maior mihi levatio afferri nulla potest, quàm coniunctio consuetudinis sermonumq; nostrorum, quanquam sperabam, tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cùm multis de causis te exopto quamprimùm videre, tum etiā ut antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad * unius voluntatem accommodandum & prudentis, & liberalis, & (ut perspexisse videor) nec à me alieni, & tibi * amicissimi. Quod cùm ita sit, magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi. Vale.

* Collectio causarum, dolorem efficientium: ut ostendat se reprehendi non posse, quia doleat id, quod dolendum iure sit.

* Quia tempus acerbitatem minuit. epist. 5.

* Quæ nunc nulla sunt.

* Cæsaris.

* Cùm eius filius Cæsaris arma cōtra Pompeium secutus sit. ad Att. epi ult. li. 9. & 3. lib. 10.

ARGVMENTVM.

Suadet, ut exiulandi consilium abijciat, & in patriam

 iram

suam redeat id Cæsarem facilè concessurum: id optare ipsius fratrem, id ipsam remp. id ad rationem etiam rei familiaris pertinere.

M. T. CICERO S. D. M. MARCELLO.

7.

* Ne incidat in arrogantiæ vitium, quia tali viro cōsilium dare velit, incipit à laude Marcelli, & ab amicitiæ commemoratione, quo se facilius insinuet.

EISI eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem, ut meum *consilium non anteponam tuo: tamen & amicitiæ nostræ vetustas, & tua summa erga me benevolētia, quæ mihi iam à pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem à dignitate. *Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo antè videris, consulatum magnificentissimè atq; optimè gesseris, præclarè memini. sed idem etiam illa vidi, neq; te consilium civilis belli ita gerendi, neq; copias Cn. Pompeij, neq; genus exercitus probare, semperq; summè diffidere. Qua in sententia me quoq; fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaq; neq; tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi, ne interessem. Non enim ijs rebus pugnabamus, quibus *valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis & viribus, quibus pares non eramus. Victi igitur sumus: aut si vinci dignitas non potest fracti certè & abiecti. In quo tuum consilium nemo potest non maximè laudare quòd cum* spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem, ostendisti sapientem & bonū ciuem initia belli civilis invitū suscipere, extrema non libenter persequi. Qui non id em*

* Suasionis initiū, quo probare vult satisiam Marcellum boni ciuis officio feciſſe: reliquum esse, ut patriam multis malis affectam etiam ad speciem suo nepriuet.

* Idem aliis verbis epist. 1. lib. 6.

* Idem aliis verbis epist. 3. lib. 7.

idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos, aut enim renovare bellum conati sunt, ut ij, qui in* Africam se contulerunt aut, quemadmodum nos victori se se credidérunt. * Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres illud permagis. Fateor à pleris sq, vel dicam ab omnibus sapiens tuũ consilium, à multis etiam magni ac fortis animi iudicatum: sed habet ista ratio ut mihi quidem videtur, quendam modum: præsertim cum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas* fortunas omnes obtinendas, præter voluntatem. sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, * penes quẽ est potestas, nisi quòd vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. De * quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cùm appareat, ipse quid fecerim. sed tamen si tam ita constituisses, ut abesse perpetuò malles, quàm ea quæ nolles videre: * tamen id cogitare deberes, ubi cunq, esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facilè passurus esset, te carentem patria, & fortunis tuis quietè & liberè vivere: * cogitandum tibi tamen esset, Romæne, & domi tuæ, cuiusmodi res esset, an Mytilenis, aut Rhodi malles vivere. sed cùm ita latè pateat eius potestas, quem veremur, ut orbem terrarum complexa sit: nónne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? equidem etiamsi oppetenda mors esset, domi atq, in patria mallem quã in externis atq, alienis locis. Hoc idem* omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorũ est magna pro tuis maximis clarissimiq, virtutib, multitudo. Habemus etiã* rationẽ rei familiaris tuæ, quã dissipari nolumus. nã etsi nullam potest accipere iniuriã q futura perpetua sit propterea q

* Ad Iubam regem.
* Vt neque bellum renovares, neque Romam redires, sed exsulandi consilium caperes.
* Quarũ desperatione exilium elegerat.
* Qui omnia tenet, epistola sequenti.
* Suasio ab exemplo.
* A necessario.
* Neq; honestum ait esse eius exsilium, neq; tutum.
* A communi consilio.
* Ab utili.

neq; is, qui * tenet remp. pateretur, neq; ipsa resp. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, auderem scribere, nisi te intelligere considerem. Hic pro te unius sollicitudines, unius etiam multæ & assiduæ lacrymæ C. * Marcelli fratris optimi * deprecantur. Nos cura et dolore proximi sumus, precibus tardiores, quòd ius adeundi, cùm ipsi deprecatore querimus, non habemus gratia tantùm possumus, quantum victi. sed tamen consilio, studio, Marcellò non desumus. A tuis * reliquis non adhibemur, ad omnia parati sumus. Vale.

* Idem aliis verbis. ep. 8. & 9. & 13.

* Consularis.

* Sic in oratione pro Marcello.

* De Marcelli reditu minimè laborantibus.

ARGVMENTVM.

Et hæc epistola eò spectat, ut Marcello reditus in patriam persuadeatur.

M. T. CICERO S. D. M. MARCELLO.

NEQVE monere te audeo præstanti prudentia virum, neq; confirmare maximi animi hominem, virumq; fortissimum: consolari verò nullo modò. nam si ea quæ acciderunt, ita fers, ut audio: gratulari magis * virtuti debeo, quàm consolari dolorem tuum. sin te tanta mala recip. frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cùm ipse me non possim. Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum præbeam, præstemq;, et ad omnia, quæ tui velint, ita sim præstò, ut me nō solùm omnia debere tua causa, quæ possum, sed ea quoq;, quæ * non possum, putent. Illud tamen tu me * vel monuisse, vel censuisse puta, vel propter benevolentiam tacere non potuisse. ut, quod ego facio, tu quoq; in animum inducas, si sit aliqua resp. in ea te esse oportere, iu-

* Quæ in adueršis maximè perspicitur.

* Philip. 6.

* Vide artificiosam admonendi rationem, ut offensio vitetur.

re, iudicio omnium, req; principem, necessitate tedentem temporis: sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad* exsulandum locum. si enim libertatem sequimur: qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcunq; locum, quæ est domestica sede iucundior? Sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, * favet ingenijs: nobilitatem verò, & dignitatem hominum, quantum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quàm statueram. Redeo ergò, ad unum illud. me tuum fore cum tuis, si modò erunt *tui: sin minus, me certè in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni, amoriq; facturum. Vale.

* Exsilium enim est, ubi esp. nō est.

* Hoc adiecit, ut Marcellus veretem dignitatem speraret.

* Vide ep. superiorem & 11.

ARGVMENTVM.

Reditum in patriam suadet, ut supra, argumenta ex intima arte depromit, ad persuadendum firmissima.

M. T. CICERO S. D. MARCELLO.

ETSI perpaucis antè diebus dederam Q. Mucio literas ad te pluribus verbis scriptas, quibus declaraveram, quo te animo censerem esse oportere, & quid tibi faciendum arbitrarer: tamen cùm Theophilus libertus tuus proficisceretur, cuius ego fidem erga te benevolentiamq; perspexeram: sine meis literis eum ad te venire nolui. Isdem igitur te de rebus etiam atq; etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum, ut in ea rep. *quæ tua, quamprimùm velis esse, multa videbis fortasse, quæ nolis: non plura tamen quàm audis quotidie. Non est porrò tuum, uno sensu solùm oculorum moveri: cùm idem illud auribus percipias, quod etiam* maius videri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicen-

* Suprà dixit, Cuiusmodi res esset, cap. 7.

* Diversa ratio ep. 9. li. 6. pro auribus contra oculos.

dicendum erit aliquid quòd non sentias aut faciendum, quod non probes. Primum TEMPORI cedere, id est necessitati * parere semper sapientis est habitum deinde non habet, ut nunc quidem est, id vitij res. Dicere fortasse quæ sentias non licet: tacere planè licet. * omnia enim delata ad unum sunt. is utitur consilio ne sæ quidem, sed suorum. Quòd non multò secus fieret, si * remp. teneret, quem secuti sumus. An, qui in bello, cùm omnium nostrûm coniunctum esse periculum suo cerneret, * certorũ hominum minime prudentium consilio uteretur: eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quàm incertis rebus fuisset? & qui nec te consule tuum sapientissimum consilium secutus est: nec * fratre tuo consulatum ex * auctoritate tua gerente, vobis auctoribus uti voluerit? nunc omnia * tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bello civilibus: quæ maiores nostri ne semel quidem, nostra * ætas sæpe iam sensit: sed MISERIUS nihil, quàm ipsa victoria. quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit: ut etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur. * MULTA enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. An tu non videbas mecum simul, quàm illa * crudelis esset futura victoria? igitur tum quoq; patria careres ne, quæ nolles, videres? Non, inquies. ego enim ipse tenerem opes & dignitatem meam. At erat tuæ virtutis, in minimis tu as res ponere, de rep. vehementius laborare. Deinde qui finis istius consilij est? nam adhuc & factum tuum probatur, &, ut in tali re, etiam * fortuna laudatur factum, quòd & initium

* Ep. 10. lib. 11. ad Att.

* Idem aliis verbis ep. 7. 8 & 11.

* Pompeius.

* Scipionis, Domitii & aliorum.

* C Marcello, fratre eius patruele.

* Suprà hac ipsa epistola.

* Propter Syllanam tempora.

* Epist. 4. & Paul. 8.

* Cæsarem excusat. ep. 4.

* Hic Marcellum acri pertinacia munitum, tamen expugnat.

* Quòd tuto otio frueris. infra.

initium belli necessariò secutus sis, & extrema sapienter persequi nolueris: fortuna quòd honesto otio tenueris & statum, & famam dignitatis tuæ. * Nunc verò nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria: nec eam dilegere minus debes, quòd deformior est, sed miserari potius: nec eam * multis claris viris orbatam, privare etiam aspectu tuo. Denique si fuit magni animi non esse supplicem victori: vide ne superbi sit, aspernari eiusdem liberalitatem, & si sapientis est carere patria, quam non desiderare: & si repub. non possis frui, stultum est nolle privata. Caput illud est, ut, si ista vita tibi commodior esse videatur, * cogitandum tamen sit, ne tutior non sit. magna gladiatorum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad * facinus verecundia. Mihi salus tua tantæ curæ est, ut Marcello fratri tuo aut par, aut certè proximus sim. Tuum est consulere * temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Vale.

* Cùm iam boni civis officio satisfeceris.
* Pompeio, Catone, Domitio, Scipione, Bibulo, Lentulis, Appio: qui erant omnes consulares, excepto Catone prætorio.
* Quod non cogitare, sapientis non est.
* Supra.
* Vt cogites cuncta esse in Cæsaris potestate.

ARGVMENTVM.

Hortatur, ut reditum maturet. iam enim de reditu persuaserat.

M. T. CICERO M. MARCELLO S. D. 18.

Etsi nihil erat novi, quod ad te scriberem, magisq; literas tuas iam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum. tamen cùm Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei literarum dare. Cura igitur, ut quamprimùm venias. venies enim, mihi crede, exspectatus: neque solùm nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. venit enim mihi in mentem, subvereri interdum, ne te delectet * tarda decessio. Quòd si nullum haberes sensum

* Vt qui nō libenter veniat.

* De malis recip.

nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre, sed cùm leviora non multo essent, quæ* audirentur, quàm quæ viderentur: suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimùm venire, idq; in omneis* parteis valere: putavi ea de re te esse admonendum. Sed quoniam, quod mihi placeret, ostendi, *reliqua tu pro tua prudentia considerabis, me tamen velim, quod ad tempus te exspectemus, certiorem facias. Vale.

* Ep. 10. li. 5.

* Quando veniendum.

ARGVMENTVM.

Significat se in patriam, rediturum, commotum consilio, & auctoritate Ciceronis.

M. MARCELLVS M. CICERONI S. D. II.

*Auctoritate potest aliquis apud nos plus valere, quàm frater, amore non item.

PLVRIMVM valuisse apud me tuam semper* auctoritatem, cùm in omni re, tum in hoc maximè negotio potes existimare. cùm mihi C. Marcellus frater amantissimus mei non solùm consilium daret, sed precibus quoq; me obsecraret: non prius mihi persuadere potuit, quàm tuis est effectum literis, ut uterer vestro potissimum consilio. * Res quemadmodum sit acta, vestræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua etsi est mihi probatissima, quòd optimo sit animo: tamen hoc mihi multò iucundius est, & gratius, quòd in summa paucitate amicorum, * propinquorum aut necessariorum, qui verè meæ saluti faverent, te cupidissimum mei, singularemq; mihi benevolentiam præstitisse cognovi. * Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facilè, & æquo animo carebam. Hoc verò eiusmodi esse statuo, ut sine talium* virorum, & ami-

* De ipsius reditu à Cæsare impetrato.

* Hinc illud si verè erût tui. ep. 8.

* Præter unum te.

* Quorum & virtus & benevolentia singularis.

amicorum benevolentia, neq; id adversa, neque in secunda fortuna quisquam vivere possit. Itaq; hoc ego mihi gratulor. Tu verò ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Vale.

ARGVMENTVM.

Marcellum à Magio interfectum, suaq; erga mortuum officia significat.

SERV. SVLPITIVS M. CICERONI S. 12

ETSI scio, non iucundissimum nuntium me vobis allaturum: tamen quoniam *CASVS* & natura in nobis dominantur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores ut facerem. Ad V. Kalen. Iunias cùm ab Epidauro Piræeum navi advectus essem, ibi Marcellum* collegam nostrum convéni: eumq; diem ibi consumsi, ut cum eo essem. Postero die cùm ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iurisdictionem absolverem: ille, ut aiebat, *ὑπὲρ μαλέας* Italiam versus navigaturus erat. Postridie eius diei, cùm ab Athenis proficisci in animo haberem: circiter horam decimam noctis. Postumus familiaris eius ad me venit, & mihi nunciavit, M. Marcellum collegam nostrum post cœnæ tempus à P. Magio Chiense familiari eius, pugione percussum esse, & duo vulnera accepisse: unum in stomacho, alterum in capite* secundum aurem: sperare tamen eum vivere posse: *Magium seipsum interfecisse: postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nuntiaret, & rogaret, uti medicos cogerem, coëgi, & è vestigio eò sum profectus prima luce. cùm à Piræeo non longè abesse-

**Aut enim casu moriuntur homines, aut natura.

* In consulatu ep. 4.

* Præerat enim Sulpitius Achaiæ ep. 4.

*De Malea vide Plin. epist. lib. 10.

* Post aurem.

*Ad Att. ep. 10. lib. 13.

esſem, puer *Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat ſcriptum, paullo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe, ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus: & cui inimici propter dignitatem *peperceranr, inventus eſt amicus, qui ei mortem offerret. Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: invéni duos libertos, & pauculos ſervos: reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos, quòd dominus eorum *ante tabernaculum interfectus eſſet. Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisq; lecticariis in urbem eum referre: ibiq; pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum curavi. ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quòd religione ſe *impediri dicerent: neq; tamen id antea cuiquam conceſſerant, quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio eum *Academiæ locum delegimus: ibiq; eum combuſſimus: poſteaq; curavimus, ut ijdem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ita quæ noſtra officia fuerunt, pro *collegio & propinqui, tate & vivo, & mortuo omnia ei præſtitimus. Vale. D. prid. kal. Iul. Athenis.

*Cognomē gentis Marii.

*Cæſar enim ei reditum in patriam conceſſerat.

*Quòd ſervis capitale erat, qui dominum non defendiſſent.

*Romæ quoque lex vetabat.

*In qua floruerat Plato.

*Quia conſulatum ſimul geſſerant.

ARGVMENTVM.

Exſulantem Nigidium ſpe reditus conſolans, ſuam illi operam, ſuumq; officium pollicetur; præterea rem omnem familiarem. in extremo hortatur, ut bono animo, fortiq; ſit in utranq; partem.

M. T. CICERO P. NIGIDIO FIGVLO S. D.

QVÆRENTI mihi iamd u quid ad ·e potißimùm scriberem, non modò certa res nulla, sed ne genus quidem literarum usitatum venebat in mentem. Vnam enim partem & consuetudinem earum epistolarum, quibus secundis rebus uti ſ·ebamus, tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna, ne quid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Relinquebatur triste quoddam & miserum, & his temporibus consentaneum genus literarum, id quoq; deficiebat me, in quo debebat esse aut promißio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat. ipse enim pari* fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustinebam. sæpiusq; mihi venebat in mentem queri. quòd ita viverem, quàm gaudere quòd viverem. Quanquam enim nulla me ipsum priuatim perculit insignis ·i·ria. nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quòd non ultrò mihi Cæsar detulerit: tamen nihilominus eo conficiar curæ, ut hoc ipsum quòd* maneam in vita, peccare me existimem. careo enim* cùm familiarißimis multis, quos aut mors *eripuit nobis, aut distraxit fuga: tum omnibus amicis, quorum benevolentiam nobis conciliárat per me quondam te socio defensa resp. versorq; in eorum naufragijs, & bonorum direptionibus: nec audio solùm, quod ipsum esset miserum, sed etiam idipsum video, * quod nihil est acerbius, eorum fortunas dißpari, quibus nos olim adiutoribus illud * incendium exstinximus & in qua urbe modò gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc ijs quidē omnibus caremus. Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem sed ea plus nō potest, quā* vis & mutatio omniū rerum, atq; temporum. Itaq; orbus ijs rebus omni-

* Excusatio cur antea non scripserit.

*Se quoq; miserum ostendit quia communicatio fortunæ genus consolationis est apud afflictos.

* Cùm extincta resp. fit.

* Pompeiū, Catonem. Lentulum, & alios. vide epist. 9.

* Ep. 1. li. 6.

* Catilinæ coniurationem.

* Cæsarem excusans, avertit culpā in tempo-

omnibus, quibus & natura me, & voluntas, & consuetudo assuefecerat, cùm cæteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo. NATVS enim ad agendũ semper aliquid dignum viro, nunc non modò agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem, & qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam fontibus opitulari poteram: nunc P. * Nigidio uni omnium doctissimo, & sanctiss mo, & maxima quondam gratia, & mihi certè amicissimo ne benignè quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est literarum genus. Reliquum est, ut te consoler, & afferam rationes, quibus te à molestijs coner* abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius consolandi, in te summa est, si unquam in ullo fuit. Itaq; eam partem, quæ ab exquisita quadam ratione & doctrina proficiscitur, non attingam: tibi totam relinquam. * quid sit forti & sapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus à pueritia floruisti, à te flagitent, tu videbis. Ego, quod intelligere & sentire, quia sum Romæ, & quia curo, attendoq; possum, id tibi affirmo, te in istis molestijs, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in * ijs autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper fore. Videor mihi perspicere, primùm ipsius animum, qu * plurimum potest, propensum ad salutem tuam. Non scribo hoc temerè, quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. Quò facilius, * quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. Familiares verò eius & ij quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt. Accedit eodem vulgi voluntas,

* Latinorum omniũ post Varronem doctissimus appellatur à Gellio.

* Idem aliis verbis ep. 8. & 9.

* Tecta admonitio, cũ laude tamẽ, ut proximè iam ostendit.

* In reip. calamitate.

* Idem aliis verbis. ep. 8. & 9.

* Iis qui in Africa bellũ renovaverant, vide epist. 18. l. 7.

* Colligit omnia quæ faciunt ad spem.

vel

vel potiùs consensus omnium. etiam illa, quæ minimum nunc quidem potest (sed possit necesse est) resp. quascunq; vireis habebit, ab ijs ipsis à quibus tenetur, de ta propediem (mihi crede) impetrabit. Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid, quòd primò omiseram. nam & amplectar eius familiarissimos, qui me admodum* diligunt, multumq; mecum sunt: & in ipsius me consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo: & certè omneis vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse. In hoc toto genere plura faciam, quàm scribere audeo. * Cetera, quæ tibi à multis promta esse certò scio, à me sunt paratissima. nihil in re familiari mea est quod ego meum malim esse, quàm tuum. Hac de re, & de hoc genere toto, hoc scribo parcius, quòd te (id quòd ipse confido) sperare malo te esse usurum tuis. Extremum illud est, ut te horter & obsecrem, animo ut maximo sis: nec ea solùm memineris, quæ ab alijs magnis viris accepisti: sed illa etiam, quæ ipse ingenio, studioq; peperisti. Quæ si coliges: & sperabis omnia optime, & quæ accident, qualiacunq; erunt, sapienter feres. sed hæc tu melius, vel optime omnium. Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissimè omnia, diligentissimeq; curabo, tuorumq;* tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo. Vale.

* Vt Oppius Hirtius, Balbus, Martius, Pansa, Postumius. ep. 12. lib. 6.

* Quod ad rem familiarem attinet.

* Cùm ejectus à Clodio.

ARGVMENTVM.

Respondet ad duplicem Plancij gratulationem de recuperata Ciceronis dignitate, & de novis eiusdem nuptiis cum Publilia, divortio iam facto cum Terentia.

M. CI.

M. T. CICERO S. D. CN. PLANCIO. 14.

BINAS à te accepi literas, Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare, quòd audisses me meam pristinam dignitatem * obtinere: alteris dicebas, te velle quæ egissem, bene ac feliciter * evenire. Ego autem, si dignitas est bene de rep. sentire, & bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere si possis, aut deniq; libera oratione defendere: ne * vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis: agiturq; præclarè, si nosmetipsos regere possumus, ut ea, quæ partim iam adsunt, partim impendent, moderatè feramus: quod est difficile in eiusmodi * bello, cuius exitus ex altera parte cædem ostentat, ex altera servitutem. Quo in periculo nonnihil me cõsolatur, cùm recordor, hæc me tum vidisse, cùm secundas etiam res nostras, non modò adversas, pertimescebam. videbamq;, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. Quibus si ij vicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram; intelligebam tamen, & iratorum hominũ et cupidorum & insolentium quàm * crudelis esset futura victoria: sin autem victi essent; quantus interitus esset futurus civium partim amplissimorum, partim etiam optimorum: * qui me hæc prædicentem atq; optimè consulentem saluti suæ, malebant nimiùm timidũ, quàm satis prudentem existimari. Quòd autem mihi de eo, quod egerim, gratularis te ita velle, certò scio: sed ego tam misero tempore nihil novi consilij cepissem; nisi in * reditu meo nihilo meliores * res domesticas, quã remp. offendissem. quibus enim pro meis immortalibus benefi-

* Apud Cæsarem.
* De nuptiis Publiliæ. Plutarch. & in epist ad Att.
* Ep. 1. l. 10.
* A reliquiis Pompeianarum partium in Africa renovato, ducibus Scipione, Pompeij socerò, Catone, Iuaa rege.
* Epist. 9. h. l. & 21. lib. 5.
* Intelligit Domitium, Lentulum, Scipionem, pugnandi maximè cupidos. ep. 1. h. l. & 6. l. 9.
* Post pugnã Parsalicam.
* Terentiæ negligentia, diminutas.

eijs carissima mea salus & meæ fortunæ esse debebant: cùm propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes turum, nihil insidijs vacuum viderem: nouarum me necessitudinum fidelitate contra * veterum perfidiam muniendũ putaui. Sed de nostris rebus satis vel etiam nimium multa. De tuis velim ut eo sis animo, quo debes esse: id est, ut nequid tibi præcipitè timendum putes. si enim status erit alicui ciuitatis: quicunq; erit, te omnium periculorum video expertem fore. nam * alteros tibi iam placatos esse intelligo; * alteros nunquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate, sic velim iudices, me quibuscunq; rebus opus esse intelligam quamquam videam quis sim hoc tempore, & quid possim: * opera tamen, & consilio, studio quidem certe, rei, famæ, saluti tuæ præstò futurum. Tu velim & quid agas, & quid actuum te putes facias me quàm diligentissimè certiorem. Vale.

* Hic Quintũ fratrem, & filium significat, ut apparet ex lib. 11. ad Att.

* Cæsarem.

* Pompeiũ.

* Ep. 2. li. 1. & 13. & 14. lib. 6.

ARGVMENTVM.

Hortatur, ut communem fortunam fortiter ferat.

M. T. CICERO S. D. CN. PLANCIO.

19

ACCEPI perbreues tuas literas: è quibus id, quod scire cupiebam cognoscere non potui: cognoui autem id quod mihi dubium non fuit: nam quàm fortiter ferres communes miserias, non intellexi. quàm me amares, facilè perspexi: sed hoc sciebam, illud si scissem, ad id meas literas accommodassem.* Sed tamen etsi antea scripsi, quæ existimavi scribi oportere: tamen hoc tempore te breviter commonẽdum putaui, ne quo in periculo te proprio existimares esse: in magno * omnes, sed tamen in communi sumus, quare non debes

* Pro tametsi rarissimè usurpatum. l. 3. de or. ex vetere Poëta, At Romanus homo tamen etsi res ben è gesta est.

* Corde suo trepidat & de perition consolatur.

debes aut propriam fortunam & præcipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. quod de te sperare, de me præstare possum. Vale.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER V. AD METELLVM. & cereros.

ARGVMENTVM

Queritur Metellus Celer, qui Galliam protonsul regebat, Metellum Nepotem fratrem suum à Cicerone oppugnatum. videtur esse paulò arrogantior epistola.

Q. METELLVS Q. F. CELER PROCOS. S. D. M. T. CICERONI. 1.

SI VALES, benè est. Existimâram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia neq; me absentem ludibrio tuum iri, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri. quem si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel* famiæ nostræ dignitas, vel meum studium erga vos, remq; pub. satu sublevare. Nunc video, illum circumventum, me desertum, à quibus minimè conveniebat. Itaq; in luctu & squallore sum, qui provinciæ, qui *exercitui præsum, qui bello gero. quæ quoniam nec ratione, nec maiorum vestrorum clementia administrastis, non erit mirandum si vos pœnitebit. Te tam mobili in me, meosq; esse animo, non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cu usquam iniuria à rep. abducet. Vale.*

* Non propriè dictum, vide sequentem epist.

* Nobilissimæ licet plebeiæ.

* In Piceno contra Catilinam. Sall.

ARGV

ARGVMENTVM.

Excusat se de Metello Nepote, suaque in ipsum Celerem merita commemorat.

M. T. CICERO Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS. 2

SI TV, * exercitusq; valetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nunquam te à me ludibrio læsum iri: quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor, ad te esse allatum, me in senatu cùm disputarem, permultos esse qui remp. à me conservatam dolerent, dixisse, à te * propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea, quæ statuissem tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. quod cùm dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in reip. salute retinenda, ut ego urbem à * domesticis insidiis, & ab intestino scelere: tu Italiam & ab * armatis hostibus, & ab occulta coniuratione defenderes: atq; hanc nostram tanti, & tam præclari muneris societatem à tuis propinquis labefactatam: qui cùm tu à me rebus amplissimis atq; honorificentissimis ornatus esses, timuissent, ne qua mihi pars ab te voluntatis mutuæ tribueretur. Hoc in sermone cùm à me exponeretur, quæ mea exspectatio fuisset orationis tuæ quantoq; in errore versatus essem: visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam * risus est consecutus, non in te, sed magis in errore meum, & quòd me abs te cupisse laudari aperte atq; ingenue confitebar. Iam hoc non potest in te non honorificè esse dictum, me in clarissimis meis atq; amplissimis rebus tamen

* Initium excusationis ad querelam Metelli.

* Notat Metellum Nepotem Metelli Celeris fratrem.

* Lentuli & Cethegi.

* Catilinam significat, quod exierat, vocibus & minis extitisse Ciceronis consulis: qua de re quatuor extant orationes.

* Quia meâ inanem ambitionem fatebar.

men aliquod testimonium tuæ vocis habere voluisse. Quòd autem ita scribis, PRO MVTVO INTER NOS ANIMO: qui diu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc arbitror cùm par voluntas accipitur & redditur. Ego si hoc dicam me tuæ caussa prætermisisse provinciam, tibi ipse levior videar esse. meæ enim rationes ita tuleruntatq; eius mei consilij maiorem in dies singulos fructum voluptatemq; capio. Illud dico, me, ut primùm in concione *provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de *sortitione vestra: tantùm te suspicari volo, nihil in ea per collegam meum me insciente esse factum. Recordare cetera, quàm citò senatum illo die facta sortitione coegerim, quàm multa de te verba fecerim, cùm tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solùm in te honorificam, sed etiam in* collegas tuos contumeliosam fuisse. Iam illud S. C. quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut, dum id exstabit, officium meum in te *obscurum esse non posit. Postea verò quàm profectus es, velim recordere, quæ ego de te in senatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad te literas miserim. quæ cùm omnia collegatis, tu ipse velim iudices, satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus, cùm proximè Romam venisti, mutuò respondisse. Quòd scribis de reconciliata nostra gratia: non intelligo cur reconciliatam esse dicas quæ nunquam immutata est. Quòd scribis, non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primùm hoc velim existimes, animum mihi istum tuum vehementer probari, & fraternæ plenam humanitatis ac *pietatis voluntatem. Deinde si quæ

ego

*Aculeus in Metellū, quasi parem voluntatem non reddidexit.

*Galliam. oratio in Pisonem.

*Provincias aut sortiebantur, aut comparabāt inter se Lentulus & alij.

*Prætores: nā erat prætor Metellus, quo tempore provinciam est sortitus.

*Ob eorum claritatem, qui scribendo assuerūt. quæ S. C. auctoritates dicebantur.

*Pium Metellum, si non æquum dicit esse.

ego in re fratri tuo reip. causa restiterim peto ut mihi ignoscas. tam enim sum amicus reip. quàm qui maxime. si verò meâ salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis habeas, nihil me etiã tecum de tui fratris iniuria conqueri. Quem ego cùm comperissem omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare atq; meditari: egi cũ *Claudia uxore tua, & cum vestra sorore *Mutia: cuius erga me studium pro Cn. Pompeij necessitudine multis in rebus perspexeram. ut eum ab illa iniuria deterrerent. Atq; ille, quod te audisse certò scio, prid. Kalend. Ianuarias, qua iniuria nemo unquã in aliquo Magistratu improbissimus civis affectus est, ea me consulem effecit. cum rempubl. conseruassem atq; abeuntem magistratu, concionis habendæ potestate *priuauit. cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit. Nã cùm ille mihi nihil, nisi ut iurarem permitteret, magna voce* iuravi verissimum, pulcherrimũq; iusiurandum: quod populus item magna voce me verè iurasse iurauit. Hac accepta tam insigni iniuria, tamen illo ipso die misi ad Metellum communeis amicos, qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret. quibus ille respondit sibi non esse integrum. etenim paulò antè in concione dixerat ei, qui in alios animadvertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Hominem grauem, & cuem egregium: qui, qua pœna senatus, consensu bonorum omnium, *eos effecerat, qui urbem incendere, magistratus ac senatum trucidare, bellum maximum. conflare voluissent, eadem dignum iudicaret eum, qui cuiam cæde, urbem incendijs, Italiam bello liberasset. Itaque ego Metello fratri tuo præsenti restiti, nam

* Sorore P. Clodij
* Vxore Cn. Pompeij, ut est apud Dionem. Plutarchum, Pedianum & alios.

* Pro ea potestate, quã tribunus pl. habebat.
* Iurauit temp. à se seruatam: in orat. in Pisonem.

* Catilinæ socios

in senatu * Kalend. Ian. sic cum eo de rep. disputaui, ut sentiret sibi cum viro forti & constanti esse pugnandum. Ad III. Non. Ianuarias cùm * agere cœpisset, tertio quoq; verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neq; illi quicquam deliberatius fuit, quam me quacunq; ratione posset, non iudicio, neq; disceptatione, sed vi atq; impressione euertere. Huius ego temeritatis, si virtute atq; animo non * restitissem: quis esset qui me in consulatu non casu potius existimaret, quàm consilio fortem fuisse? Hæc si Metellum cogitare de me nescisti: debes existimare, te maximis de rebus à fratre esse celatum. sin aliquid impertiuit tibi sui consilij: lenis à te & facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. Et si intelligis non me dicto Metelli, ut scribis, sed consilio eius, animoq; in me inimicissimo esse commotum: cognosce nunc humanitatem meam: si * humanitas appellanda est, in acerbissima iniuria remissio animi ac * dissolutio. Nulla est à me unquã sententia dicta in fratrem tuum, quotiescunq; aliquid est actum, sedens ijs assensi qui mihi * lenissimè sentire visi sunt. Addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non molestè tuli: atq; etiam ut ita fieret, pro me parte adiuui, ut S. C. meus inimicus, quia tuus frater erat, subleuaretur. Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui: nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate, etiam desertus ab officijs tuis, permanerem. Atq; hoc ipso tempore tibi, pænè minitanti nobis per literas, hoc rescribo atq; respondeo: Ego dolori tuo non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. meus enim me sen-

* Pridiè consulatum absolverat.
* In senatu.

* Hoc usus est verbo, ut ostenderet non oppugnationem suam fuisse, sed defensionem.

* Quæ laudatur, ac animi dissolutio reprehenditur.

* Cum ageretur de Nepote reip. administratione submouendo. Suet. in Iulio.

me sensus, quanta vis fraterni sit amoris, admonet. A te peto, ut tu quoq; * æquum te iudicem dolori meo præbeas: si acerbè, si crudeliter, si sine caussa sum à tuis oppugnatus, ut statuas, mihi non modò cedendum, sed etiam tuo atq; exercitus tui auxilio in eiusmodi caussa utendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: me ut tibi amicissimum esse intelligeres laboravi. maneo in voluntate, & * quoad voles tu, permanebo: citiusq; amore tui fratrem tuum odisse desinam, quàm illius odio quicquam de nostra benevolentia detrahatur. Vale.

* Eodē modo locutus est ep. 1. l. 2.

* Ita humanitatem præ se fert, ut tamen gravitatem non abijcit.

ARGVMENTVM.

Quæ sequitur epistola, non dubito quin Metelli Cesaris potius sit quàm Nepotis, & in epistola Nepotem puto significari.

Q. METELLVS NEPOS S. D. M. T. CICERONI. 3.

HOMINIS importunissimi * contumeliæ, qui crebris concionibus me onerat, tuis erga me officijs leniuntur: & ut sunt leves huiusmodi homines, à me despiciuntur: libenterq; commutata persona, te mihi fratris loco esse duco, de illo ne meminisse quidem volo: tametsi bis eum invitum servavi. De meis rebus, ne vobis multitudine literarum molestior essem, ad Vollium perscripsi: de rationibus etiam provinciæ, quid vellem fieri, ut is vos doceret & commonefaceret. Si * poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserves. Vale.

* Maledicta in re iniquissima.

* Quod puto esse difficile, cum à fratre meo gravissimā iniuriam acceperis.

ARGVMENTVM.

Studium, & auxilium Metelli Nepotis, consulatum gerentis, exsul explorat.

M. T. CICERO S. D. Q. METELLO COS. 4.

* P. Lentulo qui retulit ad senatum de Cicerone restituendo.

LITERÆ Q. fratris, & T. Pomponij necessarij mei tantum mihi spei dederant, ut in te non minùs auxilij, quàm in* tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaq; ad te literas statim misi: per quas ut fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de rel. quo tempore auxilium petij. Postea mihi nō tam meorum literæ, quàm sermones eorum, qui hāc iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. quæ res fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem. Nunc mihi Q. frater meus *mitissima* tuam orationem, quam in senatu habuisses perscripsit, qua, ut ad te scriberem, sum inductus. abs te, quantum tua fert voluntas, peto, quæsoq; ut tuos mecum serves potiùs, quàm propter arrogantiam & crudelitatem tuorum* me oppugnes. Tu tuas inimicitias ut reip. donares, te viristi; alienas ut contra remp. confirmes adduceris? Quòd si mihi tua clementia opem tuleris, omnib. in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo: sin mihi neq; *magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quæ me cum rep. vicit, licuerit: vide, ne, cùm velis revocare tempus omnium conservandorum, cùm, qui servetur, non erit, non possis. Vale.

* Quòd ab eo, qui ante fuerit inimicus, satis videtur.

* Clodianorum. nam & li. 4. ad Att. ep. 1. appellatur hic Metellus frater P. Clodij, Ciceronis inimici

* Consulem P. Lentulum ad salutem Ciceronis maximè propensū.

* Miror cur Imperatroi adscribat, ū in provincia malè rē ab eo gestam, Dio Obsequens, epitome Liviana significet.

ARGVMENTVM.

Exprobrat Antonio, qui Macedoniam proconsul regebat, ingrati animi vitium: deinde Atticum illi commendat.

M. T. CIC. S. D. C. ANTONIO M. P* IMP. 1.

ETSI statueram nullas ad te literas mittere, nisi com-

commendatitias: (non quòd eas intelligerem satis apud te valere, sed ne ijs, qui me rogarent, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem) tam meum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maximè conscius, tui cupidissimus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi, præsertim * cum a- * Significat se invitum scripsisse.
liter ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri debeat. omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuum * commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam tu es optimus testis. Contra etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audivi nam comperisse me non audeo dicere, ne fortè id ipsum verbum ponam, quod aiunt falsò à me solere proferri: sed ea quæ ad me * delata sunt, malore ex Pomponio cui non minùs molesta fuerunt, quàm ex meis literis cognoscere. Meus in te animus quàm singularis officio fuerit, & senatus & populus Romanus testis est: tu quàm gratus erga me fueris, ipse existimare potes. quantum mihi debeas, ceteri existimant. Ego quæ tua caussa antea feci, voluntate sum adductus, ut facerem, posteaq; constantia. Sed * reliqua mihi crede, multo maius meum studium, maiorem gravitatem & laborem desiderant: quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam ut tibi ipse insanire videar. Ea quæ sint, & cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere, atq; ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut quanquam ipsius caussa consi-

* Ad augendam copiam hic est locus cũ illo conferendus, epist. 8.

* Vide ad Att. ep. 10. lib. 1.

* Iudicium quod in Antonium parabatur M. Cœlio accusatore: quo in iudicio Antonium Cicero defendit vide orat pro Cœlio.

confido te omnia esse facturum: tamen abs te hoc petam, ut si quid residet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostendas. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

ARGVMENTVM.

Narrat, se diligentiam adhibuisse, ne Sextio succederetur. adscribit de domo à se emta.

M. T. CIC. S. D. P. SEXTIO L. F. PROQVAEST. 6.

CVM ad me Decius librarius tuus venisset, egisset q; mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quanquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam: tamen quòd memoria tenebam, cuiusmodi ad me literas antea misisses, non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam, sed posteaquàm & Cornelia tua Terentiam convênit, & ego cùm Q. Cornelio locutus sum: adhibui diligentiam, quotiescunque senatus fuit, ut adessem: plurimumq; in eo negotij habui, ut Q. Fusium trib. pleb. & ceteros, ad quos* tu scripseras, cogerem mihi potius credere, quàm tuis literis. Omnino res tota in mensem Ianuar. ~~effecta erat~~, sed facilè obtinebatur. Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem scripseras velle te benè evenire, quòd de Crasso domum emissem: emi eam ipsam domum tricies quinquies H S. aliquanto pòst tuam gratulationem. Itaq; nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam* coniurare si quis me recipiat. sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt, & à me insidias metuunt, nec putant

* Vt tibi succederetur, contra quã Decius mecum egerat.

* Expone, tricies, quinquies. Cel. l. 1. c. 12.

* Alludit ad coniurationem Catilinæ ex ære alieno conflatam.

putant ei nummos deesse posse qui ex*obsidione fœneratores exemerit,* omnino semissibus magna capiti est, res. Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut *bonũ nomen adeptus existimer. Domum tuam, atq; ædificationem omnem perspexi et vehementer probavi.* Antonium, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu gravissimè ac diligentissimè defendi, senatumq; vehementer oratione mea, atq; auctoritate commovi. Tu ad me velim literas crebrius mittas. Vale.

*De offi. 2.
*Libri veteres omni pro cuivis.
* Debitor, qui solvendo esse possit.
* Collegam suam in cõsulatu, quem postea Cœlius accusavit. videor. pro M. Cœlio.

ARGVMENTVM.

Leviter expostulat, quod Pompeius sibi de oppressa Catilinæ coniuratione non esset pro rei magnitudine literis gratulatus.

M. T. M. F. CICERO S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO, IMP. 7

S. T. E. Q. V. B. E. E. V. Ex* literis tuis, quas publicè misisti, cepi una cum omnib. incredibilem voluptatem. tantam enim spem otij ostendisti, quantam ego semper omnibus te uno fretus pollicebar. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos vehementer literis perculsos, atq; ex magna spe deturbatos iacére. Ad me autem literas, quas misisti, quãquam exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant, amen mihi scito iucundas fuisse. nulla enim re tam lætari soleo quàm meorum officiorum conscientia, quibus si quando non* mutuò respondetur, apud me plus offitij residére facilimè patior. Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, resp nos inter nos conciliatura coniunctura q; sit. Ac ne ignores quid ego in tuis literis desiderarim, scribam aperte, ut

* Confecto Mithridatico bello.
* Mordet Pompeium, ut immemorem beneficij: habuerat enim Cicero orationem pro lege Manilia de bello Mithridatico illi demandando.

cut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Res eas gessi quarum aliquam in tuis literis & nostræ necessitudini, & reip. caussa gratulationem exspectavi: quam ego abs te prætermissam esse arbitror, quod verebare,* ne cuius animum offenderes. sed scito ea, quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ iudicio ac testimonio comprobari, quæ cum veneris, tanto consilio, tantaq; animi magnitudine à me gesta esse cognosces, ut tibi multò maiori, quàm Africanus fuit, me non multò minorem, quàm Lælius facilè tibi & in rep. ub. & in amicitia adiunctum esse patiare. Vale.

* Vt Crassi aut Cæsaris, qui cõiuratos non esse interficiendos senſit.

ARGVMENTVM.

Officium suum in Crassum prædicat: omniaq; polliceturr, quæ ad illius commodum, aut amplitudinem pertinebunt.

M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D. 8.

QVANTVM meum studium exstiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint.* non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset præteriri. Nam & cum* consulibus, & cum multis consularibus tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea ulla in caussa: susceptaq; mihi perpetua propugnatione pro omnibus ornamentis tuis, veterq; nostræ necessitudini iamdiu debitum, sed multa varietate temporum* interruptum officium cumulatè reddidi. Neq; mehercule unquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas defuit: sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnun-

*Proficiscebatur Crassus ad bellum Parthicum.

* Domitio & Appio.

* Fuerat enim simultas inter eos. Plutar.

quam

quàm á me alienárunt & me aliquando * immutarunt tibi. Sed exiſtit tempus optatum mihi magis, quàm ſperatum ut florentiſſimis tuis rebus, mea perſpici poſſet & memoria noſtræ voluntatis, & amicitiæ fides. Sum enim conſecutus non modo ut domus tua tota, ſed ut cuncta civitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. Itaq́ & præſtantiſſima omnium * fœminarum uxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia, * tui Craſſi, meis conſilijs, monitis, ſtudijs, actionibusq́ rituntur: & ſenatus, populusq́ Roman. intelligit, tibi abſenti nihil eſſe tam promptum aut tam paratũ, quàm in omnibus rebus, quæ ad te pertineant operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ ſint acta quæq́ agantur, domeſticorum tibi literis declarari puto. De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidiſſe: ſed ut primum * forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quàm maximè eſſe coniunctus. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neq́ tibi me amabſervantiam, neq́ mihi tuam ſummã benevolentiam ac liberalitatẽ defuiſſe. Si qua interciderunt non tam re, quàm ſuſpicione violata, ea cum fuerint falſa & inania, ſint evulſa ex omni memoria, vitaq́ noſtra. Is enim tu vir es & eum me eſſe cupio, ut quoniã in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionem amicitiamq́ noſtram utriq́ noſtrũ laudi ſperem fore. Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum nobis eſſe putes, * ſtatues ipſe: et, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego verò tibi profiteor, atq́ polliceor eximium, & ſingulare meum ſtudiũ in omni genere officij, quod

ad

* Levius eſt, quã alienarunt: & huius immutationis cauſam in alios confert.

Suet. in Iulio.

* Filij Marcus & Publius, quorũ Marcus Cæſaris in Gallia quæſtor, Publius legatus fuit. Cæſar de bello Gall.

* Ab ineunte igitur adoleſcentia: nam adoleſcens admodũ cauſſam egit pro Sext. Roſcio Amerino.

* Paria officia modeſtè poſtulat.

* ad honestatem & gloriam tuam spectet, in quo etiamsi multi mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus, tum Crassus tuis iudicibus, omneis facilè superabo: quos quidem ego ambos unicè diligo, sed in Marco benevolentia impari: hoc magis sum * Publio deditus, quòd me quanquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maximè, sicut alterum parentem & observat, & diligit. Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolæ: meq; ea, quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse observaturum, diligentissimeq; facturum. Quæ à me suscepta defensio est, de absente, dignitatis tuæ, in ea iam ego non solùm amicitiæ nostræ, sed etiam *constantiæ meæ caussa permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelligerem aut ad voluntatem, aut ad * commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea* sponte id esse facturum: sin quidpiam aut à te essem admonitus, aut à tuis, effecturum, ut intelligeres, nihil neq; te scripsisse, neque quenquam tuorum ad me frustra detulisse. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq; rebus, ut ad hominem amicissimum: & tuis præcipias, *ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus publicis, privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotijs, ut quoad eius fieri possit, præsentiæ tuæ * desiderium meo labore minuatur.

* His enim Ciceroni patrem conciliavit. vide Plutarch. in Crasso.

*Vide ep. 5.

* Epist. 5.

* Idem epi. 8. lib. 9.

* Auge copiam ex aliis locis, epi. 3. 4. & 6. l. 1.

*Non potuit esse amabilior epistola.

*Quo tenentur amici tui, hospites, clientes.

ARGVMENTVM.

Vatinius ex consulatu à Cæsare dictatore in Illyricum

eum missus, commendat suam dignitatem Ciceroni contra malevolorum obtrectationes.

P. VATINIVS IMP. M. CICER. SVO S. D.

S. V. B. E. E. V. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens advenit. qui pro se causam dicier vult. Non, puto, repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. Ego autem quem potius adoptem aut invocem quàm illum, quo* defendente vincere didici? an verear, ne, qui potentissimorũ hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pusillorum ac malevolorum obtrectationes & invidias non prosternat atq; obterat? Quare si me, sicut soles, amas, suscipe me totum atq; hoc quicquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta. Scis, meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores invenire, non meo quidem meherculè merito, sed quanti id refert, si tamen fato nescio quo accidit? Si quis fortè fuerit, qui nostræ dignitati obesse velit: peto à te, ut tuam consuetudinem & liberalitatem in me absente defendendo mihi præstes. literas ad senatum de rebus nostris *gestis quo exemplo miseram, infrà tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus servus anagnostes* fugitivus cùm Vardæus esset: de quo tu mihi nihil mandasti, ego tamen, terra, mariq; ut conquireretur, præmandaui: & profectò tibi illum reperiam, nisi in* Dalmatiam aufugerit, & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale ad III. Id. Quinct. ex castris, Narona.

* Captat benevolentiã à commemoratione accepti beneficij. de quo beneficio Valerius Max. l. 4. c. 2.

*In Dalmatia.

* De hoc seruo vide ep. 77. l. 13.

* Dalmatiæ nomen ab urbe Damnio deducta significat, Strabo li. 7.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Scribit hæc, de Dionysio Ciceronis seruo, de Catilio pirata, de rebus à se in Dalmatia gestis, pro quibus supplicationes sibi decerni postulat.

P. VATINIVS IMP. M. CICER. SVO S. D. 10.

S. V. B. E. E. Q. V. De Dionysio tuo adhuc nihil extricо, & eò minus, quòd me frigus Dalmaticũ, quod illinc eiecit, etiam hic refrigeravit: & tamen non desistam, quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi *dura imperas. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissimæ. Apage te cum nostro Sext. Seruilio; nam mehercule ego illum quoq; amo. sed huiusce modi vos clienteis huiusmodi caussas recipitis? Hominem unum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matres familiâs, civeis Ro. occidit, abripuit, dispersidit, tot regiones vastauit? S. minc. non semissu homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. sed tamen mi Cicero, quid facere possum? Omnia mehercule cupio, quæ tu mihi imperas, meam animadversionem, & supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi & condono. Quid illis respondere possum qui sua bona directa, naves expugnatas, fratres, liberos parentes occisos, actione expostulant? Si mehercule * Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen hoc sustinere non possem. Quid ergo est? faciam omnia sedulò, quæ te sciam velle. Defenditur à Q. Volusio tuo discipulo: si fortè ea res poterit aduersarios fugare, in eo maxima spes est. Nos, si quid erit istic opus, defendes. Cæsar adhuc mihi inu-

* Cùm neq; seruum possim inuenire, neq; de Catilio, quod petis, facilè concedere.

* Si essem ita impudens, ut est Appius, ore scilicet durissimo.

in iuriam facit. De meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non *refert: quasi verò non iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. nam si hoc exspectandum sit, dum totum bellum conficiam: viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua: quæ ipsi sibi asciverunt, amplius sexaginta. Hæc nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longè alia conditione ego sum, ac cæteri imperatores. Ego post supplicationes mihi decretas, in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi: unum* hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum, quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam: ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt: indigneq; mi Cicero oppidum captum, & bellum iam confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Cæsarem meam causam agas, meq; tibi in omneis *partes defendendum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Nonis Decemb. Narona.

* Relatio ad senatum consulum erat, & consul erat Cæsar.

*Proximè à se relictum.

* Epist. 10. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Suum studium erga uxorem Vatinij, ipsumq; Vatinium significat. rogat deinde, ut omnino sibi remittat servum suum fugitivum Dionysium.

M. T. CICERO P. VATINIO IMP. S. II.

GRATA tibi mea esse officia non miror. cognoui enim te gratissimum omnium: idq; nunquã destiti prædicare. nec enim tu mihi gratiã modò habuisti, verùm etiã cumulatissimè retulisti. quamobrem reliquis tuis rebus omnibus, pari me studio erga te, & eadem volun-

Epist. Vatinij, cui hæc respondet, periisse constat.

voluntate cognoſces. Quòd mihi fœminam primariam Pompeiam, uxorem tuam commendas: cum Sura noſtro ſtatim tuis literis lectis locutus ſum, ut ei meis verbis diceret, ut quicquid opus eſſet, mihi denunciaret: me omnia, quæ ea vellet, ſummo ſtudio, curaq; facturum: itaq; faciam: eamq;, ſi opus eſſe videbitur, ipſe conveniam. Tu tamen ei velim ſcribas, ut nullam rem neq; tam magnam, neq; tam parvam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honeſta videbuntur. De Dionyſio, ſi me amas, confice, quamcunq; ei fidem dederis, præſtabo. Si verò improbus fuerit, ut eſt, duces eum* captivum in triumpho. Dalmatis dij malè faciant, quæ tibi moleſti ſunt. ſed, ut ſcribis, breui capientur, & illuſtrabunt res tuas geſtas. ſemper enim habiti ſunt bellicoſi. Vale.

* Apparet, Dionyſium in manu Vatinij fuiſſe.

ARGVMENTVM.

Luceium hiſtoriarum ſcriptorem, rogat, ut de rebus à ſe in conſulatu geſtis ſeparatum volumen conficiat: quòd illuſtrius videbatur.

M. T. CICERO S. D. LVCEIO Q. F. 12

CORAM me tecum eadem hæc agere ſæpe conantem deterruit pudor quidam pæne ſubruſticus, quæ nunc expromam abſens audaciùs. epiſtola enim non erubeſcit. ardet cupiditate incredibili, neq; ut ego arbitror, reprehendendæ, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur, & celebretur tuis. quod etſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe facturum, tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ. Genus enim ſcriptorũ tuorũ etſi erat ſemper à me vehe-

* Hanc epiſtolam ipſe bellam vocat in epiſt. 6. lib. 4. ad Att.

vehementer expectatum, tamen vicit* opinionem meam: neq; ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quàm celerrimè res nostras monumentis commentari tuis. Non enim me solũ commemoratio posteritatis ad spem quandã immortalitatis rapit: sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonij tui, vel indicio benevolentiæ, vel suavitate ingenij vivi perfruamur. Neq; tamen, hæc cùm scribebam, eram nescius quantis oneribus premerére susceptarum rerum, & iam institutarum. sed quia videbam, *Italici belli, et civilis historiam iam penè à te esse perfectam (dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri) deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniuncténe malles cũ ceteris rebus nostra contexere: an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicũ bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum (qui omnes à perpetuis suis historijs ea, quæ dixi, bella separaverunt) tuo quoq; item* civilem conjurationem ab hostilibus, externisq; bellis seiungeres. Equidem ad nostram laudem non multùm video interesse: sed ad properationem eam quiddam interest, non te exspectare, dum ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere. Et simul si* uno in argumento, unaq; in persona mens tua tota versabitur: cerno iam animo, quanto omnia uberiora atq; ornatiora futura sint. Neq; tamen ignoro quàm impudenter faciam, qui primùm tibi tantum oneris imponam (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiam, ut ornes me, postulem. Quid si illa tibi non tanto ere videntur ornanda? Sed tamen, qui semel verecundiæ fines transierit, cum bene & naviter oportet esse impudentem. Itaq; te plane etiam atq; etiam rogo, ut &

* I. audatio ad colligendam benevolentiam.

* Belli socialis: cũ socij se civitate extrusos indignati arma sumserunt.

* Catilinariam.

* Vt tantùm de civili conjuratione, & de meo uno à quo est extincta, cogitet.

ornes ea vehementiùs etiam, quàm fortassè sentis, et in eo * leges historiæ neglegas: gratiamq; illam, de qua suauissimè quodam in proœmio scripsisti, à qua te adfici non magis potuisse demonstras, quàm Herculem * Xenophontium illum à voluptate: eâ si me tibi vehementius commendabit, ne asperiere, amoriq; nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas, largiare. Quòd si te ad lucemue, ut hoc suscipias: erit (ut mihi persuadeo) materies digna facultate & copia tua à principio enim coniurationis usq; ad * reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. In quo & illa poteris uti ciuilium commutationum * scientia, vel in explicandis causis rerum nouarum, vel in remedijs incommodorum, cùm & reprehendes ea, quæ vituperanda duces: & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis: & si liberius, ut consuéfti, agendam putabis, multorum in nos * perfidiam, insidias, proditionem notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdam voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legendo scripto retinere possit. NIHIL est enim aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates, fortunæq; vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ: HABET enim præteriti doloris secura recordatio delectationem: ceteris verò nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrùm ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam * miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, postea-

quàm

* Quæ nihil præter veritatem concedunt.

* Apud Xenophontẽ, li. 2. Memorabilium. & de off. lib. 1.

* Ab exilio.

* Cùm te publicæ mutationis peritum ostendet.

* Notat Põpeium & alios, à quib. contra fidẽ & amicitiam proditus est, ut Clodio gratificaretur.

* Miseratio ex illius interitu, delectatio ex animi cõstantia, & amore erga suos. vide historiã apud Aemilium Probum, Iustinum li. 6. & Strabonem lib. 9.

quàm si percontanti dictum est, clypeum esse salvum: ut etiam in vulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur. Cuius studiũ in legendo non erectum Themistocli fuga, redituq; retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum. At viri sæpe excellentis ancipites variq; casus habent admirationem, expectationem, lætitiam, molestiam, spem, timorem. si verò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate. Quod mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, eventorumq; nostrorum, * habet enim varios actus, multaq; actiones & consiliorum, & temporum. At non vereor ne * assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cùm hoc demonstrem, me à te potissimùm ornari, celebrariq; velle. neq; enim tu is es, qui quid sis, nescias: & qui non eos magis, qui te non admirentur inuidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. Neq; enim Alexander ille gratiæ causſa * ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quòd illorum artem cùm ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atq; illi artifices, corporis simulacra * ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam * imaginem suam passus est esse,

* Ratio, cur fabulam dixerit.

* Amoyet à se suspicionem assentationis.

* Plin. li. 7. cap. 37.

* Actiuè posuit pro ijs, qui non noverant.

* Dio Chrysostomus in orat. Corinthiaca.

quàm qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facilè omneis imagines omnium, statuasq; superavit. Atq; hoc præstantius mihi fuerit & ad animi lætitiam & ad memoriæ dignitatem, si in *tua scripta peruenero, quàm si in ceterorum, quòd non ingenium mihi solùm suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi & spectatissimi viri, & in reip. maximis gravissimisq; causis cogniti, atq; in primis probati: ut mihi non solùm præconium quod cùm in Sigéum venisset *Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam graue testimoniũ impertitum clari hominis magniq; videatur. Placet enim Hector ille mihi *Nævianus, qui non tantùm laudari se lætatur, sed addit etiam, à laudato viro. quod si à te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neq; enim *fas arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt. scribam ipse de me, multorum tamen exemplo, & clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere *vitia. & verecundius ipsi de se scribant, necesse est, siquid est laudandum: & prætereant siquid fortè reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas: multi deniq; reprehendant, & dicant, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, cùm ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorumq; nomina magna voce pronunciarunt, cùm ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. Hæc nos vitare cupimus, & si recipis caussam nostram

vita-

* A persona Lucilij.

* Non satis est res præclaras gerere, sed scriptore etiam excellenti opus est.

* Apud Nævium Poetam.

* Argumentum ab amicitia.

* Caussæ quæ ipsum à scribendo de sese deterreant.

vitabimus, idq; ut facias, rogamus. Ac ne fortè mireare, cur, cùm mihi sæpè ostenderis, te acuratissimè nostrorum temporum consilia, atq; eventus literis mandaturum, à te id nunc tantoperè & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quod* alacres animo sumus: ut & ceteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi vivi gloriola nostra perfruamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. Si enim suscipis caussam, consiciam commutatios rerum omnium. sin autem differs me in tempus aliud coràm tecum loquar: tu interea non cessabis, & ea, quæ habes instituta, perpolies, nosq; diliges. Vale.

*Plus significavit, quã si dixisset, cupidi. nam in alacritate motus est summæ lætitiæ index.

ARGVMENTVM.

Significat Lucij literæ consolatoriæ quantum profecerint ad eam solicitudinem minuendam, quàm ex afflicta rep. capiebat.

M. T. CICERO S. D. LVCEIO Q. F. 13.

QVANQVAM ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est: declarat enim summam benevolentiã pari prudentia coniunctam. tamen illum fructum ex ijs literis vel maximum cepi, quòd te præclarè res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum, armatumq; cognovi. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, NON aliunde pendere, nec extrinsecus aut benè, aut malè viventi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio cùm mihi non omninò* excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen tempestatum, & concursu calamitatum

*Notandum ad nostram imitationẽ, quot verba simul attulerit ad perficiendam, exornãdamque translationem.

erat aliquantũ labefactata atq; convulsa, cui te opitulari & video, & id feciſſe etiam proximis literis, multumq; profeciſſe sentio. Itaq; hoc sæpius dicendum tibiq; non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandum autem cùm illa valent, quæ eleganter, copioseq; collegisti: tum nihil plus, quàm quòd firmitudinem gravitatemq; animi* tui perspexi: quam non imitari turpissimum existimo. *Itaq; hoc etiam fortiorem me puto, quàm te ipsum præceptorem fortitudinis, quòd tu mihi videre spem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorij, similitudinesq; eæ, tum rationes in ea disputatione à te collectæ, *vetabant me reip. penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum fortiorem te esse, cùm aliquid speres: alterum mirum, spe ulla teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non deletum, exstinctumq; esse fateare? Circumspice omnia membra reipub. quæ notissima sunt tibi: nullum reperies profectò, quod non fractum, debilitatúmve sit. quæ persequerer, si aut meliùs ea viderem, quàm tu vides, aut commemorare possem sine dolore: quanquam tuis monitis præceptisq; omnis est abijciendus dolor. Ergo & *domestica feremus, ut censes: & publica paullò etiam fortius ferre tasse, quàm tu ipse, qui præcipis. te enim spes aliqua consolatur, ut scribis: nos autem erimus etiam in omni desperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris & præcipis. das enim mihi iucũdas recordationes* cõscientiæ nostræ, rerumq; earũ, quas te inprimis auctore gessimus. præstitimus enim patriæ non minus certè, quàm debuimus. plus profectò, quã est ab animo cuiusquã. aut

* Ab exemplo.
* Atq; magis placeret.
* Conspectabant ne prorsus de rep. desperarem.
* Opinor Tulliolæ mortem.
* Quia semper optimè de rep sensimus, quæ est iucunda recordatio.

con-

consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliud prædicanti. quarum enim tu rerum cogitatione nos levare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaq; ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducam: transferamq; animum ad ea, * quibus se undæ res ornantur, adversæ adiuvantur; tecumq; & ero tantùm quantùm patietur utriusq; ætas & valetudo: & si esse unà minus poterimus, quàm volumus, animorum tamen coniunctione ijsdem studijs ita fruemur, ut nunquam non una esse videamur. Vale.

* Studium philosophiæ significat: quod coluit maxime post afflictã rempub.

ARGVMENTVM.

Caussam quærit, cur Cicero ab urbe tamdiu absit, hortaturq; ut animum à mœrore abducat.

L. LVCEIVS Q. F. S. D. M. TVLLIO CICERONI M. F. 14.

S. V. B. E. E. V. sicut soleo, paullulò tamen etiam deteriùs, quàm soleo. Te requisivi saepius ut viderem. Romæ quia postea non fuisti, quàm à me discesseras * miratus sum: quod item nunc miror. Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat, si solitudine delectare, cùm scribas & aliquid agas eorum, quorum consuésti gaudeo: neq; reprehendo tuum consilium. nam nihil isto potest esse iucundius, non modò miseris his temporibus & luctuosis, sed etiam tranquillis & optatis: præsertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit ex magnis occupationibus: vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, te ipsum laudib. illustret. sin autem, sicut hic dum eras, & lacrymis & tristitiæ te tradidisti: doleo, quia doles &

* Ab urbe.

angere, nec possum te non, si concedis, quod sentimus, ut liberius dicamus, accusare, quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissimæ perspicis? tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges, duplicari solicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat? Quòd si non possumus aliquid proficere suadendo, gratia contendimus, & rogando, si quid nostra caussa vis, ut istis te molestijs laxes, & ad convictum nostrum redeas, & ad consuetudinem? vel nostram communem, vel tuam solius, ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio, cupio deterrere, ne permaneas in incepto: cùm duæ res istæ contrariæ me conturbent: ex quibus, aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. Vale.

* I. te querelis nihil proficere.

* Aut eum amicis, ut solebas, vive, aut saltem solus hilariter.

* Pro offendaris, ut etiam ep. lib. 1. ad Q.F.

ARGVMENTVM.

Quærenti Luceio, cur ab urbe abesset, eiusq; mœrorem minuere conanti, respondet, & cur doleat, & cur in urbe non vivat.

M. CICERO L. LVCEIO Q. F. S. D.

OMNIS amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas à te proximè accepi, non ille quidē mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem, neq; ob eam * unam caussam, quam tu suspicaris, & in qua me leniss. & amantissimis verbis utens, re graviter accusas: sed quòd, illius tanti vulneris quæ remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enim? ad amicósne confugiam? quam multi sunt? habuimus enim ferè

* Non tam ob amissionē reip. quā ob amicorum aut interitum aut absentiam. quidā enim obdurauerant, ut in patriam libertate spoliatam redire nollent.

ferè communes: quorum alij occiderunt, alij nescio quo pacto obdurueriit. Tecum vivere possem equidem, & maximè vellem: vetustas amor, consuetudo, studia paria: quod vinculum deest nostræ coniunctioni? possumúsne igitur esse unà? possumus. nec mehercule intelligo quid impediat. sed certè adhuc non fuimus, cùm essemus vicini in Tusculano, in Puteolano. nam quid dicam in urbe? in qua, cùm forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, ut, cùm maximè florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat esse perfugium spoliato & *domesticis, & forensibus ornamentis, atq; solatijs? Literæ, credo: quibus utor assiduè. quid enim aliud facere possim? sed nescio quo modo ipsæ illæ excludere me à portu & perfugio videntur: & quasi *exprobrare, quòd in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum. *fori, curiæ? Itaq; sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam dolorum oblivionem petam. Quòd si id egissemus ego atq; tu (quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter quotidianos metus) *omne tempus unà fuissemus: neq; me valetudo tua offenderet, neq; te mœror meus. quod quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim est utrisq; nostrûm aptius? Propediem te igitur videbo. Vale.

* Ob interitum filiæ. ep. 6. lib. 4.

* Oderunt enim turpia, turpissimum autẽ servire.

* In foro causas agere solebat, in curia sententiam de re. dicere.

* Post Pharsalicam pugnam, statim enim Cicero in Italiam rediit.

ARGVMENTVM

Consolatur diligenter in primis amicum, obitum liberorum immoderatius ferentem.

M. T. CICERO S. D. TITIO.

ETSI unus ex omnibus minimè sum ad te consolandum accommodatus, quòd *tantum ex tuis malis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem: tamen cùm *longius à summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quàm tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæq; in te benevolentiæ, non tacere tanto in tuo mœrore tamdiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quæ levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio pervulgata quidem illa maximè, quam semper in ore atque in animo habere debemus, *HOMINES NOS VT ESSE MEMINERIMVS, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, neq; esse recusandum, quò minus ea, qua nati sumus, conditione *vivamus, neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo cõsilio vitare possumus: eventiq; aliorum memoria repetendi nihil accidisse nobis novi cogitemus. Neq; hæ, neq; ceteræ consolationes, quæ sunt à sapientissimis viris usurpatæ, memoriæq; & literis proditæ, tantùm videntur profuere debere, quantùm *status ipse nostræ civitatis, & hæc perturbatio temporum perditorum. cum beatissimi sint, qui liberos non sustulerunt: minùs autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quàm si eosdem bona, aut denique *aliqua rep. perdidissent. Quòd si tuum te desiderium movet, aut si tuarum rerum cogitatione mœres: nõ facilè exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto. sin illa te res cruciat quæ magis amoris est, ut eorũ qui occiderunt, miserias lugeas: ut ea non dicam, quæ sæpissimè & legi, & audivi, NIHIL MALI ESSE IN MOR-

*Communicatio doloris, consolatio est.
*Vterque enim reipublicæ angimur, tu etiam propriis.

*Stultum est communem legem recusare.
*Expositi omnib. fortunæ telis,
*Vt cogitemus quam multi libetos amiserint.
*Qui est miserrimus, ut bono viro iucunda vita esse non possit.

*Quasi tuc nulla prorsus esset.

MORTE: in qua si resideat* sensus, immortalitas illa potius, quàm mors ducenda sit: sin sit* amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea miseri, parari, impendere reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur. quid est enim iam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis studijs, bonis artibus, sed omnino libertati ac saluti loci? non mehercule quenquam audivi hoc gravissimo & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non à dijs immortalib. ereptus ex his miserijs atq; ex iniquissima conditione vitæ videretur. Quare si tibi unum hoc detrahi potest,* nequid ijs, quos amásti, mali putes contigisse: permultum erit ex mœrore tuo diminutum. relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum propriè referetur. in qua non est iam gravitatis ac sapientiæ tuæ, quam tu à puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorũ tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria, malog; seiunctus etenim eum semper te & privatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi ut sit gravitas, & constantiæ serviendum. nam quod allatura est ipsa* diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos* præripere consilio, prudentiaq; debemus. Etenim si nulla unquam fuit liberis amissus tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certè nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus: neque exspectare temporis medicinam, quam* repræsentare ratione possimus. His ego literis si quid profecissem, existimabam, optandũ quiddam me esse assecutum: sin minus

*Quod probare studet in lib. de senectute.

* Vt Arist. existimat, qui mortalem probat esse animam in Ethicis.

* Cùm eos videas non hac luce esse privatos, sed horum temporum miserias effugisse.

* Sapiens enim nulla re afficitur, præterquã culpa.

*Ep. 18. l. 7.

* Statim a videq; præcipere, simile in ep. 6. lib. 6.

*Ante tempus consequi.

fortè

fortè valuissent, officio tamen esse functum benevolentissimi atq; amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas. Vale.

ARGVMENTVM.

Excusat tarditatem literarum: hortatur Sextium, ut exilij casum sapienter, fortiterq; ferat.

M. T. CICERO S. D. P. SEXTIO P. F. 170.

NON oblivione amicitiæ nostræ, neq; intermissione cõsuetudinis meæ, superioribus tẽporibus ad te nullas literas misi, sed quòd priora tempora in ruinis reip. * nostrisq; iacuerunt: posteriora autem me à scribendo tuis imustissimis atq; acerbissimis * incommodis retardarunt. Cùm verò & intervallum iam satis longum fuisset, & tuam virtutem, animiq; magnitudinem diligentius esse mecum recordatus, non putavi esse alienum institutis meis hæc ad te scribere. Ego te P. Sexti & primis temporibus illis, quibus in invidiam absens et in crimen vocabare, defendi: & cùm in tui * familiarissimi iudicio ac periculo tuum crimen coniungeretur, quàm potui accuratissimè te, tuamq; causam * tutatus sum: & proximè recenti adventu meo cùm rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem; tamẽ nulla re salutí tuæ defui. cumq; eo tempore invidia annonæ inimici non solùm tui, verùm etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicij, multaq; alia reip vitia plus quàm caussa ipsa, veritasq; * valuissent: Publio tuo neq; opera, neq; consilio, neq; labore, neque gratia, neq; testimonio defui. Quamobrem omnibus officijs amicitiæ diligenter à me, sanctèq; servatis, ne hoc

* Exsilium suum significat.

* Exsilium intelligit Sextii.

* Milonis.

* Extat oratio pro P. Sextio.

* Id est cum iudicio cõdemnatus esset.

hoc quidem prætermittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaremq; ut & hominem te, & virum esse meminisses, id est, ut & communem incertumq; casum, QVEM NEQVE VITARE QVISQVAM NOSTRVM, NEQVE PRÆSTARE VLLO PACTO POTEST, sapienter ferres: & dolori *fortiter, ac fortunæ resisteres, cogitaresq; & in nostra ciuitate, & in cæteris, quæ terrarum plurima sunt, multis fortissimis atq; optimis viris, iniustis iudicijs *tales casus accidisse. Illud utinam ne verè scriberem, ea te *rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum * eius virtuti videar testimoniū non dedisse: sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim, ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissimè facies si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicunq; eris, tuam esse, *tecum esse duces. NEC ENIM MINVS NOSTRA SVNT, quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, summusq; in te amor, magnæ tibi cōsolationi debet esse: & nos, *ceteriq; qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus: semperq; pendemus & maximè animi tui conscientia, cum tibi nihil meritò accidisse reputabis, & cum illud adiunges HOMINES SAPIENTEIS TVRPITVDINE, non casu, & delicto suo, non aliorum * iniuria commoveri. Ego & memoria nostræ veteris amicitiæ, & virtute atq; observantia filij tui admonitus, nullo loco deero neq; ad consolandū, neq; ad levandū fortunam tuā. Tu si quid ad me forte scripseris, perficiam. ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.

* Hoc refertur ad dictionem, virtū.

* Ab exemplis.

* A statu reip.

* A Sextij filio.

* Omissa copula, ut ep. 24. & 28. li. 13.

* A studio amicorum.

* Quasi non jure damnatus esses.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Argumentis utitur septem, ut Fabium exsulem consoletur.

M. T. CIC. S. D. T. FABIO. 18

ETSI ego vereor, qui te *consolari cupio, consolandus ipse sum, propterea quòd nullam rem gravius iamdiu tuli, quàm incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atq; oro, te colligas, virumq; præbeas: & qua* conditione omnes homines, et quibus* temporibus nati sumus, cogites. Plus tibi virtus tua dederit, quàm *fortuna abstulit, propterea quòd adepturus es, quod non multi hominum novi amisisti, quod plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio *impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optimè actum cum eo videatur esse, qui quàm leuissima pœna ab hac rep. discesserit. *Tu verò, qui & fortunas & liberos habeas, & nos, ceterosq; necessitudine & benevolentia tecum coniunctissimos: quique magnam facultatem si habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis vivendi: & cùm unum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una* sententia, eaq; dubia, potentiæ alicuius condonatum existimetur: omnibus his de causis debes istam molestiam quàm leuissimè ferre,* Meus animus erit in te, liberosq; tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet. Vale.

*A dolore suo, nam genus est consolationis. cũ nos quoque dolere significamus.
*A communi conditione.
*A temporum statu.
*A comparatione bonorum.
*A Metu publicæ calamitatis.
*A spe restitutionis.
*Ab opinione hominum.
*Ab officio suo.

ARGVMENTVM.

Rufo, paullo antè quæstori suo in provincia, suadet, ut in bello civili Pompeium sequatur.

CICE-

CICERO RVFO. 19.

ETSI *mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem cariſsimus, tamen quotidie magis id perſpicio, extatq; id quod mihi oſtenderas quibuſdam literis, hoc te ſtudioſiorem in me colendo fore, quàm in provincia fuiſſes, (etſi meo iudicio nihil ad tuũ provinciale officium addi poteſt) quo liberiùs iudicium eſſe poſſet tuum. Itaq; me & ſuperiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus & expectatum meum aduentum abs te amanter videbam, & cùm alter res cecidiſſet, ac putaſſes, te meo conſilio magnopere eſſe lætatum & his proximis literis magnum cepi fructum & iudicij, & offi ij tui: iudicij, quòd intelligo te, id quod omnes ſortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile eſſe, niſi quod * rectum honeſtumq; ſit: officij, quòd te mecum, quod cunq; cepiſſem conſilij, polliceris fore: quo neq; mihi gratius, neq;, ut ego arbitror, tibi honeſtius eſſe quicquam poteſt. Mihi conſilium captum iamdiu eſt: de quo ad te, non quò celandus eſſes, nihil ſcripſi antea, ſed quia communicatio conſilij tali tempore, quaſi quædam admonitio videtur eſſe officij, vel potius efflagitatio ad coeundã ſocietatem vel periculi, vel laboris. Cùm verò ea tua ſit voluntas, humanitas, benevolentia erga me: libenter amplector talem animum, ſed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) ſi feceris id, quod oſtendis, magnam habebo gratiam: ſi non feceris, ignoſcam: * & alterum timeri, alterum mihi te negare non potuiſſe arbitrabor. eſt enim res profecto maxima. * quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt: ita tamen, ut ſi nos ij ſumus, qui eſſe debemus, id eſt ſtudio digni, & literis noſtris, dubitare non poſſi-

* Adverte in pleriſque epiſtolis inſinuationem eſſe quandã ad benevolentiam in principio.

* De ciuili parte eligenda.

* Si te ciuilibus armis immiſcere nolueris.

* Idem epiſt. 1. lib. 4.

possimus, quin ea maximè conducant, quæ sunt rectissima. Quare tu, si simul* placebit, statim ad me venies: sin idem placebit, atq; eodem, nec continuò poteris: *omnia tibi ut nota sint, faciam quicquid statueris, te mihi amicum: sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

* Vt ad Pōpeium simul eamus.

* Quidquid statuam & de discessu, & de tempore.

ARGVMENTVM.

Purgatio Ciceronis ad Rufum, quæstorem antea suum in Cilicia, de rationibus provincialibus. obscura ep stola, sed adijciemus in margine, quæ magnam partem illustrent.

CICERO * RVFO. 26.

* Hic est L. Messinius Rufus, quæstor Ciceronis. ep. 26. lib 13.

QVo modo potuissem, te convenissem, si eò, quò constituera, venire voluisses. Quare etsi mei commodi causa commonere me noluisti: tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse si ad me* misisses, voluntatem tuam commodo meo. Ad ea, quæ scripsisti: commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si Marcus Tullius scriba meus adesset: à quo mihi exploratum est, in rationibus duntaxat referendis (de ceteris rebus affirmare non possum) nihil eum fecisse scientem, quod esset contrà aut rem, aut existimationem tuam, deinde si rationum* referendarum ius vetus, & mos antiquus maneret, me relaturum rationes, nisi tecum pro coniunctione nostræ necessitudinis centulissem, confeciss emq;, non fuisse. Quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret: id (quando lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat, eas demq; totidem verbis referre ad ærarium) feci* in provincia: neq; ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem, sed tribui tibi tantùm, quantùm me tribuisse

* Si nunciasses te venisse, quò constitueras.

* Mos vetus erat, ut ad urbem is, quid procōsul erat, cum quæstore suo rationes conferret priùs quam ad ærarium referret.

* Cōtuli eas tecum in provincia ex Cæsaris lege. vide ep. 17. l. 2.

nun-

nunquam pœnitebit. totum enim scribam meum, quem tibi video nũc esse suspectum, tibi tradidi, tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti. Rationes confectæ me absente sunt tecum: ad quæ ego nihil adhibui præter * lectionem. Ita accepi librum à meo seruo scriba, ut eundem acceperim à fratre tuo. si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui si fides, maiorem tibi habui, quàm pænè ipsi mihi: si providendum fuit, nequid aliter, ac tibi & honestum & utile esset, referretur: non habui cui potius id negotij darẽ quàm M. Tullio Laureæ. Illud quidem certè factum est, quod lex iubebat, ut apud duas ciuitates, Laodiceensem & * Apameensem, quæ nobis maximæ videbantur, quoniã ita necesse erat, rationes confectas & consolidatas deponeremus. Itaq; huic loco primum respondeo, me, quanquam iustis de causis rationes * deferre properârim: tamen te eas spectaturum fuisse, nisi in prouincia relictas rationes prorelatu haberem. De Volusio quod scribis, non est id rationum, docuerunt enim me periti homines: in his cum omnium periniss mus, tum mihi amicissimus C. Camillus, ad Volusium * transferri nomen à Valerio non potuisse, sed prædes Valerianos teneri. Neq; id erat LL SXXX. ut scribis, sed LLXXIX. erat enim curata nobis pecunia Valery mancipis nomine: ex qua reliquum quod erat in rationibus, retuli. Sed sic me & liberalitatis fructu priuat, & diligentiæ, & (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ: liberalitatis, quòd manus scribæ mei beneficio, quàm meo, legatum meum, præfectum q; maxima calamitate leuatos, cùm præsertim non deberent esse obligati: diligentiæ, quòd existimus de tanto officio meo, tanto etiã

* Confectas à scribameo & fratre tuo legi.

* Epist. 17. lib. 2.

* Querebatur Rufus, quod rationes deferre ad prætorium nimis properasset: quædam enim corrigi cupiebat

* Quod Rufus petie-

L peri-

periculo nec sciisse, me quicquam, nec cogitasse: scribam quicquid voluisset, cum id mihi ne recitasset quidem, * retulisse: prudentiæ, quòd rem à me non insipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putas. nam & Volusij liberandi meum fuit consilium, & ut multa tam gravis Valerianus prædibus, ipsiq; T. Mario depelleretur, à me initia ratio est: quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. &, si verum scire vis, hoc uni scribæ meo intellexi non nimium placere. Sed ego putaui esse viri boni, cum populus suum seruaret, consulere fortunis tot vel amicorum, vel ciuium. Nam de Logeio ita est actum, ut, auctore Cn. Pompeio, ista* pecunia in fano poneretur. Id ego agro ei meo iussu esse factum, qua pecunia Pompeius est usus, ut tua, quam tu deposueras, Sextius. Sed hoc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animadvertisse molestè ferrem, ut adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisq; monumentis testata, cui data, quo S. C. quibus tuis, quibus, meis literis P. Sextio tradita esset. Quæ cũ viderem tot vestigijs impressa, ut in his errari non posset: non *addscripsi id, quod tua nihil referebat; ego tamen adscripsisse mallem, quando id te video desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendum, idem ipse sentio: neque in eo quidquam à meis rationibus discrepabunt tuæ. Addes enim tu, meo iussu? quod ego nunquam addidi: nec caussa est, cur negem: nec, si esset, & tu nolles, negarem. Nam de L L S. nongentis millibus certè, ita relatum est, ut tu, siue frater tuus referri voluit. Sed si quid est, quando de Legeio parum gratum est, quod ego in ratio

* In ratione,

* Quam tu in fano posuisti meo iussu: quod nunc quereris à me esse in rationib. referendis prætermissum.

* Non scripsi in rationibus meo iussu à te esse positam.

tionibus referendis etiamnum corrigere possim: de eo mihi, cùm S. C. non fuerit usus, * quid per leges liceat, considerandum est. te certè pecuniæ exactæ rationem referre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit: sunt enim alij peritiores. Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tua, aut etiam velle te existimem, si ullo modo facere possim. Quod scribis de beneficijs, scito à me & tribunos mil. & præfectos & contubernales duntaxat meos, * delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabã dari: postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Sanè molestè tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reservata esse, quàm meæ, qui ambitione nihil uterer, de centurionibus tamen & de tribunorum mil. contubernalibus res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de L L S. centum millibus: de quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mes errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modò erat, * fratris tui & Tullij. sed, cùm id corrigi non posset, quòd iam depositis rationib ex prouincia decessissemus. credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, quæ ea spe facultatum, quam tum habebamus, quam humanissimè potuerim, rescripsisse. sed neq; tum me humanitate mearum literarum obligatum puto, neq; iam hodie epistol. m de * L L S. centum millibus sic accepisse ut ij accipiunt, quibus epistolæ per hæc tempora molestiæ sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ ad me salvis legibus pervenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse. id fuisse

* Tacitè ostendit, se nihil illius causa factum, quod per leges non liceat.

* Qui rationes me absente confecerant.

* Quæ mutua petebat.

* Videtur exponendum, bis vicies millies.

* *LLS. XXII. millia: eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse, quod ego sine æquo animo fero, sive iniquo tu de LLS centum millibus æquo animo ferre debes, & existimare, eò minus ad te vel de tuis * cibarijs, vel de mea liberalitate peruenisse. Quòd si mihi expensa ista H S. * centum millia tulisses: tamen, quæ tua est suauitas, quiq; in me amor, nolles à me hoc tempore æstimationem accipere, nam numeratum si cuperem, non erat. Sed hoc iocatum me putato, ut ego te existimo. Ego tamen, cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te, siquid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam tur non scindi velim, causa nulla est. Vale.*

* Publicè datis.

* Possessionem lege Cæsaris æstimatam.

ARGVMENTVM.

Cupidum se esse significat Mescinij videndi: eumq; hortatur, ut acerbitatem temporum literarum studio, optimaq; conscientiæ recordatione mitiget.

M. T. CICERO S. D. L. MESCINIO. 21.

* Idem aliis verbis ep. 11. li. 2. De cupiditate.

GRATÆ mihi tuæ literæ fuerunt ex quibus intellexi, quod etiã sine literis arbitrabar, te summa * cupiditate affectum esse videndi mei. Quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, nam tecum esse, ita mihi omnia, quæ opto, contingant, ut vehementer velim. Etenim cùm esset maior & virorum, & civium bonorum, & * iucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat nemo, quicum essem libentius, quàm tecũ, & pauci, quibuscum æquè libenter: hoc verò tempore, cùm aly interierint, alij absint, alij mutati voluntate sint, unum medius fidius tecum diem libentius posuerim, quàm hoc omne tempus

* Bonitas, iucunditas & amor, causæ cur amemus, unaq; esse cupiamus. vide ep. 24. lib. 9.

pus cum plerisq; eorum, quibuscum vivo necessariò. Nolli enim existimare, mihi non solitudinem iucundiorem esse, qua tamen ipsa uti non licet, quàm sermones * eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut summum altero. Itaq; utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, literulis nostris: præterea etiam conscientia consiliorum meorum. ego enim is sum, quemadmodum tu faciliùs potes existimare, qui nihil unquam mea potius, quàm meorum civium causa fecerim: cui nisi* invidisset is, quem tu nunquam amasti (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. Ego sum is, qui nullius vim plus valere volui, quàm honestum otium, itemq; cùm* illa ipsa arma, quæ semper timueram, plus posse sensi, quam illum consensum bonorum, quem ego idem effeceram: * quavis tuta conditione pacem accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa alia coràm brevi tempore licebit. neq; me tamen ulla res alia Romæ tenet, nisi exspectatio rerum * Africanarum. videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. Puto autem nonnihil mea interesse: quanquam id ipsum, quid interfit, non sanè intelligo: veruntamen, quicquid illinc nunciatum sit, non longè abesse à consiliis amicorum. est enim res ipsa iam in eum locum adducta, ut, quanquam * vltùm interfit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter * victorias non multùm interfuturũ putem. Sed planè animus, qui dubijs rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multùm: quem etiam superiores tuæ literæ confirmarunt: ex quibus intellexi, quam fortiter iniuriam ferres: iuvitq; me, tibi cùm summam humanitatem,

* Cæsaris familiatis.

*Pompeius.

*Cæsariana.

*Etiamsi esset minùs honesta.

* Ex una parte Cæsar fuit, ex altera Scipio, & Iuba rex.

* Vtriusque victoriam fore crudelem putat. vide ep. 9. & 14. lib. 6.

tum etiam tuas literas profuisse. verum enim scribam: teneriore mihi animo videbare, sicut omnes ferè, qui vita ingenua, in beata civitate & libera viximus. Sed ut illis* secunda moderatè tulimus sic hanc non solum adversam, sed etiam funditus* eversam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quòd* nullum sensum esse habituri, nunc sic affecti non modò contemnere audeam, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio: tibiq; persuade, PRÆTER CVLPAM AC PECCATVM, quo semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quòd sit horribile aut pertimescendum. Ego, si videbitur rectè fieri posse, ad te veniam brevi. si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quæsieris per literas, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas: valetudini tuæ, & tranquillitati animi servias. Vale.

* Cum resp. florebat.
*Cum Cæsari serviamus?

*Rerum humanarum. Nam immortales animos putat, idque nititur probare in laude senectutis.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER VI. AD A. TORQVATum & cæteros.

ARGVMENTVM.

Manilium Torquatum, qui Pompeianas partes secutus erat, consolatur in eo, quod Romæ non sit, & aliquam simul spem reditus ostendit.

M.CIC.

M. CICERO S. D. A. TORQVATO. I.

ETSI* ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quenq; fortunæ maximè pœniteat: nemoq; sit, quin ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romæ esse miserrimum sit: nam, etsi quocunque in loco quisquis est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, & suarum: tamen* oculi augent dolorem, qui ea quæ ceteri audiunt intueri coguntur, nec avertere à miseriis cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est: tamen illo dolere, quòd maximè te confici audio, quòd Romæ non sis, animum tuum libera. Etsi enim cum magna molestia tuos tuaq; desideras, tamen illa quidem, quæ requiris, suum statum tenent: nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt ullo in proprio periculo. Nec debes tu, cùm de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem, nec enim is, qui in te adhuc iniustior, quàm tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati. Nec tamen is ipse à quo salus petitur, habet explicatam aut explo ratam rationem salutis suæ. CVM QVE omnium bellorum exitus incerti sint:* ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu:* ab altera te ipsum nunq; timuisse certo scio.* Reliquum est, ut te ipsum, quod ego quasi conso

* Consolatur à communi hominum conditione, & adverte, in principio huius epistolæ quater esse repetitum, etsi, tamen: quod in nobis vitio ducerentur.

*Auriũ sensum plus doloris afferre quam oculorum, dixit & ad Marcellum, ep. 9. l. 4. oratoris hoc est, eisdẽ rebus si res postulet, vel contrariis uti.

*A Cæsare.
*A Pompeio.
* Cum iam ostenderim tibi de te ipso nihil esse timendum.

lationis loco pono, maximè excruciet, commune periculum reip. cuius tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio nulla possit vera reperiri, præter illam, quæ tanta est, quantum in cuiusq; animi roboris est atq; nervorum. Si enim * BENE SENTIRE, RECTEQVE FACERE, satis est ad bene beateq; vivendum vereor, ne eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse, nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror victoriæ præmijs ductos, patriam olim & liberos & fortunas reliquisse: sed quoddam nobis * officium iustum & pium & debitum reip. nostræq; dignitati videbamur sequi: nec, cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis esset victoria. Quare si, id evenit, quod ingredientibus nobis in caussam propositum fuit accidere posse: non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse nunquam putarimus. Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit: ut nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: eaq; cùm careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. Atq; hæc eò pertinet oratio, ut * perditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. Sed si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunq; status est futurus, carere non debes. Atq; hoc mihi scribenti veniebat in mentem, me eum esse, cuius tu * desperationem accusare solitus esses, quemq; auctoritate tua cunctantem & diffidentem excitare. Quo quidem tempore non ego caussam nostram, sed consilium improbabam. serò enim nos ijs armis adversari videbam, quæ multò antè * conformata per nosmetipsos erant: dolebamq; pilis & gladijs,

* A conscientia consolationem hauriri vult.

* Bonus vir nō spem sequitur, sed officium vide ep. 5. l. 9.

* Si essent perditæ res, tamē te tua virtus Torquate consolari deberet.

* In caussa Pompeiana.

* Cùm Cæsari Gallias in alterum quinquennium prorogavimus.

* 1. lib. 4.

dijs, non consilijs, neque auctoritatibus nostris, de iure publico disceptari. Neq; ego, ea quæ facta sunt, fore cùm dicebam, divinabam futura: sed quod & fieri posse, & exitiosum fore, si evenisset, videbam, id ne accideret, timebam: præsertim cùm, si mihi alterutrum de eventu atq; exitu rerum promittendum esset, id futurum, quod evenit, exploratiùs possem * promittere. ijs enim rebus * præstabamus, quæ non prodeunt in aciem: usu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. Hæc eò scripsi, quòd mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti, fidelissimo animo (ut mihi quidem visus est) narravit, te interdum * sollicitum solere esse vehementiùs: quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua rep. fis * futurus, qui esse debes; aut perdita, non afflictiore conditione, quàm ceteri. Hoc verò tempus quo exanimati omnes & suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quòd & in ea * urbe es, ubi nata & alta est ratio ac moderatio vitæ: & habes Ser. * Sulpitium, quem semper unicè dilexisti: qui te profectò & benevolentia & sapientia consolatur, cuius si essemus & auctoritatem & * consilium secuti, togati potius potentiam, quàm armati victoriam subijssemus. Sed hæc longiora fortasse fuerunt, quàm necesse fuit: illa, quæ maiora sunt, brevius exponã. Ego habeo cui plus, quam tibi, debeam, neminem: quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit. Qui sim autem hoc tempore * intelligo. sed quia NEMO est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid & effi-

* De Cæsaris victoria.
* Idem aliis verbis ep. 7. lib. 4.
* Ep. 3. li. 4.
* In summa dignitate.
* Athenis epist. 1.
* Achaiæ præfectum epist. 4. lib. 4. & 6. huius lib.
* Consuluit Sulpitius bellum civile fugiendum epi. 4. lib. 4.
* Sine ulla videlicet auctoritate.

cere: omne meum consilium, operam studium certè velim existimes tibi, tuis liberis esse * debitum. Vale.

* Deditum videtur legendum, ut se aliquid navaturum promittat.

ARGVMENTVM.

Primum se excusat, quòd minus sæpe scribat: deinde, de reditu Torquati esse impetratum significat: & consolationis loco subiungit, nihil ei præcipuè timendum.

M. T. CICERO S. D. A. TORQVATO.

PETO à te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere, quàm solebam, sed aut gravitate valetudinis, qua tamen iam paululum videor * levari, aut quòd absim ab urbe, ut qui à te proficiscantur, scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere, tuasq; omneis res non minori mihi curæ, quàm meas esse. Quod maiore in varietate versata est * adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non est, pro malis temporum, quòd molestè feras, necesse est enim, aut armis * urgere remp. sempiternis, aut hu positis, recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt: nec eos, à quibus reciperis, vereri debes, nec eos, * quos adiuvisti, si armis aut conditione positis, aut defatigatione adiectis, aut victoria detractis, civitas respiraverit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit. sin omnino interierint omnia, fueritq; is exitus, quē vir prudentissimus M. * Antonius iam tum timebat: cùm tantum instare malorum suspicabatur: misera est illa quidem consolatio, tali præsertim civi & viro sed tamen * necessaria: NIHIL esse præcipuè cuiquam dolendum in eo, quod accidit uni-

* Translatū verbū quia dixerat, gravitate.

* Ergo de reditu Torquati erat impetratum.

* Continuis bellis vexati.

* Pompeianos.

* Orator ille summus

* Quia nihil est præterea, quod cōsolari possit.

Universis. Quæ vis insit in his paucis verbis (plura enim commutendi epistolæ non erant) si attendes, quod facu, profecto etiam sine meis literis, intelliges, te aliquid habere quod speres: nihil, quod aut* hoc, aut aliquo reip statu timeas: omnia si interierint, cùm superstitem te esse reipub. ne, si liceat, quidem velis, ferendam esse fortunam præsertim quæ* absit à culpa. Sed hæc hactenus. Tu velim scribas ad me quid agas, & ubi futurus sis: ut aut quò scribam, aut quò veniam, siue possim, Vale.

* Qui perditus plane non est.

* Epist. I.

ARGVMENTVM.

Consolari vult: sed, quia nihil aliud ad consolandum suppetit, consolationem ait debere esse optimorum consiliorum conscientiam.

M. T. CICERO S. D. A. TORQVATO. 3.

SVPERIORIBVS literis benevolentia magis adductus, quàm quòd res ita postularet, fui longior. neque enim confirmatione nostra egebat* virtus tua: neque erat ea mea causa atque fortuna, ut, cui ipsi omnia deessent, ego alterum confirmarem. Hoc item tempore brevior esse debeo. sive enim tum nihil opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est: sive tum opus fuit, illud satis est, præsertim cum accesserit nihil novi. nam etsi quotidie aliquid audimus* earum rerum, quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est, & idem exitus: quem ego tam* video animo, quam ea quæ oculis cernimus. Nec verò quidquam video, quod non idem te videre certò sciam. nam etsi, quem exitum acies habitura sit, divinare nemo potest: tamen

* Virtus est in adversis fortiter ferendis.

* Quæ geruntur in Hispania.

* Ep. 12. lib. 5. dixit, cernere animo.

tamen & belli exitum video: &, si id minus, hoc quidem certè, cùm sit necesse * alterutrum vincere, qualis futura sit vel hæc, vel illa victoria. idq; cùm optimè perspexi, tale video, nihil ut mali videatur esse futurum, si id vel antè acciderit, quod vel maximum ad timorem proponitur. ITA ENIM VIVERE, VT NON SIT VIVENDVM, miserrimum est, * mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Sed in ea es * urbe, in qua hæc vel plura, & ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, ETSI LEVIS EST CONSOLATIO EX MISERIIS ALIORVM, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quemvis aut eorum, * qui discesserint, aut eorum, qui remanserint. alteri dimicant: alteri victorem timent. Sed hæc consolatio levis: illa gravior, qua te uti spero: ego certè utor. nec enim dum ero, angar ulla re, cùm omnia vacem culpa: &, si non ero, sensu omnino carebo. sed rursus γλαυκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te hæc. * Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ sunt, & dum vivam, erunt. Vale.

* Vtrlusque victoriam video crudelem epi. 9. & 14 lib. 4. & 1. & sequenti huius lib.

* Quod ad timorē proponitur.

* Athenis ep. 1. & in Bruto in extremo.

* A bello: qui victorē timent.

* Officio ferè solet Cicero epistolas claudere quod exempla declarant.

ARGVMENTVM.

Consolatoria epistola, rationibus undecunq; collectis: sed, si consideras, desperationem potiùs continet.

M. T. CICERO S. D. A. TORQVATO. 4.

NOVI, quod ad te scriberem, nihil erat: & tamen si quid esset, sciebam te à tuis certiorē fieri solere, de futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cùm res

res est eiusmodi, cuius exitus prævideri possit. Nunc tantum videmur intelligere, non *diuturnum bellum fore: etsi id ipsum nonnullis videatur secus. Equidem cùm hæc scribebam, aliquid iam actum putabam: non quòd ego certò scirem, sed quòd non difficilis erat coniectura. nam cùm *OMNIS belli Mars communis, & cùm semper incerti exitus præliorum sunt, tum hoc tempore ita magnæ utrinq; copiæ, ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, ut utercunq; vicerit, non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis, magnq; opinio hominum confirmatur, etiamsi inter causas armorũ aliquantum intersit, tamen inter victorias non multum intersuturum. *alteros propemodum iam sumus experti: de altero nemo est quin cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus. Hoc loco si videor augere dolorẽ tuum, quem consolando leuare debebam, fateor, me communium malorum consolationem nullam invenire, præter illam, quæ tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quaq; ego quotidie magis utor: CONSCIENTIAM *rectæ voluntatis maximã consolationem esse rerum incommodarũ. nec esse ullum magnum malum præter culpam, à qua quando tantum absumus, ut etiam optimè sensérimus, eventuq; magis nostri consilij, quàm consilium reprehendatur: & quoniam præstitimus quod debuimus: moderatè quod euenit feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis, quæ ad cõsolandum maioris ingenij, & ad *ferendum singularis virtutis indigent. Illud cuivis facilè est docere, cur præcipuè tu dolere nihil debeas. eius enim, qui tardior in te levando fuit, quam fore putaramus, non est mihi dubia de

* Inter Cæsarem & reliquias Pompeianarum partium in Hispania pugnantes.

* Omnis fortuna belli.

* Pompeianos. vide ep. 12. lib. 5.

* Semper mihi ad consolandum alia desunt, ad hanc rationem decurrit.

* Cum verbo ferre virtutem coniungit.

bia de tua salute sententia: de alijs autem non arbitror te exspectare quid sentiam. Reliquum est ut te angat, quod absis à tuis tamdiu. res molesta, præsertim ab ijs * pueris, quibus nihil potest esse * festivius. Sed, ut antea ad te scripsi, tempus est huiusmodi, ut suam quisq; conditionem miserrimam putet: & ubi quisq; sit, ibi esse minimè velit. Equidem, nos quòd Romæ sumus, miserrimum esse duco: non solum quòd in omnibus malis acerbius est * videre, quàm audire, sed etiam quòd ad * omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quàm si abessemus. etsi meipsum consolatorem tuum non tantum literæ, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigauit. Quanto * fuerim in dolore, meministi. in quo prima illa consolatio est, vidisse me plus, quàm ceteros, cùm * cupiebam quamvis iniqua conditione pacem. quod etsi casu, non divinatione mea factum est: tamen hac inani prudentiæ laude delector. Deinde, quod * mihi ad consolationem commune tecum est si iam vocer ad exitum vitæ, non ab ea repellar, qua carendum esse doleam, præsertim cùm in sine * ullo sensu futurum sit. Adiuuat etiam ætas, & acta iam vita, quæ cum cursu suo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quò nos iam natura ipsa pœnè perduxerit. Postremo in * vir, vel etiam ij viri hoc bello occiderunt, ut impudentiæ videatur eandem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi omnia propono: nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. SED CVM plus in metuendo mali sit, quàm in illo ipso quod timetur, desino. præsertim cùm id * impendeat, in quo non modo dolor nullus, verùm finis etiam doloris futurus sit.

* Torquati filiis.
* Festiuitas in pueris amabilis. ep. 10. lib 1. ad Att.
* Ep. 9. lib. 2.
* Belli ciuilis initio.
* Conscientia.
* A statu reipub.
* Eripit sensum mortuis. ex Aristotelis sententia in Ethicis.
* Pompeius Magnus.
* Interitus.

Sed

Sed hæc satis multa, vel potius, quam necesse fuit. Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas * Servium discessisse Athenis, molestè tuli, non enim dubito, quin magnæ tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus, & sermo cum familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. Tu velim te, ut debes & soles, tua virtute sustentes. Ego, quæ te velle, quæq; ad te & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiosè diligenterq; curabo. Quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non* assequar. Vale.

*Sulpitium, vide ep. 4. lib. 4. & 6. huius libri.

a Vide similem sententiã aliis verbis expressam, ep. 8. l. 1. in fin.

ARGVMENTVM

Cæcinam, qui pro Pompeio contra Cæsarem pugnauerat, patria carentem, bene sperare iubet: seq; ei nulla in re defuturum pollicetur.

M. CICERO A. CAECINAE S. D.

QVOTIESCVNQVE filium tuum *video (video autem ferè quotidie) polliceor ei studium quidem meum & operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem arg. auctoritatem cum hac exceptione: QVANTVM VALEAM, quantumq; possum. Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè. Res & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi et meliores videntur, multisq; video magnæ esse curæ: quorum de studio, & de sua spe filium ad te perscripsisse certò scio. Hu autem rebus, quas coniectura consequi possumus,* non mihi summo ut plurimi ipse prospiciam, quàm videre

*Ornata locutio ob eiusdem verbi repetitionem. vide ep. 2. lib. 3.

*De futuris dicturi vitemus arrogantiam, Ciceronis exemplo.

videre atq; intelligere mihi persuaserim. Sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites, puto esse meum, quid sentiam, exponere. Ea * natura rerum est, & is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi, aut ceteris fortuna esse diuturna, neq; hærere in tam bona * causa, & in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, propter dignitatem & * virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum alijs communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summamq; doctrinam, * cui mehercule hic, cuius in potestate sumus, multum tribuit. Itaq; ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se violatum putaret. Quod ipsum * lenitur quotidie, significaturq; nobis ab ijs, qui simul cum eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenij apud ipsum plurimũ profuturam. Quapropter primum fac animo forti atq; magno sis. ita enim * natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit. deinde spem quoq; habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi omnia liberiq; tui paratissima esse confidas velim. id enim & vetustas nostri amoris, & mea consuetudo in meos, & tua multa erga me officia postulant. Vale.

* Consolatio à natura rerum.

* causa.

* Vide virtutem pro præstantia quadam in rebus omnibus, & paulo pòst, pro scientia.

* Ingenio Cæcinæ.

* Cæsaris ira, quia cõtra cum scripseris, quotidie lenitur.

* Sume hinc ad augendam copiam. sunt enim optabilia hæc quatuor, natus, educatus, doctus, cognitus.

ARGVMENTVM.

Ad confirmandum Cæcinæ consulis animum divinationem quandam inducit, sumptam ex Cæsaris natura, & ex civilium temporum ratione.

M. T. CICERO A. CAECINAE S. D.

VEREOR ne desideres officium meum, quod tibi præ

pro nostra & meritorũ multorum & studiorum* parium coniunctione decesse non debet: sed tamen vereor ne literarum à me officium requiratur: quas tibi & iampridem & sæpe misissem nisi quotidie melius exspectans, gratulationem, quam confirmationem animi tui complecti literis maluissem. Nunc autem ut spero, breui gratulabimur. Itaq; in aliud tempus id argumentum epistolæ differo His autem literis animum tuum, quem minime imbecillum esse & *audio & spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atq; etiam puto: nec ijs quidem verbis, quibus te consoler ut *afflictum, & tam omni spe salutis orbatum, sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quàm te memini dubitare de mea. nam cùm me ex rep. expulissent ij, qui illam eadere posse,* stante me, non putarant: memini, me ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia in qua tu eras, venerant, audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quædam *Etruscæ disciplinæ quam à patre, nobilissimo atq; optimo viro, acceperas, non fefellit: ne nos quidem nostra divinatio fallet, quam tum sapientissimorum virorum monumentis atq; præceptis plurimoq;, ut scis, doctrina studio, tum magno etiam usu tractandæ reip. magnaq; nostrorum temporum varietate consecuti sumus, cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quòd ea nos nihil in his tam *obscuris rebus, tamq; perturbatis unquam omnino fefellit. dicerem quæ antea futura dixissem, ni vereretur ne ex eventis fingere videar. Sed tamen plurimi sunt testes me & initio, ne coniungeret se cum Cæsare, monuisse Pompeium, & postea ne *seiungeret. Coniun-

Quia simul Pompeium secuti sumus.

*Nota coniuncta verba in rebus optatis.

*Translatũ translato reddidit, quia dixerat imbecillum.

*Videcp 9. li. 1. & 2. li. 7.

*Ab Etruscis enim orta diuinandi ratio.

*Cum de bellorum ciuilium & origine, & eventu prædixi.

*Idem in Phil. lib. 2.

ctione frangi senatus opes, disiunctione ciuile bellum excitari videbam. Atqui ut ebar familiarissimè Cæsarem Pompeium faciebam plurimi: sed erat meum consilium cùm fidele Pompeio, tum salutare utriq;. Quæ præterea præuiderim, prætereo. nolo enim * hunc de me optimè meritum existimare, ea mea suasisse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga, & princeps: sed tantas * opes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hispaniam censui. quod si * feciſſet, ciuile bellum nullum omninò fuisset. Rationem haberi * absentis non tam pugnaui ut liceret, quam ut, quando ipse * consule pugnante populus iusserat, haberetur. Caussa belli orta est. Quid ego prætermisi aut monitorum, aut querelarum, cum vel * iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem? Victa est auctoritas mea non tam à Pompeio (nam is mouebatur) quàm ab ijs, qui duce Pompeio freti, per oportunam & * rebus domesticis, & cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quiescente me: depulsum ex Italia, manente me * quoad potui. sed valuit apud me plus pudor meus, quam timor. Veritus sum deesse Pompeij saluti, cùm ille aliquando * non defuisset meæ. Itaq; vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Quo in bello nihil aduersi accidit non prædicente me. Quare, quando (ut augures & astrologi solent) ego quoq; augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurij et diuinationis meæ: debet habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis involatu, nec è cantu sinistro oscinis,

* Cæsarem, qui ei reditum in patriam concesserat.
* Refertur non ad diuitias, sed ad potentiam.
* Pompeius.
* Cæsaris.
* Pompeio III. Consule, ep. 3. li. 8. Att. & 1. li. 7. ibid. & Cæs. lib. 1. bell. ciu.
* Vide ep. 3. lib. 7.
* Propter res alienum. ep. 3. lib. 7.
* Quoad sermones bonorum me reprehendentium sustinere potui.
* Tollitur in quibusdam libri negatiua: ut Pompeius desertor Ciceronis accusetur.

nis, ut in* nostra disciplina est, nec ex tripudijs solistimis aut sonnijs tibi auguror: sed habeo alia signa, quæ observem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via: quarum alteram duco è Cæsare ipso, alteram è temporum civilium natura atq; ratione. In* Cæsare hæc sunt: mitis clemensq; natura, qualis exprimitur præclarè illo libro querelarum tuarum. Accedit quòd* mirificè ingenijs excellentibus, quale est tuum, delectatur. Præterea cedit multorum iniurijs, & officio incensis non inanibus aut ambitiosis voluntatibus. In quo vehementer eum consentiens* Etruria mouebit. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt? quia non putat se sustinere causam posse multorum, si tibi, cui iustius videtur irasci posse, concesserit. Quæ est igitur, inquies, spes ab irato? Ex eodem fonte se* hausturum intellexit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. Postremò homo est valdè acutus, & multùm prouidens, intelligit te hominem in parte Italiæ minimè contemnenda facile omnium nobilissimum, & in communi rep. cuius summorum tuæ ætatis vel ingenio, vel gratia, vel fama populi Romani non posse prohiberi à rep. diutius. Nolet; hoc* temporis potius esse aliquando beneficium quàm iam suum. Dixit de Cæsare, nunc dicam de temporum rerumq; natura. Nemo est tam inimicus ei causæ quàm Pompeius animatus melius, quã paratus susceperat, qui nos malos ciues dicere, aut homines improbos audeat. In quo admirari soleo grauitatẽ & iustitiam et sapientiã Cæsaris, nunquãnisi honorificentissimè Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperius. Armorum ista & victoriæ

* Augurali. De inauolatu autem, cantu, somniis vide li. 1 de Diuin. princip. & de nat. Deor. lib. 2.
* Ep. 8. li. 4.
* Cæsaris natura.
Quæ supplex pro te rogabit.
* Tacitè Cæcinam hortatur, ut Cæsarẽ edito libro laudet. cui alio libro maledixerat, ut apparet ex eppræcedenti & ex Sueto.
* Simile ep. 4.

sunt facta, non Cæsaris. At nos quemadmodum est complexus? * Cassium sibi legauit: Brutum Galliæ præfecit, Sulpitum Græciæ: Marcellum, cui maximè succenſebat, cum summa illius dignitate restituit. Quò igitur hæc spectant? Rerum hoc natura, & ciuilium temporum non patietur: nec manens, nec mutata ratio feret, primùm ut non in causa pari, eadem sit & conditio & fortuna omnium, deinde ut in eam ciuitatem viri & boni cives nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum * condemnati reuerterunt. Habes augurium meum. quo, siquid addubitarem non potiùs uterer, quàm illa consolatione, qua facilè fortem virum sustentarem, te, si explorata victoria arma sumsisses pro republ. (ita enim tum putabas) non nimis esse laudandum. sin propter incertos exitus, euentusq; bellorum posse accidere, ut vinceremur, putasses: non debere se ad secundam * fortunam benè paratum fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui * facti, quantæ delectationi in rebus aduersis literæ esse deberent. commemorarem non solùm veterum. sed & horum etiam recentium vel * ducum, vel comitum tuorum grauissimos casus. Etiam externos multos claros viros nominarem. LEVAT enim dolorem communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaq; in confusione * rerum omnium viueremus. necesse est enim, minore desiderio perdita rep. carere, quàm bona. sed hoc genere nihil opus est. * incolumem te citò, ut spero, vel potiùs ut perspicio, videbimus, interea tibi absenti, & huic qui adest,

* Marcum Brutum, vide in Oratore, & ep. 20. li. 12. ad Att. de Cassio ep. 15. li. 15. de Sulpitio ep. 4. lib. 4.

*Alludit ad eos quos lege Pompeiana damnatos, Cæsar restituerat. Suetonius.

* A fortitudinis laude.

* A conscientia rectè factorum.

* Dux Pompeius, comites, Domitius, Lentulus, alij qui perierant.

* A statu reip. misero.

* A spe non dubia.

adest, imagini animi & corporis tui, * constantissimo atq; optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meum iampridem & pollicitus sum, & detuli: nunc hoc amplius, quòd me amicissimè quotidiè magis Cæsar amplectitur, familiares quidem eius, sicuti nec minem. apud quem, quicquid * valebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi. Tu cura, ut cùm firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes. Vale.

* Qui adversam fortunam fortiter ferat.

* Iteratio verbi epist. 11. & 13. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Primùm agit de libro, quem in Cæsarem scripserat; deinde studiosè rogat, ut veniam sibi à Cæsare, potestatemq; impetret redeundi.

A. CAECINA M. CICERONI S. 7

QVOD tibi nõ tàm celeriter liber * est redditus, ignosce timori nostro, & miserere temporis. Filius, ut audio, pertimuit (neq; iniuria) si liber exisset, quando non tam interest, quo animo scribatur, quam, quo accipiatur, ne ea res mihi nocere: cùm præsertim adhuc stylo pœnas dem. Qua quidem in re singulari sum fato, nam cùm mendum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur, meus error exsilio corrigitur: cuius summa crimina est, quòd armatus adversario maledixi. Nemo nostrûm est, ut opinor, quin victoriæ suæ fecerit: nemo quin, etiam cùm de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimùm Cæsar superaretur, optarit. Hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est: si sit, & persuasus est, quid iracundiæ sit ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa deos venera-

* Nõ est hic liber Cæcinæ contra Cæsarem scriptus, sed potiùs cum Cæsaris laude, quod fortasse Cæcina fecit à Cice. admonitus epist. præcedenti. & illo autem maledico lib. significat, cum infert, Cum adhuc stylo pœnas dem.

* Sic, multa peccat, alibi Cicer. dixit.

nerati sint contra eius salutem? Sed ut eodem revertar, caussa hæc fuit timoris. Scripsi de te parcè medius fidius, & timidè, non revocans me ipse, sed pænè reo fugiens. Genus autem hoc scripturæ non modò liberum, sed incitatum atq; elatum esse debere, quis ignorat? solutum existimatur esse, alteri maledicere; tamen ca-

* Si perfectè non laudes. vendum est, ne in petulantiam incidas. impeditum, se- ipsum laudare, ne vitium arrogantiæ* subsequatur. so- lum verò liberum, alterum laudare. de quo, quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut invidiæ assi- gnetur. Ac nescio an tibi gratiùs, opportuniusq; acci- derit. nam, quod præclarè facere non poteramus, pri- mum erat non attingere: secundum, quàm parcissimè

* In ea lib. parte. qua Ciceronem laudabat. facere. sed tamen ego me quidem* sustinui: multa mi- nui, multa sustuli, complura ne posui quidem. Quem- admodum igitur scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ pe- riculum struas, non ascensum pares: sic tot malis tum victum, tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? Cùm verò ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed illius iudicij. totum enim Cæsarem

* Meum. non novi. Quem* putas animum esse, ubi secum loqui- tur? hoc probabit: hoc verbum suspiciosum est. quid si mutuo? at vereor ne peius sit. Age verò, laudo ali- quem. num offendo? cùm porrò non offendam: quid si non vult? Armati stilum persequitur. vidi & non- dum restituti quid facient? Auges etiam tu mihi timo- rem, qui in* Oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad

* In extremo lib. qui, Ora- tor, inscriptus est. excusationem socium quaris. Vbi hoc tu omnium patro- num fecisti, quid me veterem tuum, nunc omnium clien-

tem

rem sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris, & cæteræ suspitionis tormento, cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quàm difficile sit * evadere, si minus expertus es, quòd te ad omnia summum atq; excellens ingenium exmanavit, nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes, te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. De* Asiatico itinere, quanquam summa me necessitas premebat, ut imperasti, feci. Te pro me quid horter? vides tempus venisse, quo necesse sit de nobis constitui. Nihil est, mi Cicero, quòd filium meum exspectes. adolescens est, omnia excogitare vel* studio, vel ætate, vel metu non potest. Totum negotium tu sustineas oportet, in te mihi omnis spes est. tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæsar,* tenes. A te omnia proficiscantur, & per te ad exitum perducantur, necesse est. Apud ipsum multùm: apud eius omneis, plurimum potes, unum si tibi persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus sueris, ut facias (quanquam id magnum & amplum est) sed totum tuum esse onus, perspicies: nisi fortè aut in* miseria nimis stultè, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed utriq; rei excusationem tua vitæ consuetudo dat. nam quòd ita consuevisti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares. Quòd ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto à te ne exeat aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

* Quòd cogitat is, qui scribit.

* Epist. sequenti.

* Studium hic est animi quædam vehemens affectio.

In hac epistola parte tria dicit: & intelligis Cicero, & potes & soles.

* Miseris enim tam audaciter petere vix licet.

ARGVMENTVM.

Datum sibi à Balbo, & Oppio scribit, ut Cæcinæ liceret esse in Sicilia: ibiq; ut commoreretur, suadet

M. CICERO A. CAECINAE
S. D. 2

CVM esset mecum Largus, homo tui studiosus, locutus, Kal Ian. tibi *praesinitas esse: quòd omnibus in rebus perspexeram quae Balbus & Oppius absente Caesare egissent, ea solere illi rata esse: egi vehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quo ad vellemus, uti esse liceret, qui mihi consuessent aut libenter polliceri, si quid esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare, & afferre rationem, cur negarent: huic meae actioni seu rogationi potiùs non continuò respondérunt: eodem die tamen ad me reverterunt: mihiq; hoc dederunt, ut esses in Sicilia, quoad velles; se praestituros, nihil ex eo te offensionis habituros. Quando, quid tibi permittatur, cognosti, quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis hu rebus literae à te mihi sunt redditae; quibus à me consilium petis, quid sim tibi *auctor, in Sicilianè subsidas, an ut ad reliquias Asiaticae negotiationis proficiscare. Haec tua deliberatio non mihi convenire visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum quasi tibi non liceret in Sicilia diutiùs commorari, ita locutus erat. tu autem, quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego sive hoc, sive illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuvat crebris literis & nuncijs: vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, quod spero, aut aliqua ratione confecta. Quamobrem censeo magnoperè commorandum. T. *Furfanio Postumio familiari meo, legato eius, item meis familiaribus diligentissimè te commendabo, cùm venerint, erant enim omnes Mutinae. Viri sunt optimi,

& 2

*Ne ultra Kal. Ian. tibi esse in Sicilia liceret. epist. 12.

*Quid tuadeam tibi. parum Romanè loquuntur qui dicunt, auctor libri, pro, scriptor.

*Siciliae praefecto.

& tui similium studiosi, & mei necessarij. Quæ mihi *venient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam. si quid ignorabo, de eo admonitus, omnium studia vincam. Ego, etsi coram de te cum Furfanio ita loquar, ut tibi literis meis ad eum nihil opus sit: tamen quoniam tuis placuit, te habere meas literas, quas ei redderes, morem eis gessi, earum literarum exemplum infrà scriptum est. Vale.

*Vide eandem sententiā ad Crassum ep. 2. lib. 5.

ARGVMENTVM.

Brevis est epistola, sed perfectæ commendationis exemplum.

M. T. CICERO T. FVRFANIO PROCOS. S. D.

CVM A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoq; semper fuit, ut nulla maior esse posset, nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimum usi sumus: & hunc* à puero: quòd & spem mihi *magnam afferebat summæ probitatis, summæq; eloquentiæ, & vivebat mecum coniunctißimè non solùm officijs amicitiæ, sed etiam*studijs communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine *coniunctius viverem. Nihil attinet me plura scribere, quàm mihi necesse sit eius salutem & fortunas, quibuscunq; rebus poßim, tueri vides. Reliquum est, ut, cùm *cognôrim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reip. calamitatibus senties, nihil à te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commodatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi ratius facere nihil potes. Vale.

* A vetustate amicitiæ.
* A caussis amicitiæ.
* A studiis.
* A mutuà benevolentia.
* A commendationis caussa.

M 5 AR-GV

ARGVMENTVM.

Pollicetur quicquid poteſt ad eius incolumitatem, neq; ullam ſpem fortunæ melioris oſtendit.

M. CICERO TREBATIO S. D. 10

EGO quanti te faciam, ſemperq; fecerim quanti me à te fieri intellexerim, ſunt mihi ipſe teſtes. nam & conſilium tuum, vel caſus potiùs diutiùs in armis civilibus commorandi, ſemper mihi magno* dolori fuit: & hic eventus, quòd tardiùs, quàm eſt æquum, & quam ego vellem, recuperes fortunam & dignitatem tuam, mihi non minori* curæ eſt, quàm tibi ſemper fuerint caſus mei. Itaq; & Poſtumuleno, & Sextio, & ſæpiſſimè Attico noſtro, proximèq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci: & his ſingulis ſæpè dixi, quacunq; re poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatisfacere cupere: idq; tu ad tuos velim ſcribas, hæc quidem certè quæ in poteſtate mea ſunt, ut* operam, conſilium, rem, fidem meam ſibi ad omneis res paratam putent. Si auctoritate & gratia tantum poſſem, quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum, poſſe deberem: tu quoq; is eſſes, qui fuiſti, cùm omni gradu ampliſſimo dignißimus, tùm certè ordinis tui facilè princeps. Sed, quando eodem tempore, *eademq; de cauſa noſtrûm uterq; cecidit: tibi & illa polliceor, quæ ſuprà ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea & ea, quæ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere tanquam ex reliquijs priſtinæ dignitatis. nèque enim ipſe Cæſar, ut multis rebus intelligere potui, eſt alienus à nobis; & omnes ferè familariſſimi eius* caſu devincti magis meis veteribus officijs, me diligenter obſervant & colunt. Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis

id eſt,

* Refertur ad illud quanti te fecerim.

* Ad illud refer, quanti te faciam. Quod autē ſequitur, Caſus mei, ſpectat illud, Quanti me à te fieri intellexerim.

* Epiſt. 14.

*Quia Pompeium ſecuti ſumus.

*Non enim hoc ſpectabam, ut eorum opera aliquando poſſem indigere.

id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem, agam per me ipse, & moliar. Singulis per se qui non est necesse; universum studium meum & benevolentiam ad te defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire: quod tuis literis fieri potest, ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebatio. Hoc eò pertinet, ut nihil existimet esse tam difficile, quod non pro te mihi susceptum, jucundum sit futurum. Vale.

Vide similem sententiam in epist. ad Vatinium, quæ est 11. lib. 5.

ARGVMENTVM.

Excusatio, cur non scripserit: consolatio: promissio, meliorum rerum & officij.

M. CICERO TREBATIO. S. D. II

ANTEA misissem ad te literas, si genus scribendi invenirem.* tali enim tempore aut consolari* amicorum est, aut polliceri. Consolatione non utebar, quòd ex multis audiebam, quàm fortiter, sapienterq; ferres iniuriam temporum, quamq; te vehementer consolaretur conscientia factorum, & consiliorum tuorum, quod quidem si facis, magnum *fructum studiorum optimorum capis, in quibus te scio semper esse versatum: idq; ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul & illam tibi homini peritissimo* rerum, & exemplorum, & omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse, quàm vellem, at in rebus atq; usu plus etiam, quàm vellem, versatus, spondeo tibi acerbitatem istam & iniuriam non diuturnam fore. Nam & ipse, quiplurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum* naturam videtur; & ipsa

* In adversa fortuna.
* Epist. 13.

* Fructus studiorū in calamitate maximè capitur.

*Tractandis rebus, notitiis explis, cognoscenda antiquitate etudimur.

*Quæ est ut homo homine incaluit, & diligat.

& ipsa causa est, ut iam simul cum rep. quæ in perpetuum iacere non potest, necessariò reviviscat atq; recreetur: quotidieq; fit aliquid lenius & liberalius, quàm timebamus. Quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe parvis posita sunt: omnia momenta observabimus, nec quicquam prætermittemus tui iuvandi & levandi locum. Itaq; illud alterum, quod dixi, litterarum genus quotidie mihi, ut spero, fiet* proclivius, ut etiam pollicerì possim, id re, quàm verbis, faciam libentius. Tu velim existimes, & plures te amicos habere, quam qui in isto casu sint aut fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim: & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnum, quod est in uno te. Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur & consilijs nostris* providebuntur. Vale.

* Paullò facilius, ut est descensio per clivos.

* Occurremus quantum licet humano cõsilio, nam omninò vitare non licet.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de reditu in patriam impetrato: hortatur, ut præterita ex animo deleat, dignitatisq; recuperationem rei familiaris iacturæ anteponat.

M. T. CICERO TREBIANO S. D.

DOLABELLAM* antea tantummodò diligebam; obligatus ei nihil eram, nec ei acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat, quod non defueram eius *periculo. Nunc tanto sum devinctus eius beneficio, quòd & anteà in re, & hoc tempore, in salute tua cumulatissimè mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quàm *gratias agere malim, alterum omninò non desidero: alterum verè facere poteris.

* Generum Ciceronis. ep. 16. li. 2. & 13. lib. 8.

* De quibus ep. 10. li. 1.

* Quod per generum meum de tua salute a Cæsare impetraverim.

Quod

*Quod reliquum est, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ sapientiæ, magnitudinique animi, quod amiseris, obliuiscì: quod recuperaris, cogitare. Vives cum tuis: vives nobiscum. Plus acquisiuisti dignitatis, quàm amisisti rei familiaris: quæ ipsa tamen esset iucundior, si ulla res esset publica. *Nestorius noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hæc prædicatio tua mihi valdè grata est: eaque te uti facilè patior cùm apud alios, tum mehercule apud Syronem nostrum amicum. Quæ enim facimus, ea *prudentissimo cuique maximè probata esse volumus. Te cupio videre quamprimùm. Vale.*

* Puteolanus, de quo in ep. ad Att. sæpe.

* Vide eandem sententiam ep. 13. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de reditu impetrato & ad consolationem adscribit quædam perditis rebus aptiora.

M. CICERO AMPIO BALBO S. P. D. 15.

*GRATVLOR*tibi, mi Balbe, vereque gratulor. nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudij frui velim. deinde frangi repentè, atque ita cadere, ut nulla res te ad æquitem animi postea possit extollere. Egò tuam caussam apertiùs, quàm mea tempora ferebant. vincebatur enim fortuna ipsa, debilitatæque gratiæ nostræ, tui *caritate, & meo perpetuo erga te amore, multò à te diligentissimè. Omnia promissa, confirmata, certa, & rata sunt, quæ ad reditum & salutem tuam pertinent. Vidi, cognoui interfui. etenim omneis Cæsaris miliareis satis oportunè habeo implicatos consuetudine & benevolentia, sic, ut, cùm ab illo *discesserint, me proximum habeant. Hoc Pansa, Hirtius, Balbus, Oppi-*

* De Ampio ep. 1. li. 1 & ep. 29. l. 10.

* Caritas in te mea faciebat ut apertius agerem, quam per nostram miseram fortunam liceret.

* Similiter locutus 16.

Oppius, Matius, Postumius, planè ita faciunt, ut mè
* Ep. 11. l. 4. unicè * diligant. quòd si mihi pro me efficiendum fuisset, non me pœniteret pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est à me inseruitum temporis causa. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non desiti. Principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum, mei cupidum: qui valet apud illum non minus auctoritate, quàm gratia. * Cimber autē Tullius mihi planè satisfecit. Valent tamen apud Cæsarem non tam ambitosæ rogationes, quàm necessariæ: quas quia Cimber habebat, plus valuit, quàm pro ullo alio valere potuisset. Diploma statim non est datum quòd mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius, veniam tibi deri: quem illi appellant tubam belli civilis. multaq; ita dicunt, quasi non gaudeam id bellum accidisse. Quare visum est occultiùs agendum, neq; ullo modo divulgandum de te iam esse perfectum: sed id erit perbreui: nec dubito, quin legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi gravis homo & certus, non solùm confirmauit, verùm etiam recepit; perceleriter se ablaturum diploma. Mihi tamen placuit, hoc ad te perscribi, minus enim te firmum sermo Epuliæ tuæ, lacrymæq; * Ampiæ declarabant, quàm significant literæ tuæ. Atq; illæ arbitrabantur, cùm à te abessent ipsæ, multò in graviore te cura futurum. Quare magnopere putaui, angoris & doloris tui levandi caussa, pro certis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis, me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem virum atq; sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eius,

quam

* Vnus ex iis, qui mox in Cæsarem coniurarūt. Suetonius: Cùm antea Cæsaris partium defensor fuisset acerrimus. Seneca li. 3. de ira.

* Fœminis familiarum nouissima imponebātur: ideo Ampia dicitur Ampij Balbi filia.

quam ab ipsa rep. cùm hic * ardor exstinctus esset, sperari oportere censerem. Recordare tuas literas, quibus & magnum animum mihi semper ostendisti, & ad omneis casus ferendos constantem ac paratum. Quod ego non mirabar, cùm recordarer, te & à primis temporibus ætatis in repub. esse versatum, & tuos * magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; communium: & in hoc ipsum bellum esse ingressum non solùm ut victor, beatus, sed etiam, si ita accidisset, victus ut sapiens esses. * Deinde cùm studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non similis * præbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora, quæ iam effugisti. Nunc verò tantùm te para * ad hæc nobiscum ferenda quibus ego si quam medicinam invenirem, tibi quoq; eandem traderem. Sed est unum perfugium, doctrina & literæ, quibus semper usi sumus: * quæ secundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam salutem. Sed ut ad initium revertar, cave dubites, quin omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

* Strepitu bellorum sedato.

* In calamitatem civilium contentionum.

* Eodem argumento usus est epist. 11. lib. 4. Ep. 18. l. 2.

* Ad communem seruitutem.

* Vide eandem sententiam ep 3. lib. 4. & 2. lib. 9.

ARGVMENTVM.

Scribit, se benè sperare de Ligarij salute: ad eamq; impetrandam omnia sua pollicetur. interim hortatur, ut adversam fortunam moderatè ferat.

CICERO * LIGARIO.

* Hic est, pro quo extat Ciceronis oratio. * Aut consolari, aut polliceri amicorū est, ep. 10.

ETSI tali tuo tempore me aut cōsolandi aut iuvandi tui caussa scribere ad te aliquid pro nostra * amicitia oportebat, tamē adhuc id non feci, quia ne q̄ lenire videbar

bar oratione, neq; * leuare posse dolorem tuum. Posteà verò quàm magnam spem habere cœpi fore ut te breui tempore incolumem haberemus facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatem declararem meam. Primùm igitur scribam quòd intelligo & perspicio, non fore in te Cæsarem * duriorem, nam & res eum quotidiè & dies, & opinio hominum &, ut mihi videtur, etiam sua natura * mitiorem facit: idq; cùm de reliquis sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius, quibus ego ex eo tempore quò primùm ex Africa * nuntius vénit, supplicare unà cum fratribus tuis non destiti, quorum quidem & virtus, & pietas, & amor in te singularis, & assidua & perpetua salutis tuæ cura tantùm proficit, ut nihil sit quod non * ipsum Cæsarem tributurũ existimem. Sed si tardiùs fit, quàm volumus: magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: & simul Africanæ causæ * irator, diutius velle videtur eos habere sollicitos, à quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictatum, sed hoc ipsum intelligimus eum quotidiè remissiùs & placatiùs ferre. Quare mihi crede, & memoriæ manda, me tibi id affirmasse, te in istis molestijs diutiùs non futurum. Quando * quid sentirem, exposui: quid velim tua causa, re potiùs declarabo, quàm oratione. Et verò si tantum possem, quantum in ea rep. de qua ita meritus sum, ut tu existimas, posse debebam: ne tu quidem in istis incommodis esses. Eadem enim causa * opes meas fregit, quæ tuam salutem in discrimen adduxit. Sed tamen quicquid imago veteris meæ dignitatis, quicquid reliquæ gratiæ valebunt: * studium, consilium, opera, gratia, fides mea nullo

* Minuere, partem aliquam detrahere.

* Antitheta, mitis, & durus.

* De Pompeianis, in Africa victis.

* Sine cuius quam intercessione.

* Quia bellum renouassent.

* Ep. 10. l. 5. quod mihi placeret, ostendit.

* Dignitatem & gratiam

* Ep. 2. li. 1. & 14. lib. 4.

nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: primùm ob eas caussas, quas scripsi: deinde, quòd ea de rep. semper voluisti: atq; sensisti, ut non modò * nunc secunda sperare debeas, sed etiam si omnia adversa essent, tamen conscientia & factorum & consiliorum tuorum, quæcunq; acciderent, fortissimo & maximo animo ferre deberes. Vale.

* Cùm intelligas de tua salute optimè sperandum.

ARGVMENTVM.

Exorditur ab officij sui commemoratione deinde, quid de reditu Ligarij opinetur, subiungit.

CICERO LIGARIO. 15.

ME SCITO, omnem meum labórem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere, nam cùm te semper maximè dilexi, tum fratrum tuorum, quos æquè atq; te summa benevolentia sum complexus, singularis * pietas amorq; fraternus nullum me patitur officij erga te, studijq; munus aut tempus prætermittere. Sed quæ faciam fecerimq; pro te ex * illorũ te literis, quam ex meis malo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam, & exploratum habeam de salute tua, ibi ubi a me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis periculosis q; rebus, semperq; magis adversos rerum exitus metuens, quàm sperans secundos, is ego sum &, si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen cùm ad 11. kal. intercalares priores rogatu fratrum tuorũ venissem manè ad Cæsarem atq; omnem adeund. & conveniendi illius * indignitatem & molestiam pertulissem cùm fratres & propinqui tui iacérent ad pedes, & ego essem

* Epist. 2. lib. 1. & 14. l. 4. epist. præcedenti.

* Quam in tua salute declarant. * Cum tamen iam ipse scripserit.

* Qualis illa ad At. lib. 14. ep. 1.

locutus, quæ causſa, quæ tuum tempus poſtulabat: non ſolùm ex oratione Cæſaris, quæ ſanè mullis & liberalis fuit, ſed etiam ex* oculis, & vultu, & multis præterea ſignis, quæ facilius perſpicere potui, quàm ſcribere, hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. Quamobrem fac animo magno, fortiq; ſis; & ſi *turbidiſſima ſapienter ferebas,* tranquillora lætè feras. Ego tamen tuis rebus ſic adero, ut difficilimus: neq; Cæſari ſolùm, ſed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amiciſſimos eſſe cognovi, prò te, ſicut adhuc feci, libentiſſimè ſupplicabo. Vale.

*Poteſt eſſe ficta oratio: ſed oculi ſunt indices animi.

*Antitheta, turbida tranquilla.

ARGVMENTVM.

Continet hæc epiſtola, omnium breviſſima, gratulationem, benevolentiam, officium.

CICERO BASILIO S. D. 16

TIBI* gratulor: mihi gaudeo, te amo: tua tueor. A te amari, & quid agas, quidq; iſtic agatur, certior fieri volo. Vale.

*Gratulor, & gaudeo, In quo differant hic locus apertè oſtendit.

ARGVMENTVM.

Inſinuat ſe ad petitionem, mutui amoris commemoratione: petit autem, ut ſe abſentem tueatur, ſiquidem gratum fore, non dubitet.

* BITHYNICVS CICERONI S. D. 17.

SI MIHI tecum non & multæ, & iuſtæ cauſſæ amicitiæ privatim eſſent, repeterem initia amicitiæ ex parentibus noſtris: quod faciendum ijs exiſtimo, qui paternam amicitiam nullis ipſi offitijs proſecuti ſunt. Itaq; contentus ero noſtra ipſorum amicitia: cuius fiduciæ

*Pompeiæ gentis cognomen.

*tucia peto à te, ut absentem me, quibuscunq; in rebus opus fuerit, tueare. si nullum officium tuum apud me *intermorituru exisimas. Vale.*

ARGVMENTVM.

Miram declarat desiderium cum * Bithynico vivendi, & adijcit, se esse illi amore coniunctissimum.

*Intermorti dicuntur, qui deliquium animi passi sunt.

CICERO BITHYNICO S. D. 18.

*CVM ceterarum rerum caussa cupio esse aliquando remp. constitutam; tum velim mihi credas, accidere id etiam quo magis expetam promissum tuum, quo in literis uteris. scribis enim, si ita sit, te mecum esse victurum. Gratissima mihi tua voluntas est: facis nihil alienum necessitudine nostra, iudicijsq; patrij tui de me, summi viri. nam sic * habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus * valuerunt, aut valeant, coniunctiores tecum esse, quàm me: necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est & memoria tua nostra coniunctionis, & eius etiam augenda voluntas. Vale.*

* Q. Pōpeio Bithynico, de quo in 1. de claris Orat. Causam huius cognominis fuisse Bithyniam devictam indicat Festus in dictione, Rutrum.

* Quæ accepisti à Cæsarianis.

ARGVMENTVM.

Respondet Leptæ, qui præconium fecissent, licere iis esse in decurionibus: scribit de bello Hispaniensi, de Leptæ negotio, de oratione suo, de mansione urbana.

* Videtur Bithynicus in Cæsaris partibus fuisse.

M. T. C. LEPTAE S. D. 19.

SIMUL ut accepi à Seleuco tuo literas statim quæsiui è Balbo per cedillos, quid esset in lege, respripsit, eos, qui facerent præconium, vetari esse indecurionibus: qui fecissent, non vetari. Quare bono animo sint & tui,

& mei familiares. neq; enim erat ferendum, cùm, qui hodie* haruspicinam facerent, in senatum Romæ legerentur: eos qui aliquando præconium fecissent, in municipijs decuriones esse non licere. De Hispanijs noui nihil. magnum tamen exercitum* Pompeium habere constat. Nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Pacis literarum, in quo erat, illi XI. esse legiones. scripserat etiam Messalla Q. Salasso. P. Curtium fratrem eius, iussu Pompeij, inspectante exercitu interfectum, quòd consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariæ caussa venisset, eum comprehendere, ad Cæsaremq; deducere. De negotio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio: si Balbus vnsponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, siquid expediri possit: quòd videbatur mihi ille confidere. * Oratorem meum tantopere à te probari, vehementer gaudeo. mihi quidem sic persuadeo, me, quicquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librum contulisse. qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoq; aliquid sum: sin aliter, non recuso, quam quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatut. Leptam* nostrum cupio delectari iam talibus scriptis, etsi abest maturitas ætatis, iam tamen personare aureis eius huiusmodi vocibus non est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ* partus. sed cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit: teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam *pensionem, & mehercule non tam sum peregrinator iam, quam solebam, ædificia mea me delectabant, & otium: domus est, quæ nulli villarum mearum cedat: otium

* Propter Spurinam haruspicem, à Cæsare senatorio ordine donatum.

* Cn. Pompeij Magni filium.

* Librum de perfecto oratore. Epist. lib. 15.

* Filium tuum.

* Ex quo eã periisse, Plutarchus ait.

* Pro dote reddenda post demissam Tulliã.

ptium omni desertissima regione maius. Itaq; ne literæ quidem meæ impediuntur: in quibus sine ulla interpellatione versor. Quare, ut arbitror, priùs hic te nos, quàm istic tu nos videbis. Lepta suavissimus edisat Hesiodum: & * habeat in ore: τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι.

* More suo non omnes versus: recitat idem de virtute Simonides apud Clementem Alexandrinum lib. 2. Stromatum.

ARGVMENTVM.

Cùm Cæsar ludos regionatim daturus esset, curationem eorum Lepta cupiebat, Cicero dissuadet. meminit Suetonius de his ludis in Iulii vita.

CICERO LEPTAE.

MACVLAM* officio functum esse gaudeo. eius Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio, si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. cæterùm is mihi locus non displicet: nec ea re Petrinum tuum deseram. nam & villa, & amœnitas illa commorationis est, non diversorij. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum. nam Balbum, posteaquàm tu es profectus, non vidi. tantis * pedum doloribus afficitur, ut se conveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videris, sapientiùs faceres, si non curares. quod enim eo * labore assequi vis, nullo modo assequêre. tanta est enim intimorum multitudo, ut ex his potiùs aliquis effluat, quã novo sit auditus, præsertim qui nihil afferat præter operam, in qua ille se dedisse beneficium putabit (si modò ipsum scies) non* accepisse. sed tamen aliquid videbimus, in quo sit spes: aliter quidem non modò non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturæ diutiùs arbitror commoraturum, quoad ille quandoq; * veniat. Vale.

* Puto esse Pompeium Maculam, de quo Macrobius lib. 2. Sat.

* Podagra.

* Id autẽ eo labore assecuturum se sperabat Lepta, ut unus fieret ex intimis Cæsaris amicis.

* De off. l. 2.

* Veniebat Cæsar ex Hispania victos.

ARGVMENTVM.

Monet Torianum, ut in Sicilia commoretur, quo ad scire possit, quid sibi agendum sit. clausula consolationis nescio quid continet.

CICERO TORANIO S. 21

DEDERAM triduo ante pueris Cn. Planciÿ litteras ad te. eo nunc ero brevior: teq; ut antea consulebam hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius quàm ibidem operiri quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter navigationis longæ & hiemalis, & minimè portuosæ periculum, quod vitaveris: * ne illud quidem negligendum, quamvis subitò, cùm certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci. Nihil est præterea cur advenientibus te offerre gestias. Multa præterea mutuo quæ cum Chilone nostro communicavi. Quid multa? loco oportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te, quocunque opus erit facilimè & expeditissimè conferas. Quòd si recipiet ille se, ad tempus aderis; sin (quoniam multa accidere possunt) aliqua res eum vel impediet, vel morabitur, tu ibi eris, * ubi omnia scire possis. hoc mihi prorsus valdè placet. De reliquo ut te sæpè per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in * hac caussa nihil habere, quod timendum sit præter communem casum civitatis: qui etsi est gravissimus, tamen ita vivimus, & id ætatis iam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaq; pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura ut valeas, & te istinc ne temerè commove.

* Id est, & præter illud ut duo negativæ affirment.

* Quia propinquo loco eris.

* In hac tota re quæ ad te pertinet.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ad consolandum Toranium præterita colligit, & quid ipse fecerit, quasi exemplum ad imitandum proponit.

CICERO TORANIO S. D.

ET SI cùm hæc ad te scriberem, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum & confectum videbatur: tamen quotidiè * commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi: solosq; nos vidisse quantum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima, quæ aut interitum allatura esset, si victus esses: aut si vicisses, servitutem. Itaq; ego, quem tu sortes illi viri & sapientes, Domitij & Lentuli, * timidum esse dicebant, (veram plane: timebam enim, ne evenirent ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem eventum paratus sum. Cùm aliquid videbatur caveri posse, tum id negligi dolebam nunc verò eversis omnibus rebus, cùm consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quicquid evenerit ferre moderatè: PRÆSERTIM cùm omnium rerum mors sit extremum: & mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati reipub. consuluisse: & hac amissa, * salutem retinere voluisse. Hæc scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & voluntate, eadem cogitares. MAGNA enim consolatio est, cùm recordere, etiam si secus acciderit, te tamen * rectè, verèque sensisse. Atq; utinam liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui, interq; nos conferre sollicitudines nostras quas pertulimus tum, cùm timidi putabamur, quia

* Memoriæ repetebam.

* Ob contumacem arrogantiam Pompeianorum.

* Cum vel iniquissimâ pacem iustissimo bello anteferrem. ep 13. li. 5. intelligit autem L. Domitium Ahenobarbum. L. Lentulum Crusscellum, consulem anno primo civilis bel.

* Reipublicæ.

* A cõscientia optima mentis.

*Præter cõmunem casum civitatis dixit in proxima superiore epistola.

dicebamus, ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus, nihil esse, quod timeas, præter* universæ reip. interitum, tibi confirmo. De me autem sic velim iudices, quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, liberisq; tuis summo cum studio præstò semper futurum. Vale.

ARGVMENTVM.

Domitium, interitu amicorum dolentem, rogat, ut cùm reip. iam satisfecerit, incolumitati suæ consulat.

CICERO DOMITIO. 23

* Epist. 13. lib. 4.

NON ea res me deterruit, quò minùs, posteaquam in Italiam venisti, literas ad te mitterem, quòd tu ad me nullas miseras: sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse* egens rebus omnibus: nec quid suaderem, cùm mihi metipsi consilium deesset: nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiebam. Hæc quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atq; etiam multo desperatiora: tamen inaneis esse meas literas, quàm nullas, malui. Ego si intelligerem *plus conatum esse sufficere reip. causſa muneris, quam quantum præstare potuisses, tamen quibuscunq; rebus possem, ad eam conditionem te vivendi, quæ daretur, quæq; esset, hortarer. Sed cùm* consilij tui benè, fortiterq; suscepti cum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionem esse voluisset: oro, obtestorq; te pro nostra veteri coniunctione ac necessitudine, proq; summa mea in te benevolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, coniugi, tuisq; omnibus, quibus es, fuistiq; semper carissimus, salvum conserves: incolumitati tuæ, tuorumq;, qui ex te pendent, consulas: quæ didicisti, quæq; ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis

* Id est, si post pugnā Pharsalicam renovare bellum cum aliis voluisses.

*Quasi prælio Pharsalico suā voluntatem de tota re fortuna declarasset.

mis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti, eis hoc tempore utare: quos coniunctos summa benevolentia, plurimisq; officiis amisisti, eorum desiderium si non* æquo animo, aut sorti feras. Ego quid possim, nescio, vel potiùs me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quæcunq; saluti dignitatiq; tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu & studio & officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuiq; amicissimam detuli. Siquid ad me scripseris, ita faciam, ut te velle intellexero: sin tu minus scripseris, ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligentiaq; curabo. Vale.

* Non enim possumus non dolere: sed dolorem premere & vincere fortitudine possumus.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER VII. AD M. MARIVM & ceteros.

ARGVMENTVM.

Ludos, quos Pompeius Magnus iterum consul dedit, describit, & extenuat, utrumq; ob eam caulam, ne Marium eos prætermisisse pœniteret.

M. CICERO S. D. M. MARIO. 1

SI TE* dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quò minus ad ludos venires: fortunæ magis tribuo, quàm sapientiæ tuæ. sin hæc, quæ cæteri mirantur, contemnenda duxisti, & (cùm per valetudinem posses venire tamen noluisti;

*Dolor corporis refertur ad podagrā quæ Marium sæpe vexabat. epist. 4.

luisti: utrumq, lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse cùm ea, quæ sine caussa mirantur alij, neglexeris: modò ut tibi constiterit fructus otij tui, quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, cùm esses in ista amœnitate pænè solus * relictus. Neq, tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Scianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumseris, cùm illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communeis mimos semisomni. Reliquas verò partes diei tu consumebas ijs delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas. nobis autem erant ea perpetienda, quæ * scilicet P. Metius probavisset. Omnino, si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. coniecturam enim facio de meo. nam primùm honoris causa in scenam redierant ij, * quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. dilitiæ verò tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omneis homines liceret. ut tutare cùm cœpisset, vox eum defecit in illo loco, * SI SCIENS FALLO. Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. quid quòd ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi? apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidē apparatu non dubito quin animo æquissimo caruerus. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra? aut in * equo Troiano craterarum tria millia? aut armatura varia peditatus & equitatus, vt in aliqua pugna? quæ popularem admirationē habuerunt: delectationem tibi nullā attulissent. Quòd si tu per eos dies operam dedisti * Protogeni tuo. dum modo is tibi quidvis potiùs quàm orationes meas legerit:

* Ab ijs relictus qui ad ludorū spectacula in vrbem se contulerāt.

* Cum stomacho, Scilicet, dixit.

* Qui per ætatem cū agere iam nō possent, artem omiserant.

* Verba iurisiurandi per Iovem lapidem. Gell. li. 1. c. 21. & Acad. sic & Festus ep. 12.

* Tragœdiarum nomina.

* Servo anagnosta.

rit: nec tu haud paulò plus, quam quisquã noſtrûm, delectationis habuiſti, non enim te puto Græcos aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cùm Oſcos ludos vel in ſenatu* noſtro ſpectare poſſis, Græcos verò ita non ames ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas. Nã quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contemſeris? in quibus ipſe * Pompeius confitetur, ſe & operam & * oleum perdidiſſe. reliquæ ſunt venationes binæ per dies quinq; magnificæ, nemo negat. Sed quæ poteſt eſſe homini* politico delectatio, cùm aut homo imbecillus à valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? Quæ tamen ſi videnpa ſunt, ſæpe vidiſti: neq; nos, qui hæc ſpectavimus, quicquam novi vidimus. Elephantorum extremus dies fuit, in quo admiratio magna vulgi, atq; turbæ: delectatio nulla exiſtit: quinetiam * miſericordia quædam conſecuta eſt, atq; opinio eiuſmodi eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem. His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte videar tibi non modò beatus, ſed liber omnino fuiſſe, diruptã pænè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. Quòd ſi tam facilem populum haberem, quàm Æſopus habuit, libenter mehercule artem* deſinerem, tecumq; & cum ſimilibus noſtri vivere rem. nam me cùm antea tædebat, cum & ætas & ámbitio hortabantur, & licebat denique, quem nolebam, non defendere: tum verò hoc tempore vita nulla eſt, neq; enim fructum ullum laboris exſpecto: & cogor nonnunquam* homines non optimè de me meritos, rogatu eorũ qui benè meriti ſunt, defendere. Itaq; quæro cauſſas omneis aliquando vivendi arbitratu meo: teq; & iſtam rationẽ otij tui & laudo vehementer, & probo, quodq; nos

minus

* Ad Att. li. 16.

* Arpinati, utercq; enim Arpinas.

* Dator ludorum.

* Quo Athletarum corpora ungebantur.

* Infima foetaſſe plebs delectatur. minimè verò homines in tractanda rep. verſati.

* Vide Plin. lib. 8. cap. 7.

* A iudicijs cauſisq; diſcederem. Vall. li. 4 c. 2

* Significat Gabinium inimicum ſuum rogatu Pompeij à ſe defenſum. Dio li. 55.

minus intervisis, hoc fero animo æquiore, quòd, si Romæ esses, tamen neq; nos lepore tuo, neq; te, si quis est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas: quibus si me * relaxaro (nam ut planè exsolvam, non postulo) te ipsum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profectò quid sit * humaniter vivere. Tu modò istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta, & tuêre, ut facis: ut nostras villas obire, & mecum simul lectiuncula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quàm soleo, non otij abundantia, sed amoris erga te, quòd me quadam epistola subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minùs te prætermisisse ludos pœniteret. Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minùs, hoc me tamen consolabor, quòd posthac ad ludos venies, nosq; vises, neq; in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

* Observaduo translata verba, relaxare, exsolvere.

* Tũ laudabiliter, tum etiam iucundè vivere.

ARGVMENTVM.

Marii negotium sibi curæ fore promittit: deinde scribit, quanti & faciat, & facere debeat condemnationem T. Munatij Planci Bursæ: de quo vide Pedianum in commentario Milonianæ. Scripta est primis diebus eius anni, quo Ser. Sulpitius, & M. Marcellus consules fuêre, nam paulò pòst Cicero in provincia fuit. & Dio damnatum ait, cùm primùm exiit è magistratu.

M. CICERO M. MARIO S. D. 2.

* Quòd Cicero esset unus ex coheredibus, ad quos pertinebat fundi venditio.

MANDATVM tuum curabo diligenter. Sed homo acutus ei mandasti potissimùm, cui expediret, illud venire quàm plurimo. Sed eò vidisti multũ, quòd præsensisti, quo ne pluris emerem. Quòd si mihi permisisses;

ſtes: quia meus amor in te eſt, confeciſſem cum cohæredibus. Nunc, quoniam tuum preciũ novi, licitatorem potiùs apponam, quam illud minoris væneat. Sed de toto ſatis eſt. tuum negocium agam, ſicuti debeo, diligenter. De Burſa te* gaudere certò ſcio: ſed nimis verecundè mihi gratularis, putas enim, ut ſcribis, propter hominis ſordes minùs me magnam illam lætitiam putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quã *morte inimici lætatum. Primùm enim iudicio malo, quàm gladio: deinde gloriã potiùs amici, quàm calamitate. In primisq; me delectauit, tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe contrà incredibilem contentionem *clariſſimi ac potentiſſimi viri. Poſtremò, quod vix veriſimile fortaſſe videatur, oderam multò peius hunc, quàm illum ipſum Clodium. illum enim oppugnaram, hunc defenderam. Et ille, cùm omnis reſp. in meo capite diſcrimen eſſet aditura, magnum quiddam ſpectauit, nec ſua quidem ſponte, ſed eorum auxilio, qui me* ſtante ſtare non poterant. hic ſimiolus animi cauſſa, me, in quem inveheretur, delegerat: perſuaſeratq; nonnullis invidu meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore. Quamobrem valdè iubeo gaudere te, magna res geſta eſt, nunquam ulli fortiores ciues fuerunt, quam qui auſi ſunt eum contra tantas opes eius, à quo ipſi* lecti iudices erant, condemnare. Quod feciſſent nunquam, niſi ijs dolori meus fuiſſet dolor. Nos hic multitudine, & celebritate iudiciorum, & novis legibus ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne *intercaletur, ut quamprimùm te videre poſſimus. Vale.

* Quòd is me accuſante ſit damnatus ep. 10. l. 9. & Phil. 13. & Dio. lib. 3.

* Clodium Milo occiderat, & damnatus exſulabat.

* Pompeii ſignificat, qui Planco tecum ſcripto laudauit. Dio. li. 14.

Vide ep. 6. lib. 6.

* Pompeius enim eos iudices conſul legerat.

*Dio. Velleius. Plut. in Pompeio, ipſe pro Milone. Nam intercalario tempus protrahebat.

ARGVMENTVM.

Cauſſam exponit, cur, acie Pharſalica victus, à bello diſceſſerit. quod illi ab iniquis vitio dabatur.

M. CIC.

M. CICERO M. MARIO S. D.

PER SÆPE mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & (ut video) versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proximè fuimus unà: quinetiam ipsum diem memoria teneo. Nam ad III. Id. Maias, Lentulo & Marcello Cossum in Pompeianũ vesperi venissem, tu mihi sollicito animo præstò fuisti. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officij tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deessem: si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commouebat. Quo tempore vidisti profectò me quoq; ita conturbatum, vt non explicarem quid esset optimum factu. pudori tamen malui, famæq; cedere, quam saluis meæ rationem ducere. Cuius me mei facti pœnituit, non tã propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ tibi offendi, quò veneram. primum neq; magnas copias, neq; bellicosas: deinde extra ducem, paucosq; præterea (de principibus loquor) reliqui primum in ipso bello rapaces: deinde in oratione ita crudeles, vt ipsam victoriam horrerem: maximum autem æs alienum amplissimorum virorum: quid quæris? nihil boni præter caussam. Quæ cum vidissem, desperans victoriam, primum cœpi suadere pacem, cuius fueram semper auctor: deinde cum ab ea sententia Pompeius valdè abhorreret, suadere institui, vt bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea sententia videbatur fore & fuisset fortasse, nisi quædam ex pugna cœpisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille (summus nullius imperator fuit. Signa virorum & collectio exercitus

* Ante bellum civile, ergo multò antea dixit enim, in quibus tot annos versamur.

* Erga rẽp. & Pompeium benemeritum.

* Vide ep. 6. lib. 6.

* Pompeianorum.

† Ep. 14. l. 4. & 19. li. 15.

* Ep. 6. li. 6.

* Præsertim L. Lentuli. 13. li. 2. & Cæs. li. 1. de bell. ciu.

* Ad Dytrachium, Cæs. li. 3. de bel. ciu.

citu cum legionibus robustissimis contulit. victus turpissimè amisu etiam castris, solus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putaui, cum * integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deveniendum in victorum manus aut ad* Iubam confugiendum, aut capiendus tanquã * exsilio lotus, aut conscisc enda* mors voluntaria. Cæterè nihil fuit præterea, si te victori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem ijs, quæ dixi incommodis, nihil tolerabil us exsilio, præsertim innocenti, ubi nulla adiuncta est turpitudo: addo etiam, cum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Ego cum intelligerem (si quicquam nunc cuiusquam est) etiam mihi meum esse malui, quã acciderunt, omnia dixi sustinere, veni domum, non quòd optima viuendi conditio esset, sed tamen si esset aliqua forma reip. tanquam in patria ut essem: si nulla, tanquam in exsilio. Mortem mihi cur consciscerem, caussa nulla visa est: cur optarem, multæ. vetus est enim, VBI non sis qui fueris non esse tur velis vivere. Sed tamen VACARE culpa, magnum est solatium præsertim cùm habeam duas res, quibus me sustentem: optimarum* artium scientiam, & maximarum rerum gloriam: quarũ altera mihi vivo nunquã eripietur, altera ne mortuo quidem. Hæc ad te scripsi verbosius, & tibi molestius fui, quia te cùm mei, tum reip. cognovi amantissimum. notum tibi omne consiliũ meum esse volui, ut primùm scires, me nunquã voluisse plus quenquã posse, quàm universam rẽp. postea autẽ quã alicuius culpa tantũ valeret* unus ut ei obsisti non posset, me voluisse pacẽ: amisso exercitu,

* Ep. 11. 4.

* Vt Scipio.

* Vt M. Marcellus.

* Vt Cato, qui se Vticæ occidit unde illi postea cognomen Vticensis.

* A doctrina.

* A rebus gestis.

* Cæsar Pompeij culpa tam firmus, ut plus potuerit unus quam universa res,

& eo

& eo duce, in quo spes fuerat uno, me voluisse etiam reliquis omnibus: postquàm non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli. nunc autem si hæc ciuitas est, civem esse me: si non, exsulem esse non incommodiore loco, quàm si me Rhodum, aut * Mitilenas contulissem. Hæc tecum coràm malueram: sed quia longiùs siebat, volui per literas eadem: ut haberes quod diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. sunt enim, qui, cùm meus interitus nihil fuerit * reip. profuturus, criminis loco putent esse quòd vivam. Quibus ego certò scio non videri satis multos periisse, qui si me audissent quamvis * iniqua pace, honesta tamen viverent, armis enim inferiores non caussa fuissent. Habes epistolam, verbosiorem fortasse quàm velles. quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego si, quæ volo, expediero, breui tempore te, ut spero, videbo. Vale.

* Vt Marcellus ep. lib. 4.

* Quasi non recusset si è rep. sit, mortem oppetere.

*Vide epist. 6 lib. 6.

ARGVMENTVM.

Præmonet Marium de adventu suo in Pompeianum.

M. CICERO M. MARIO S. D. 4.

*Scribonio. AD IX. kalend. in Cumanum veni cum * Libone tuo, vel nostro potiùs. in Pompeianum statim cogito: sed faciam te antè certiorem. Te cùm semper valere cupio, tum certè, dum hîc simus. vides enim quantò * Constitutum de podagra curãda. ep. 1. post unà futuri simus. Quare si quid * constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. Cura igitur ut valeas: & me hoc biduo, aut triduo exspecta. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat studiosissimè Trebatium iurisconsultum Cæsari Galliarum præfecto.

M. T.

M. T. CICERO C. CAESARI IMP. S. 3.

VIDE quàm mihi persuaserim, te me esse alterũ, non modò in ijs rebus quæ ad me ipsum, sed etiã in ijs, quæ ad meos pertinent. C. Trebatiũ cogitãrã, quocunq; exirem, mecum ducere, vt eum meis omnibus studijs & beneficijs quàm ornatissimum domum reducerem. Sed posteaquàm & Pompeij commoratio diuturnior erat, quàm putaram, & mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire * profectionem meam videbatur, aut certè tardare: vide quid mihi sũserim. cœpi velle, ea Trebatium expectare à te, quæ speraſſet à me: neq; mehercule minus ei * prolixè de tua volũtate promiſi, quàm eram solitus de mea polliceri. Casus verò mirificus quidam, interuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ. nam cùm de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer † accuratiùs domi meæ, literæ mihi dantur à te, quibus inextremis scriptum erat, M. FVRIVM, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum: si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. Sustulimus manus & ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atq; ita mitto, vt initio mea sponte, post autem * invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc mi Cæsar sic velim omni tua comitate complectare, vt omnia, quæ per me possis adduci, vt in meos conferre velis, in vnum hunc conferas, de quo tibi homine hoc spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cùm ad te de Milone scripsissem, iure luſſi,

* Artificiosa insinuatio ad impetrandum.

*Cum Pompeio, ad rei frumentariæ curationem Vide ep. 1. l. 4. ad Att.

* Liberaliter. vide ep. 8. lib. 13.

† Cùm eum commendarem.

* Scripsisti enim, alium mitte.

* Epist 18. *Sed* more Romano *quomodo homines non inepti loquuntur probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. Accedit etiam, * quod famiam ducit in iure civili singularis memoria, summa scientia. Huic ego neq; tribunatum, neq; præfecturam, neq; ullius beneficij certum nomen peto: benevolentiam tuam & liberalitatem peto: neq; impedio quo minùs si tibi ita placuerit, etiam hîsce cum ornes gloriolæ* insignibus. Totum denique hominem tibi trado de manu (ut aiunt) in manum tuam* istam & victoriâ & fide præstantem. Sumus enim putidiusculi quàm per te vix licet. verùm, ut video licebit. Cura ut valeas: & me, ut amas, ama.

* i. quod in eo summum est.

* i. castrensibus honoribus.

* Vide scolium in extremo libro.

ARGVMENTVM.

Trebatium, desiderium urbis vix ferentem, hortatur, ut urbis, urbanitatisq; memoriam, quasi quasdâ ineptias, abijciat & de provincia, quò se contulerat, tum ipse beneficiorum, tum constantiæ causa cogitet.

CICERO TREBATIO S. D. 16

IN OMNIBVS meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut ad Balbum mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ: nec ea vulgaris, sed * cũ aliquo insigni iudicio meæ erga te benevolentiæ. Tu modò ineptias istas & desideria urbis & urbanitatis depone: & quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignoverunt Medeæ, quæ Corinthi arcem aliam* habebant matronæ opulentæ optimates: quibus illa manib. gypsatissimis persuasit ne sibi illæ vitio verterent, quod abesset à patria. "NAM MVLTI suam rem benè gessere, & publicam, patria procul: Multi domi qui ætatem

* Vsitata, ut ea, quæ lege fiunt.

* Infrà dixit amore Romano.

* Pro habitabant, ut ad Att. epi. 14. lib. 1.

ætatem egerunt, propterea sunt improbati. Quo in numero tu certè fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus aliàs. tu qui ceteris * cauere didicisti, in Britannia ne ab essedarijs decipiaris, caveto: & quando Medeam agere cœpi illud semper memento, * QVI ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. Cura ut valeas.

* Cùm iurisconsultus sis: iurisconsultorum enim est aliis cauere.
* Versus Euripidis. ep. 15. lib. 13.

ARGVMENTVM.

Studium suum in commendando Trebatio significat: locatur de Britannia: monet, ut in familiaritatem Cæsaris se penitus insinuet, & occasione utatur.

M. T. CICERO TREBATIO S. D. 7

EGO te commendare non desisto: sed quid proficiam ex te scire cupio. Spem maximam habeo in * Balbo: ad quem de te diligentissimè & sapissimè scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties à Q. fratre mihi afferuntur. In Britannia nihil esse audio neq; * auri, neq; argenti. id si ita est, esse dum aliquod suadeo rapias & ad nos quamprimùm recurras: sin autem sine Britannia tamen * assequi id quod volumus, possumus: perfice ut sis in familiaribus Cæsaris, multùm enim te in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus, sed mihi crede, tuus pudor, & labor plurimum. * Imperatorem liberalissimum habes, ætatem opportunissimam, commendationem certè singularem: ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Vale.

* Qui apud Cæsarem gratia plurimum poterat.
* Ad Att. li. 4. Epist. 16.
* Cæsaris beneuolentiam.
* Epist. 17.

ARGVMENTVM.

Modestè reprehendit Trebatium, qui tribunatum militum, à Cæsare delatum, recusaverat.

M. CICERO TREBATIO S. D. 8.

SCRIPSIT ad Cæsar perhumanniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè fore. Cui quidem ego rescripsi, quàm mihi gratum esset futurum, si quàm plurimum in te studij, officij, liberalitatis suæ contulisset. sed ex tuis literis cognovi præproperam quandam festinationem tuam: & simul sum admiratus, cur tribunatus commoda, demto præsertim labore militiæ, contemserit. Querar cum Vacerra & Manilio: nam *Cornelio nihil audeo dicere: cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere dicisse profiteris. Quin tu urges istam occasionem & *facultatem qua melior nunquam reperietur? Quod scribis de illo Preciano iureconsulto, ego te ei non desino commendare. scribit etiam ipse mihi, te sibi gratias agere debere de eo quid sit, cura ut sciam. Ego vestras Britannicas literas expecto. Vale.

* Qui Trebatij magister fuerat in iure ciuili. Digest. li. 1. tit. 2.

* Plus est facultas quã occasio.

ARGVMENTVM.

Literatum officium à Trebtio requirit: monet, ne reditum in urbem præpropere cupiat.

M. CICERO TREBATIO S. D. 9.

IAMDIV ignoro quid agas. nihil enim scribis: neq; ego ad te hu duobus mensibus scripseram, quia cum Q. fratre meo non eras quò mitterem, aut cui darem, nesciebam. Cupio scire quid agas, & ubi sis *hiematurus. equidem velim cum Cæsare: sed ad eum propter eius occupationes nihil sum ausus scribere. ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi deesse noli. seriùs potiùs ad nos

* Non enim uno loco universus exercitus hiemabat.

dum,

dum plenior. Quòd huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo. sed tibi consilium non deest. quid constitueris cupio scire. Cn. Octavius, an Cn. Cornelius? tuus quidem familiaris, summo genere natus, * terræ filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebrò ad cœnam invitat. adhuc non potui perducere. sed mihi tamen gratum est. Vale.

* Locatur in Octavii ignobilitatem ep. 16.

ARGVMENTVM.

Levitatis Trebatium per iocum arguit, quia scripserat se Cæsari valdè iureconsulto videri: item timiditatis, qui transire in Britanniam cum Cæsare recusarit, alia nonnulla.

CICERO TREBATIO. S. D. 10

LEGI tuas literas, ex quibus intellexi, te Cæsari nostro valdè * iureconsulto videri. Est quòd gaudeas, te in ista loca venisse, ubi aliquid sapere videreris. Quod si in Britanniam quoque profectus esses, profectò nemo in illa tanta insula * peritior te fuisset. Veruntamen (rideamus licet: sum enim à te invitatus) subinvideo tibi, ultrò te etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationes, aspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus, quæ mehercule mihi non minori curæ sunt, quàm meæ. Valdè metuo, ne * frigeas in hibernis. quamobrem camino luculento utendum censeo, idem & * Mucio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares. quanquam vos nunc istic satis calere audio. quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multò es cautior, quam in advocationibus: qui neq; in Oceano * natare volue-

* In ambitionem.

* In insciitiam.

* In paupertatem.

* De hoc Mucio vide Digest. li. 1. tit. 2.

* In timiditatem.

ris studiosissimus homo natandi: neq; spectare est dignum, quem antea ne* Andabatam quidem defraudare poteramus. Sed iam satis iocati sumus. Ego de te ad Cæsarem quàm diligenter scripserim, tute scis: quàm sæpe, ego. Sed mehercule iam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis, meiq; amantissimi voluntati ergà me diffidere. Sed tamen his literis quas proximè dedi, putaui esse hominem commonendum: id feci. Quid profecerim, facias me velim certiorem, & simul de toto statu tuo, consiliisq; omnibus. scire enim cupio, quid agas, quid* expectes, quàm longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. sic enim tibi persuadeas velim, unum mihi esse solatium. quare facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse emolumento sciam. sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam attraham: te, qui non huc advoles. Vna mehercule nostra vel severa, vel iocosa congressio pluris erit, quàm non modò hostes, sed etiam fratres nostri* Hædui. Quare omnibus de rebus fac ut quamprimùm sciam, * aut consolando, aut consilio, aut re iuvero. Vale.

*Lusus esse genus, cum clausis oculis certatur, Seneca videtur existimare.

* An sis in spe alicuius commodi.

*Hædui fratres populi R.

*Terentij senarius.

ARGVMENTVM.

Conatur Trebatio desiderium urbis adimere. præcipit tamen, ut, nisi absit ab urbe cum emolumento, redeat.

CICERO TREBATIO S. D. II.

NISI antè Roma* profectus esses, nunc eam certè relinqueres. quis enim tot interregnis iureconsultũ desiderat? Ego omnibus, unde petitur, hoc consilij dederim, ut à singulis interregibus binas advocationes postu-

*Interregni temporis iudicia i cedant.

Postulent. Satisne tibi videor abs te ius civile didicisse? Sed heus tu, quid agis? ecquid sit? Video enim te iam iocari per literas. * hæc signa meliora sunt, quàm quæ in meo Tusculano sed quid sit, scire cupio. Consuli quidem te à Cæsare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallem. quod si aut sit, aut futurum putas, perfer istam militiam, & permane. ego enim desiderium tui sive tuorum commodorum consolabor. Sin ista sunt *inaniora, recipe te ad nos. nam, aut erit hic aliquid aliquando: aut, si minus, una mehercule collocutio nostra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ. denique, si te citò reveleris, sermo nullus erit: sin diutiùs frustra abfueris, non modò Laberium, sed etiam sodalem nostrum *Valerium pertimesco. mira enim persona inducit poetæ Britanni iureconsulti. Hæc non rideo, quamvis tu rideas: sed de re severissima tecum, ut soleo, iocor. Remoto ioco, tibi hoc amicissimo animo præcipio, ut, si istic meâ commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium: honestatem & facultates tuas augeas. sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. omnia tamen, quæ vis, & tua virtute profectò, & nostro summo erga * te studio consequére. Vale,

* Ambigua signorum significatio. & pro iudiciis & pro statuis.

*Infrà dicit sin ista frigebunt, eodem sensu.

* Alterum minimum, alterum iureconsultum.

* Quia te studiosè Cæsari cõmendamus.

ARGVMENTVM.

Ex intermissione literarum arguit Trebatium Epicureum esse factum: & in eo iocatur.

CICERO TREBATIO S. D. 12.

MIRABAR quid esset, quòd tu mihi literas mittere intermisisses, indicavit mihi Pansa meus Epicureum te esse factum. O castra præclara! quid tu fecisses, si te *Tarentum, & non Samarobrinam

* Tarentum mollis civitas, & dedita voluptati.

misissem? iam cum mihi non placebas, cùm ideo intuebare, quod & Tullius familiaris meus. Sed quoniam modo ius ciuile defendes, cùm omnia tua caussa facias, non ciuium? vbi porrò, illa erit formula fiduciæ, & INTER BONOS bene agier? Quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi sua caussa? quod ius statues COMMVNI DIVIDVNDO, cùm commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur? quomodo autem tibi placebit Iovem lapidem iurare, cum scias Iouem stratum esse memini posse? Quid fiet porrò populo Vlubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? Quare si planè à nobis deficis, moleste fero: sin *Pansæ assentari commodum est, ignosco, modò scribere aliquando ad nos quid agas, & à nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis. Vale.

*Epicurus enim dixit, deos non curare mortalia.

*Qui Epicuri lectam colebat.

ARGVMENTVM.

Intermissionis literarum caussam dicit: quam non accipienti Trebatio, inde occasionem arripit liberiùs iocandi.

CICERO TREBATIO S. D. 15

*Ex abrupto exordiatur, vt ep. 8. lib. 2. Quid tu me, & ep. 6. 15. & 17. lib. 8.

ADEONE me *iniustum esse existimasti, ut tibi irascerer, quòd parùm mihi constans, & nimium cupidus decedendi viderere, ob eamq; causam me arbitrarere literas ad te iamdiu non misisse? Mihi perturbatio animi tui, quam primis literis perspiciebam molestiam attulit: neque alia fuit vlla caussa intermissionis literarum, nisi quòd, vbi esses, planè nesciebam. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Audi mi *Testa: virùm superbiorem te pecunia facit, an quod te imperator consulit? Moriar, ni (quæ tua

*Cognomen Trebatij. epist. 22.

tua* gloria est) puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. Si verò vtrumq; est: quis id ferret præter me, quia omnia ferre possum? Sed, vt ad rem redeam, te istic inuitum non esse vehementer gaudeo, &, vt illud erat molestum, sic hoc est iucundum.

Tantùm metuo, ne artificium tuum tibi parum prosit, nam, vt audio, istic

Non ex* iure manum consertum, sed mage ferro

Rem repetunt. Et tu non soles ad vim faciundam ad hiberi, neq; est, quòd illam exceptionem in interdicto, pertimescas, QVOD TV PRIOR vi hominibus armatis veneris. Scio enim te non esse procacem in lacessendo. Sed, vt ego quoq; te aliquid de nostris cautionibus admoneam, Treuiros vites censeo. audio capitaleis esse. mallem auro, argento, ære essent, sed aliàs iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas, velim quàm diligentissime. Ad IV. Non. Martias. Vale.

* Ambitio cupiditas honoris. ep. 15. lib. 8.

* Vide hos Ennij versus in orat. pro Murena. Gell. l. 20. c. 9. & ad Att. ep. 8. li 15. & Seruium in vltima Eclogæ.

ARGVMENTVM.

Familiariter, & ioco sè Trebatium reprehendit, qui literas nullas miserat.

CICERO TREBATIO S. D. 14

CHRYSIPPVS Vettius Cyri architecti *libertus fecit, vt te non immemorem putarem mei. salutē enim verbis tuis mihi nuntiauit. Valdè iā lautus es qui gravére literas ad me dare, homini præsertim propè domestico. Quòd si *scribere oblitus es, minùs multi, iam te aduocato caussa* cadent. sin nostri oblitus es, dabo operam, vt istuc veniam antè quàm planè ex animo tuo effluam. sin æstiuorum* timor te debilitat, aliquid excogita, vt feciſti de Britannia. Illud quidem

* Etiam ipse Cyrus libertus erat, sed ab Architectura nobilis. ad Att. lib. 2. ep. 1.
* Formulas.
* Tuis enim scriptis non vtentur.
* Timor futuri belli, 9. æstate renouabatur.

perlibenter audivi ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quàm sæpissimè cognoscere. Quod certè ita fieret, si tu maluisses * benevolentiæ quàm litium iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus & tuo more, & nonnihil etiam nostro. Te valdè amamus, nosq; à te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

*Melior iurisconsultus, quam amicus.

ARGVMENTVM

Declarat suum absentis Trebatij desiderium: & gratulatur de C. Matii familiaritate.

CICERO TREBATIO S. D.

QVAM sint morosi, qui amant, vel ex * hoc intelligi potest, molestè ferebam antea te invitum istic esse: pungit me rursus, quòd scribis te esse istic libenter. neq; enim tum mea cõmendatione te non delectari facilè patiebar: & nunc angor, quicquam tibi sinè me esse iucundum. Sed tamen hoc malo nos ferre desiderium, quàm te non ea quæ spero consequi. Quòd verò in C.* Matij suavissimi, doctissimiq; hominis familiaritatem venisti, non dici potest, quàm valdè gaudeam: qui fac ut te quàm maximè diligat. Mihi crede nihil ex ista provincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura ut valeas.

*A genere descendit ad speciem.

*Hic est cuius ep. legitur lib. 11. epist. 28.

ARGVMENTVM.

Laudare videtur Trebatium ut sapientem, qui belli pericula vitaret, sed reyera notat ut timidum. adscribit de Octavio. de Trebatii divitiis, de superbia, periocum.

CICE-

CICERO TRETIO S. D. 16

IN*EQVO Troiano scis esse in extremo, SERO sapiunt. Tu tamen, mi vetule non serò Primùm quod illas* rabiosulas sat fatuas dediſti: deinde, quòd in Britannia non nimis φιλοτέωζον te præbuiſti, plane non reprehendo. Nunc verò in hibernis vinctus mihi videris, itaq; te commovere non curas. usquequaq; sapere oportet, id erit telum acerrimum Egoſi foris cœnitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuiſſem: cui tamen dixi, cùm me aliquoties invitaret, Oro te, *quis tu es? Sed meherculè, extra iocum, homo bellus est: vellem eum tecum abduxiſſes. Quid agatis, ecquid in Italiam venturi ſitis hac hieme, ſac planè ſciam. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum. id utrùm Romano more locutus ſit, benè nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, OMNEIS esse divites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro. Qui iſtinc veniunt ſuperbiam tuam accuſant, quòd negent te percunctantibus *reſpondere. Sed tamen eſt quòd gaudeas, conſtat enim inter omneis, neminem te uno Samarobrinæ iuriſperitiorem esse. Vale.

* Tragœdiæ nomen.

* Quòd omninò diſcederes à bello cuperes: in quo ſapere videbaris.

* Notat hominis ignobilitatem. ep. 9.

* Non quod ſuperbus eſſet, ſed quod à nemine coſuleretur.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Trebatio. quòd de reditu in urbem iam non ampliùs cogitet, & hortatur, ut Cæſaris amicitiam plurimi faciat: quàm fore fructuoſam promittit, in ſeq; ipſe recipit.

CICERO TREBATIO S. D. 17

EXTVLIS literis & Quinto fratri gratias* egi, & te aliquando collaudare poſſum, quòd iam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Nam primorum menſi-

* De eo, quod apud Cæſarem Trebatii cauſa fecerat. Erat enim Quintus Cæſaris legatus in Gallia.

mensium literis tuis vehementer commovebar, quòd mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis urbanitatuq; desiderio, interdum piger, interdū timidus in labore militari: sæpe autem etiam, quod à te alienissimum est, subimpudens videbare, tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam, attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas: nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos, qui cum syngraphis venissent Alexiam, nullum adhuc nummum auferre potuisse. Ego si mei commodi rationem ducerem te mecum esse maximè vellem. non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex consuetudine nostra, vel utilitate ex consilio atq; opera tua. Sed cùm te ex adolescentia tua in amicitiam, & fidem meam contulisses: semper te non modò tuendum mihi, sed etiam augendum atq; ornandum putavi. Itaq; quo ad opinatus sum, me in provinciam exiturum, quæ ad te ultrò detulerim, meminisse te credo. posteaquàm mea mutata ratio est, cùm viderem, me à Cæsare honorificentissimè tractari, & unicè diligi, hominisq; liberalitatem incredibilem, & singularem fidem nossem: sic ei te commendavi & tradidi, ut gravissimè, diligentissimeq; potui. quòd ille ita accepit, ut & mihi sæpè literis significarit, & tibi verbis & re ostenderit, mea commendatione sese valdè esse commotum. Hunc tu virum nactus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne dimiseris: & si qua te fortè res aliquando offenderit, cùm ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto, & ultimi exspectato: quæ ego tibi & iucunda & honesta præstabo. Pluribus te hortari non debeo: tantùm moneo, neque amicitiæ

cons-

* Non est, ut alibi, pro acutis dictis, sed pro reb. urbanis.

* Alludit ad creditores Ptolomæi, Regis Alexandrini ep. 2. lib. 1.

* Res mea aliter tulerunt vide ep 1. lib. 1.

* Vide epistolam commendaticia.

* Epist. 3.

* Vtilia & honorifica.

confirmandæ clarissimi ac liberalissimi * viri, neq; uberioris provinciæ, neq; ætatis magis idoneæ tempus, si hoc amiseris, te esse ullum unquam reperturum. hoc quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, idem Q.* Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non esse, vehementer gaudeo, quòd & tu labore caruisti & ego te de rebus illu non * audiam. Vbi si hiernaturus, & qua spe, aut * conditione, perscribas ad me velim. Vale.

* Epist. 7.

* Epist. 8.

* Quasi gloriosè narrantem.

* Præsentis commodi.

ARGVMENTVM

Laudat Trebatium, qui te militia cum Cæsare perferenda cogitaret iocatur præterea in illius parsimoniam, quia scripserat in palimpsesto.

CICERO TREBATIO S. D. 18.

ACCEPI à te aliquot epistolas uno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas: in quibus me * cetera delectarunt. significabant enim, te istam militiam iam firmo animo ferre, & esse fortem virũ & constantem. quæ ego paulisper in te ita desideravi, non ut imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te æstuare putarẽ. Quare perge ut cœpisti: forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, assequére. ego enim renovabo commendationem, sed * tempore. Sic habeto, non tibi maiori esse curæ, ut iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit, quàm mihi. Itaq; quando vestræ cautiones infirmæ sunt, * græculam tibi misi cautionem chirographi, mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias. ego enim * ignavissimo cuiq; maximam fidem habeo, Sed, ut ad epistolas tuas redeam, cetera belle: illud miror, quis solet eodem exemple

* Hoc pendes, usq; ad illud, cetera belle.

* Ep. 18. li. 12. ad Att.

* Literas commendaticias. Græcè scriptas.

* Quia ignaui spectatores pugnarũ sunt: itaque certiùs omnia & obseruant, & narrare deinde possunt.

emplo plureis dare, qui sua manu scribit? Nam quòd in palimpsesto. laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris: nisi fortè tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi *suppeditare? Iam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo cùm ad vos proficiscetur,* more Romano commendabo, ne sis admiratus. erat enim affuturus mense April. Has literas scripsi in Pomtino, cùm ad villam M. Aemilij Philemonis divertissem: ex qua iam audieram fremitum *clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Vlubris honoris mei causa vim maximam* rasnunculorum se commôsse constabat. Cura ut valeas. VI. Idus April. de Pomtino.

* Pro suppetere, ut alibi.

* Epist. 5.

* Qui prope erant.

* Non dixit, hominum, sed ranunculorum, ob saludes.

EPISTOLAM tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conscidi innocentem. nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset. Sed & Arruntius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Verùm illud esto: nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit de Topicis à se conscriptis, ut roganti Trebatio satisfaceret: eaq; esse obscuriora significat, nec legenda sine interprete. addit, si expeditam in quæstionib. habere doctrinam velit, exercitationem esse necessariam.

CICERO TREBATIO S. D. 19.

* Initium efficax ad benevolentiã.

Vide * quanti apud me sis: etsi iure id quidem. non enim amore te vinco. Verùtamen quod præsenti tibi propè

propè subnegarem, non tribueram certè. id absenti * debere non potui. Itaq; ut primùm Velia navigare cœpi, instituí Topica Aristoteléa conscribere, ab ipsa urbe commonitus amantissima tui. Eum librum tibi missi Rhegio scriptum quàm planissimè res illa scribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obscurora, cogitare debebis, NVLLAM artem * literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longè abieris, num tus civile vestrum ex libris cognosci potest? quanquam plurimi sunt doctorem tamen non nunquam desiderant, quanquam tu si attentè leges, si sæpiùs per te omnia consequere * ut certè intelligas, ut verò etiam ipsi tibi loci propositi quæstione occurrant, exercitatione consequére, in qua quidem nos te continebimus, si & salvi redierimus, & salua ista offenderimus. Vale. V. kal. Sext. Rhegiò.

* Eadem locutio topicorum inítio.

* Ex ipsis tãtum literis: & quasi muto libro.

* Correctio est, si non omnia, certè hoc inquit consequere, ut intelligas.

ARGVMENTVM.

De amore Velienſium in Trebatium ſcribit, & hortatur, ne poſſeſſiones eas vendat; quæ, tam miſeris temporibus, perfugium eſſe poſſint.

CICERO TREBATIO S. D. 10

AMABILIOR mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensi amari. sed quid ego dicã te, quem quis non amat? * Rufio medius fidius tuus ita desiderabantur, ut si esset unus è nobis. sed ego te non reprehendo, qui illum ad ædificationem tuam traduxeris, quanquam enim Velia non est vilior, quàm Lupercal: tamen istuc malo, quàm hæc omnia. Tu tamen si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis (nescio quid enim Velienses verebantur) neq; Heletem nobilem amnem velin-

* Cognomẽ Trebatiæ familiæ.

* Trebatij de aliquo Papirio emtam.

* Potest incidi lucus sine piaculo Cato lib. I.

relinques, neq; * Papirianam domum deseres: quanquam illa quidem habet lucū, à quo etiam aduenæ teneri solent: quem tamen si * exciderit, multùm prospexeris. Sed in primis opportunum videtur, his præsertim temporibus, habere perfugium primùm eorum vrbem, quibus carus sis: deinde etiam tuam domum, tuosq; agros, eaq; remoto, salubri, amœnoq; loco: idq; etiam mea interesse, mi Trebati, arbitror. Sed valebis, meaq; negotia videbis, meq; dijs iuuantibus ante brumam

* Cogitabat Cic. in Græciam ad visendum filium suum, qui Athenis literarum studia colebat. ep. 1. li. 10.

* exspectabis. Ego à Sex. Fabio Niconis discipulo librum abstuli Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. O medicū suaue, meq; docilem ad hanc disciplinam! sed Bassus noster me de hoc libro celauit: te quidem non videtur Ventus

* Flare indipit vehementius.

* increbrescit. Cura vt valeas. XIII. kal. Sext. Velia.

ARGVMENTVM.

Silij caussam, viri optimi, amici sui, Trebatio commendat. Videtur autem cùm extra vrbem esset ad Trebatium in vrbem hæc scripsisse.

M. CICERO TREBATIO S. D. 21

SILII caussam te docui, is postea fuit apud me, cùm ei dicerem, tibi videri, sponsionem illam nos sine periculo facere posse, * NI bonorum Turpiliæ possessionem Q. Cæpio prætor. ex edicto suo mihi dedit: negare aiebat * Seruium tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit. hoc idem * Offilium dicere: tecum, se locutum negabat meq; rogauit, vt se, causamq; suam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum vltrò veneris, eiq; pollicitus eris: sed si mē

* Verba spōsionis.

* Sulpicium.

* Vide de Offilio iurisconsulto Digest. li. 1. tit. 2.

si me amas, quamprimùm. hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Auctoritate iurisconsultorum probat, quod de controversia quadam dixerat.

CICERO TREBATIO S. D. 22.

*ILLVSERAS heri inter scyphos quòd dixeram, controversiam esse, posséne haves quod furtum antea factum esset, rectè furti agere. Itaq;, etsi domũ benè *potius, seroq; redierim: tamen id caput, ubi hæc controversia est, notaui, & descriptum tibi misi: ut scires, id quod tũ neminem sensisse dicebas, Sext. Aelium, M. Manlium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scævolæ & *Testæ assentior. Vale.*

* Sic benè nummatum, epist. 16.

* i. tibi. nam Testa Trebati cognomen, ep. 13.

ARGVMENTVM.

Signa quædam Ciceroni Gallus emerat, cùm is tabellas potiùs pictas cuperet. rescribit igitur, ex illis emtionibus nullam se curasse. de proxima domo illi conduconda se desiderare, addit.

M. CICERO M. FABIO GALLO S. D. 24.

*TANTVM ex Arpinati veneram cùm mihi à te literæ redditæ sunt: ab eodem q; accepi *Aviani literas: in quibus hoc erat liberalissimum, nomina se facturũ, cùm venisset, qua ego vellem die. Fac quæso, qui ego sum, esse te. esne aut tui pudoris, aut nostri, primùm rogare de die, deinde plus *annua postulare? sed essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses, quæ ego desiderabam, & ad eam summam, quam vo-*

* Statuarij.

* Annua die, bima die, trima die, sæpe legimus in veterum iurisconsultorũ lib. ad. Att. ep. 2. li. 12.

lueram. at tamen ista ipsa, quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt sed etiam grata. planè enim intelligo, te non modò studio, sed etiam amore usum, quæ te delectarint; hominem (ut ego semper iudicaui) in omni iudicio elegantissimum. quæq; me digna putaris, coëmisse. Sed velim maneat *Damasippus in sententia. prorsus enim ex istis emtionibus nullam desidero. Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omne signorum omnium non æstimo, tanti ista quatuor, aut quinq; sumsisti. Sed Bacchas istas cum Musis Metelli comparas. quid simile? * primùm ipsas ego Musas nunquam tanti putassem: atq; id fecissem Musis omnibus approbantibus. sed tamen erat aptum bibliothecæ, studijsq; nostris congruens. Bacchis verò ubi est apud * me locus? At pulchellæ sunt, novi optimè, & sæpè vidi. nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. Ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum. *Martis verò signum quò mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hæc enim duo signa putarē mihi æs alienū attulisse.* Mercurij mallem aliquod fuisset: feliciùs, puto cum Auianio transigere possemus. Quod tibi destinaras Trapezophoron: si te delectat, habebis. sin autem sententiam mutasti, ego habebo sc licet. Ista quidem *summa næ ego multò libentiùs emerim diversorum Terracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Omnino liberti mei video esse culpam, cui planè res certas mandaram: itemq; tunij, quem puto tibi notum esse, Auianij familiarem. Exhedria quædam mihi vova sunt instituta in porticula Tusculani. ea* volebam tabellis ornare. etenim si quid

generis

* Scripserat Gallus, ea signa, si Cicero non emeret, emturum Damasippum.

* Sine, deinde, positum est ut ep. 9. lib 1. & ad Att. ep. 11. lib. 8. & 18. lib. 12.

* Quem neque Bacchq, neq; Venus delectat.

* Mars & Saturnus, infesta signa.

* Mercurius boni euentus index.

* Tanta pecunia.

* Vt exhedriis superimpositæ tabellæ spectarentur.

generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen si ista mihi sunt habenda, certiorem velim me facias, ubi sint, quando arcessantur, quo genere vecturæ. Si enim Damasippus in sententia non manebit, * aliquem Pseudodamasippum vel cũ iactura reperiemus. Quòd ad me de domo scribis iterum, iam id ego profiscens mandabam meæ Tulliæ, ea enim ipsa hora acceperam tuas literas. Egeram etiam cum tuo Nicia, quòd is utitur, ut scis, familiariter Cassio. Vt recĭj autem, priùs, quàm tuas legi has proximas literas, * quæsiui de mea Tullia quid egisset. per Liciniam se egisse dicebat. sed opinor Cassium uti non ita multùm sorore: eam porrò negare se audere, cum vir abesset (est enim profectus in Hispaniam Decimus) illo & absente & insciente migrare. Est mihi gratissimum, tanti à te æstimatam consuetudinem vitæ, victusq; nostri, primùm ut eam domum sumeres ut non modò prope me, sed planè * mecum habitare posses: deinde ut migrare tantoperè festines. Sed ne vivam, si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis, quàm ego sum. Itaq; omnia experiar, video enim quid mea interfit, quid utriusq; nostrũm. Si quid egero, faciam ut scias. tu & ad omnia rescribas, & quando te exspectabam, facies me, si tibi videbitur, certiorem. Vale.

* Omninò aliquem qui emat, reperiemus.

* Quæsiui ex Phania. ep. 6. lib. 3.

* Fortasse quod domus ea Ciceronis domui iuncta esset, pariete communi.

ARGVMENTVM.

Narrat, quàm iniquè Tigellius sibi irascatur. idem scribit lib. 13. ad Att. ep. 47. nec dubito, quin huius nepos sit is, de quo Hor. Sat. 2. & 3. lib. 1.

M. CICERO M. FABIO GALLO S. D. 24.

AMORIS quidem tui, quoquò me verti, vestigia:

gia: * vel proximè de Tigellio, sensi enim ex literis tuis, valdè te laborasse. amo igitur voluntatem. sed pauca de re. Cipius (opinor) olim, NON omnibus dormio: sic ego non omnibus, mi Galle, seruio. etsi quæ est hæc seruitus? Olim cùm regnare existimabamur, non tam ab ullis, quàm hoc tempore * obseruor à familiarissimis Cæsaris omnibus, præter istum. Id ego in lucris pono non ferre, hominem pestilentiorem patria sua, eumq; addictum, iam tum puto esse * Calvi Licinij Hipponacteo præconio. At vide quid succenseat. Phameæ causam suscepera̅m, ipsius quidem causa: erat, enim mihi sanè familiaris. is ad me venit, dixiq; iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo die de P. Sextio in consilium iri * necesse erat. respondi, nullo modo me facere posse, cùm vellem: alium diem si sumsisset, me ei non defuturum. Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum unctorem, discessit à me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos venaleis, alium alio nequiorem. Cognosti meam causam, & istius * Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte. cupio enim legere: me adhuc non legisse, turpe utriq; nostrum est. Vale.

* Vide locutionem eandem, ep. 13. lib. 2. & ad Att. lib. 13. ep. 42. præterea apud Macr. lib. 3.

* Ep. 29. l. 9.

* Calvus in Ciceronem scripsit, quia prætor patrem suum damnarat. Plut.

* Quia præstituti dies erant eorum iudiciorum, quæ lege Pompeia fiebant, ad Att. lib. 13. epist. 47.

* Pauperem hominem fuisse, qui se divitem simularet, scripsit Suidas.

ARGVMENTVM.

Rescribit de epistola non conscissa. monenti, ut de Cæsare cautè eloqueretur, & scriberet gratias agit.

M. CICERO M. FABIO GALLO S. D.

QVOD epistolam conscissam doles; noli laborare, salua est domi: petes cùm libebit. Quod autem me mones, valdè gratum est: idq; ut semper facias rogo. vide-

videris enim mihi vereri, ne, nisi * istum caverimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιον. Sed heus tu: manum de tabula: * magister adest citiùs, quàm putaramus. vereor ne in Catonium Cato in nos. Mi Galle, cave putes quicquam melius, quàm epistolæ tuæ partem ab eo habeto: ne Apellæ quidē liberto tuo dixeris, præter duos, loquitur isto modo nemo. benè, maléve videro: sed quicquid est, nostrum est: urge igitur, nec transversum unguem (quod aiunt) à stilo. is enim est dicendi opifex. Atq; ego quidem aliquantum iam etiam noctis assumo. Vale.

* Cæsarem.

*Cæsar Africano bello confecto: quem redeuntem senatus' delata censura moribus præfecerat. Ludit igitur in magistri nomine ambiguo. Dio. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Scribit de morbo ex herbarum esu contracto.

CICERO GALLO S. D. 26

CVM decimum iam diem graviter ex intestino laborarem, neq; is, qui mea * opera uti volebant, probarem me non valere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum cùm quidem biduū ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. Itaq; cōfectus languore & fame, magis * tuum officium desideravi, quam abs te requiri putavi meum. Ego autem cùm omneis morbos reformido, tum eum, quo Epicurum tuū Stoici malè accipiunt, quia * dicat δυσεντερικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum, morbum edacitatis esse putant; alterum, etiam turpioris intemperantiæ. sanè δυσεντερίαν pertimuerā. Sed visa est mihi vel * loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. Attamen ne mirere, unde hoc acciderit, quomodóve com-

* In Forensibus causis.

*Vt ipse potiùs ad me veniret, quū ego ad te

*Vide Epicuri Epistolam in Laertio.

*Morborū remedia, loci mutatio animi relaxatio.

*Epi. 15.& 26.lib.9.

*Gell. lib. 2. ca. 24. ubi tum.pro natum legitur.

* Varro de re ruſt. lib. 3. cap.

miſerim. * lex ſumtuaria, quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. nam dum volũt iſti lauti terra * nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omneis ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. in eas cùm incidiſſem in cœna * augurali apud Lentulum: tanta me δυσπεψία arripuit, ut hodiè primùm videatur cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui meoſtreis & murenis facilè abſtinebam, à beta etiam, & malua deceptus ſum. Poſthac igitur erimus cautiores. Tu tamen cùm audiſſes ab Anicio, (vidit enim me nauſeantem) non modò mittendi cauſam iuſtam habuiſti, ſed etiam viſendi. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. nam & vireis & corpus amiſi. Sed ſi morbum depulero, facilè (ut ſpero) illa revocabo, Vale.

ARGVMENTVM.

Gallum, non eum, ad quem proximè ſcripſit, Fabiæ gentis, ſed ut opinor, Sextiæ, accuſat ut iniquum & impudentem.

M. CICERO S. D. GALLO. 27

*Verba ex epiſtola Gal. lib 8.

* Tribuni enim intercedebant. Gallus autem Ciceronem rogaverat, ut pro ſe intercederet apud Cæsarẽ. eſt igitur ἀναφώνησις.

MIROR cur me accuſes, cùm tibi id facere non liceat: quòd ſi liceret, tamen non debebas.* EGO ENIM TE (inquis) IN CONSVLATV OBSERVARAM. Et ais, fore, ut te Cæſar reſtituat. Multa tu quidem dicis. ſed tibi nemo credit. Tribunatum plebis dicis, te mea cauſſa petiſſe. Vtinam ſemper eſſes tribunus: interceſſorem non quæreres. Negas me audere, quod ſentiam dicere. Quaſi tibi, cum parum pudẽter me rogares, parum fortiter reſponderim. Hæc tibi ſcripſi, ut iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe

posse vis, te nihil esse cognoscere. Quòd si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me, & facilè purgassem. Non enim mihi ingrata sunt, quæ feciſti, sed, quæ scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri* liberi sunt, tibi liberum non visum demiror. nam si falsa fuerunt quæ in ad me, ut ais, detuliſti, quid ego tibi debeo? sin vera: tu es optimus testis, quid mihi populus Rom. debeat. Vale.

*Coniuratione oppressa.

ARGVMENTVM.

Probat consilium Curii, qui rep. desperata, in Græciam se contulerit, & adiungit, se totum in literis esse, libertate prorsus amissa.

M. CICERO S. D. CVRIO 28

MEMINI, cùm mihi desipere videbare, quòd istic potiùs viveres, quàm nobiscum. erat enim multò domicilium huius urbis (cùm quidem hæc urbs) aptius humanitati & suavitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. Nunc contrà & vidisse mihi multũ videris, cùm propè desperatis his rebus te in Græciam contuliſti, & hoc tempore non solùm sapiens, qui hinc abſis, sed etiam beatus,* quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc beatus esse possit? Sed quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, ubi nec* Pelopidarum, nosti cetera: nos idem propemodum consequimur alia ratione. cùm enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quòd quasi gravem, albam videntur bene sentientem civem videre: abdo me in bibliothecam. Itaq; opera efficio tanta, quanta fortasse tu* senties. intellexi enim ex tuo sermone quodam, cùm mœstitiam

*Discessit enim Curius ante exitium reip.

* Observa elegantiam in correctione.

* Subaudi: neque facta audias, neq; nomen. epi. 30. Phil. 13.

*Itidem tibi ut mihi probabuntur.

meam & desperationem accusares domi tuæ, dicere te, * ex meis libris animum meum desiderare. Sed mehercule & tum rempe lugebam, quæ non solùm suis ergà me, sed etiam meis ergà se beneficijs erat mihi carior: & hoc tempore, quanquam me non ratio solùm consolatur, quæ plurimùm debet valere, sed etiam * dies, QVÆ STVLTIS quoque mederi solet: tamen doleo, ita communem rem esse dilapsam, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquatur. Nec verò nunc quidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt (nisi fortè id ipsum esse * non debuit) sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de præteritis non sit querendum. Reliquam spem nullam video. Quare ad prima redeo, sapienter hæc reliquisti, si consilio: feliciter, si casu. Vale.

* Non eum me esse, qui videret in meis libris.

* Epist. 5. li. 4. & 16. l. 5.

*Non debuit in unius potestate omnis esse, resp.

* Ad Att. epist. 10. li. 1.

ARGVMENTVM.

Memoriam declarat accepti à Cicerone beneficii & commendaticias ab eo literas petit ad Sulpitij successorem.

M. CVRIVS M. CICERONI SVO S. 29

SI VALES, benè est, sum enim σὺν τῷ tuus, καὶ τῷ Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipium illius. quod quidem si inter senes coëmtionales vænale proscripseris, egerit non multum. At illa nostra prædicatio quanti est, nos, quòd sumus, quòd homines existimemur, id omne abs te habere: Quare Cicero mi perseverà constanter nos conservare, & Sulpitij successori nos de meliore * nota commenda, quò facilius tuis præceptis obtemperare, teq; ad vèr lubentes videre, & nostra

* Epi. 17. & 20. li. 13. & 1. li. 6. & ad Attic. ep. 5. lib. 8.

* Epi. 22. li. 10. & ad Att. ep. 13. li. 1.

* A doliis metaphora: quæ diversis notis distinguuntur, ut internoscantur.

nostra refigere, deportareq; tutò possimus. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere, sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem * fidelia dealbare. Ergo patrone mi bene vale. Tironemq; meum saluta nostris verbis.

D. AD IV. kalend Novembres.

* Adagium à pictoribus natum.

ARGVMENTVM.

Ostendit, quàm miserè agatur cum rep. cùm Cæsar Caninium ad aliquot horas consulem creaverit, & de literis commendaticijs ad Acilium scriptis significat.

CICERO CVRIO S. D. 30

EGO * verò iam te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas: quin hinc ipse euolare cupio. & aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Incredibile est, quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interfim. Næ tu videris multò ante prouidisse quid impenderet, tum cum hinc profugisti. quanquam enim hæc etiam auditu acerba sunt, tamen AVDIRE tolerabiliùs est, quàm videre. In * campo certè non fuisti, cùm hora secunda comitijs quæstorijs instituti, sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem, qui comitijs * tributis esset auspicatus, centuriata habuit: consulem hora septima renunciauit. qui usq; ad kalend. Ianuar esset, quæ erant futura manè postridiè. ita * Caninio cos. scito, neminem prandisse. nihil tamen eo consule mali factum est, fuit enim mirifica * vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. hæc tibi ridicula videntur. non enim ades quæ si videres, lacrymas non teneres. Quid si cæteræ

* Similè principium ep. 6. li. 4. & 5. li. 9. Epi. 11. lib. 15. ad Att.

* In campo Martio creabantur magistratus.

* Tributis enim qnæstores, centuriatis consules creabantur.

* Lib. 8. de bell. Cal. Macr. lib. 2. hoc recitat Ciceronis dictum.

* Ep. 18. l. 6.

scribam? Sunt enim innumerabilia generis eiusdem: quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem & nisi haberem socium studiorum meorum, Atticum nostrum, cuius quando proprium te esse scribis mancipio & nexu meum autem usu & fructu contentus isto sum. IDEM cuiusq; est proprium, quo quisq; fruitur atq; utitur. Sed hæc aliàs pluribus. Acilius, qui in Græciam cum legionibus missus est maximo meo beneficio est. bis enim est à me iudicio capitis rebus * salvis defensus: & est homo non ingratus meq; vehementer observat. Ad eum de te diligentissimè scripsi, eamq; epistolam cum hac coniunxi: quam ille cùm acceperit, ecquid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas. Vale.

* Cùm nunquam damnatus sit eodem modo loquutus est. epi. 1. lib. 4. cum de rep. loqueretur.

ARGVMENTVM.

Invitat eum ad officia mutua: & in urbem ut redeat, rogat, veteris urbanitatis retinendæ caussa.

CICERO CVRIO S. D. 31.

FACILE perspexi ex tuis literis, quod semper studui, & me à te plurimi fieri, & te intelligere quàm mihi carus esses. Quod quando utercq; nostrum consecutus est: reliquum est, ut officijs certemus inter nos, quibus æquo animo vel * vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fuisse necesse meas dari literas, facilè patior. Suspitij tibi operam intelligo ex tuis literis non multùm opus fuisse, propter res tuas ita contractas, vt, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. Vides enim exaruisse iam veterem * urbanitatem, ut Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi * nos pauci retinemus

* Ep. 7. li. 5. Molestum enim non est, ab amico in officio vinci.

* Leporem acumenque dictorum.

* Princeps Curius in dictis, secundus Atticus, Cicero tertius

amus gloriam antiquam Atticam. Ergo is tibi, nos ei succedimus. Veni igitur quæso, ne tantum semen urbanitatis unà cum rep. intereat. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit hanc epistolam in provincia: prima pars de dictis est, secunda de judiciis, tertia de rep. ultima de Dolabella, nondum genero.

CICERO S. D. VOLVMNIO. 32

QVOD sine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitavi, num à Volumnio* senatore esset, quo cum mihi est magnus usus: deinde* εὐτραπελία literarum fecit, ut intelligerem tuas esse: quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum à te procuratore defenditur. ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta in his etiam Sextiana, in me* conferri. quid? tu id pateris? non defendis? non resistis? equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent. Sed quando tanta fæx est in urbe, ut nihil sit tam ἀκύθηρον,* quod non alicui venustiũ esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegãs ὑπερβολὴ, nisi παράγραμμα bellũ. nisi ridiculũ παρὰ προσδοκίαν, nisi cetera, quæ sunt à me in secũdo libro de Oratore per* Antonij personam disputata de ridiculis, ἔντεχνα & arguta apparebunt, ut sacramento contendas, mea non esse. Nam de judicijs quòd quereris, multò laboro minùs. trahantur per me licet pedibus omnes rei. sit vel Selius tam eloquens, ut possit probare se esse liberum: non laboro. Vrba-

* De quo Varro li. 2. de re ru. & in Attici vita.
*Inde etiam dictus est Volumnius Eutrapelus. ep. 16. lib. 9.
* Pro meis circumferri.
* Macr. li. 1. sat.
*Quinct. li. 6. cap. 3.
* Imò per Iulij personam. mendum librarij puto, non memoriæ Ciceronis. ep. 19. lib. 13. ad Att.

*Alludit ad consuetudinem iudiciorum.

*C. Curionem.

*Ita loquebantur ad indicandum summum quendam amorem. ad Att. lib. 16. & Phil. 12.

*Ep. 19. lib. 16. Quanquam maximè laborem, nimium tamen laborare mihi non videor.

Vrbanitatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendam: in qua te unum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas? nunc demum intelligo te sapere. Sed meherculè, extra iocum, valdè mihi tuæ literæ facetæ, elegantesq; visæ sunt. illa quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt, cupio enim nostrum illum* amicum in tribunatu quàm plurimum habere gravitatis, idq; cùm ipsius causa (est enim mihi, ut scis, in* amoribus) tum meherculè etiam reip. quam quidem, quamvis in me ingrata sit, tamen amare non desinam. Tu mihi Volumni quando & instituisti, & mihi vides esse gratus, scribe ad me quàm sæpissimè de rebus urbanis, de rep. Iucundus est mihi sermo literarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perspicio, & iudico cupidissimum esse, atque amantissimum mei, cohortare & confirma, & * redde planè meum. Non meherculè quòd quicquam desit, sed quia valdè cupio, non videor nimiùm laborare. Vale.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola est post civile bellum scripta; scribit se exercitationis causa declamare, auditoribus Hittio, Cassio, Dolabella: Volumnium vocat ad eadem studia: addit deliberatum sibi esse, Cæsare permittente, à causis iudiciisq; discedere.

M. CICERO VOLVMNIO S. D. 13

*Cur se ad declamationes contulerit, causam vide ep. 8. lib. 9. & 18. lib 8.

QVOD* declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quòd Hirtio invideres, nisi eum amares, non erat causa invidendi nisi forte ipsius eloquentiæ magis, quàm, quod me audiret, invideres, nos enim planè, mi suavissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis

ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente, vigebamus,* amissis; ut, etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quòd hæc pinnigero. non armigero in corpore tela exerceantur, ut ait* Philoctetes apud Attium abiecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora: quanquam venies, ut ipse intelligis, in maximam quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus, exceperimus: ego vero multam* salutem & foro diem & curiæ, vivamq; tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus, nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius uterq; noster, studijs ijsdem tenentur, & meis quissimis utuntur auribus. Opus est huc limatulo & pollitulo tuo iudicio, & illis interioribus literis,* eis, quibus sæpe verecundiorem me in loquendo facis. mihi enim iudicatum est, si modo hoc Cæsar aut patietur, aut volet deponere illam iam personam, in qua me sæpe illi ipsi probaui: ac me totum in literas* abdere, tecumq;, & cum ceteris earum studiosis honestissimo ocio perfrui. Tu vellem non veritus esses, ne* perinvitus legerem tuas literas, si mihi, quemadmodum scribis, longiores fortè mississes, ac velim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasq; gratissimas fore. Vale.

* Civili bello.

*De Philoctete Attij tragœdia, Varro li. 6. de ling. lat.

* Græca locutio: ut, πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ ep. 8. li. 8. ad Att. Plato in ep. ad Perdiccam.

* Quas in te diligo, vel, quibus maximè, delector.

* Idem aliis verbis epi. 20. lib. 9.

* Pluribus, video scriptum esse in antiquis libris, itaque admonere, visum est.

M. COE-

M. COELII EPISTOLARVM AD CICERONEM LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

Commentarium mittit rerum urbanarum: & excusat se, quod alteri negotium dederit ad illa colligenda. addit hæc: De comitiis transpadanorum Romæ rumorem nullum esse: de successione Galliarum nihil relatum: de Pompeio cupere se aliquid cognoscere: de Cæsare varia dissipari: aliaq; nonnulla. Respondit Cicero huic epistolæ ea, quæ est 8. lib. 2.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 1.

QVOD tibi * decedenti pollicitus sum, me omneis res urbanas diligentissimè tibi perscripturum, data opera paraui, qui sic omnia persequerer, ut verear ne tibi nimium arguta hæc sedulitas videatur. Tametsi tu, scio, quàm sis curiosus, & quàm omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoq; rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores: tamen in hoc, te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui: non quin mihi suauissimum sit, & occupato, & ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuæ * memoriæ dare operam: sed ipsum volumen, quod tibi misi, facilè, ut ego arbitror, me excusat. Nescio cuius ocij esset, non modò perscribere hæc, sed omnino animadvertere. Omnia enim sunt ibi S C. edicta, * fabulæ, rumores. Quòd exemplum si fortè minùs te delectarit, ne molestiam tibi cũ impensa mea exhibeam:

* Decedere de provincia usitatius est, quã decedere ab urbe: tamen Cœlius eodem verbo in eadem significatione etiam infrà usus est epist. 8.

* Hoc dicit: nos is sum, qui de te nõ libenter cogitem.

* In scena recitatæ.

am: fac me certiorem. Si quid in rep maius actū erit quod isti operarij minùs commodè persequi possint: & quemadmodum actum sit, & quæ * existimatio conse-tuta. quæq; de eo spes, diligenter tibi perscribemus. Vt nunc est, nulla magnopere exspectatio est. Nam & illi rumores de comitijs transpadanorum, * Cumarum tenus caluerunt Romam cùm veniſſem, ne tenuiſſimam quidem audit onem de ea re accepi. Præterea Marcellus quidem adhuc nihil retulit de succeſſione provinciarum Galliarum, in kalend. Iun. ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem. sanè quàm eos sermones * repressit, quid de eo tum fuerant, cum Romæ non essemus. Tu si Pompeium ut volebas, * offendisti: qui tibi visus sit, & quam orationem habuerit tecum quàmq; ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire & loqui. neq; tamen tantùm valere ingenio, ut non appareat quid cupiat) fac mihi * perscribas. Quòd ad Cæsarem attinet, crebri, & non belli de eo rumores, sed susurrationes dunta xat veniunt: alius equidem perdidisse, quod opinor certè factum esse. alius septimam legionem vapulasse, ipsum ad Bellovacos circumsideri, interclusum ab reliquo exercitu: neq; adhuc certi quicquam est, atq; hæc incerta tamen vulgò iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti, planè secretò narrantur: at Domitius, cùm manus ad os apposuit. Te ad IX. kal. Iun. * subrostrani (quod illorum capiti sit) dissiparant perisse: ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuerit, te à Q. Pompeio in itinere occisum. Ego, qui scirem, Q. Pompeiū Baulus embæneticam facere, & usq; eò, ut ego miserer eius esuriei, nō sum cōmotus: & hoc mendacio si qua pericula tibi impēderēt, ut defungeremur optaui.

Plancus

* Epist. 5.

* Vltra Cumas progressi non sunt. vide ad Att. li. 5. ep. 11.

* Retudit sermones, dixit infrà.

* Offendit cum Talenti, ep 8. li. 2. & ad Attic. lib. 5. ep. 6

* Cicerò tamen perscribere voluit: vide epi. 8. lib. 2.

* Quidam qui sub rostris versari consuerant, ex infima plebe.

*Itonia, nã est Plancus Bursa Ciceronе accusante condemnatus. ep. 32. li. 9.

Plancus quidem tuus Rauennæ est: & magno congiario donatus à Cæsare, nec beatus, nec benè instructus est, Tui politici libri omnibus vigent. Vale.

ARGVMENTVM.

Nuntiat de absoluto Messalla, eiusq; defensore Hortensio à populo malè accepto, adijcit quædam de rep & de competitoribus suis.

COELIVS CICERONI S. D.

*Ad Attic. ep. 12. li 5. Non modo (inquit) absolutus est a senatorio ordine, equestri, tribunicio, sed omnibus locorum sententijs.

CERTE inquam, *absolutus est, me præsente pronuntiatum, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in unoquoq; ordine* sententijs: Vide modò, inquis. Non mehercules quicquam unquam tam præter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. quin ego, cùm pro amicitia validissimè faverem ei, & me iam ad dolendum præparassem: postquam factum est, obstupui, & mihi visus sum captus esse. quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudicia corripuerunt: & ostenderunt planè esse quod ferri non posset. Itaq; relicta lege Licinia, maiore esse in periculo videtur. Accessit huc, quod *postridiè eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introijt: puto, ut suum gaudium gauderemus. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitrum, & rudentum sibilus. Hoc magis animadversum est quod intactus à sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem. Sed tum ita benè, ut in totam vitam cuivis satis esset, & pœniteret eum iã *vicisse. De rep. quod tibi scribam, nihil habeo. Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed (ut mihi videbatur) consilio. De comitijs consularibus *incertissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem,

*Et sanè post absolutionem alio crimine damnatus est *Ep. 2. li. 5.

*Messalæ absolutionem obtinuisse.

*Qui consules futuri erant.

bilem & nobilem agentem, nam M. Octavius Cn. F. & C. Hirrus mecum petit. Hoc ideò scripsi, quòd scio te acriter propter * Hirrum nuntium nostrorum comitiorum expectaturum. Tu tamen simul ac me * designatum audieris, ut tibi curæ sit, quod ad pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sitianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Pæto, secundum ei, qui has literas tibi reddet. Vale.

* Competitorem tuum ep. 3. & 9. huius lib.
* Curulem ædilem.

ARGVMENTVM.

Suum in scribendo officium prædicat scribit de comitiis suis quæ opinio sit: de Milonis re quid egerit: præterea, cupere se aliquo Ciceronis libro illustrari.

COELIVS CICERONIS S. D.

ESTNE? * vci? & tibi sæpè, quod me negaras discedens curaturum, literas mitto? est si quidem perferuntur quas do. Atq; hoc eò diligentius facito quòd, cùm ocioſus sum, planè ubi delectem ociolum meum, non habeo. Tum cùm Romæ eras, hoc mihi certissimũ ac iucundissimum * vacanti negotium erat, tecum id otij * tempus consumere: idq; non mediocriter desidero: ut non modò mihi solus esse, sed Romæ, te profecto, solitudo videatur facta: & qui (quæ mee negligentia est) multos sæpe dies ad te, cùm hic * eras, non accedebam, nunc, quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrutior. Maximè verò, ut te dies, noctesq; quaram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum Putas auguratas tuum * competitorem dolere? & dissimulare me certiorem, quàm se, candidatum? de quo ut quem opias, quamprimùm nuncium accipias, tua medius fidius ma-

* Tale illud & eodem sensu. Ain tandem? ep. 21. lib. 9. & ad Att. 5. lib. 4.
* Epist. 30. lib. 12.
* Tempus otij, pro tempus ocioſũ.
* Nota naturam abundantiæ, & inopiæ.
* Ep. 9. huius lib.
* Quod mihi erit sumptui. nam in ludis dandis cum locupiete collega certabo.

us magis, quàm * mea causa cupio. nam mea, si fio fortasse tam non locupletiora referã sed hoc usq; eò suaue est, ut, si acciderit, tota vita rursus nobis deesse non possit. Est tanti. Sed meherculè non multùm M. Oclauius eorum odia, qui Hirrum premunt, quæ permulta sunt, sublenat. Quod ad Philotimi liberti officium. & bona Milonis attinet, dedimus operam, ut & Philotimus quam honestissimè * Miloni absenti eiusq; necessarijs satisfaceret, & secundum eius fidem & sedulitatem existimatio tua conseruaretur. Illud nunc à te peto, si eris (ut spero) otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curæ esse, σύνταγμα conscribas. Qui tibi istuc, inquis, in mentem venit, homini non inepto? aliquod ex tam multis tuis monumentis extare, quod nostræ * amicitiæ memoriam posteris quoq; prodat, velim. cuiusmodi, puto, quæris. Tu aptius, qui omnem nosti disciplinam quod maximè conueniat, excogitabis: ex eo genere tamen quod & ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus habeat. Vale.

* Ad Att. ep. 8. lib. 5.

* Ambitionem suam velat amicitiæ nomine.

ARGVMENTVM.

Scribi de iudiciis, de magistratibus, de rep. de seipso, de syngrapha Sitiana, de rege Alexandrino.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 4

* Epi. 2. huius lib.
* Fortasse à Caninio Gallo, Fabio Gallo, ep. 8. lib. 2. & 1. lib. 7.

INVIDEO tibi tam multa quotidie, quæ mirére, istuc perferuntur primùm illud, * absolutum Messallam: deinde eundem condemnatum: C. Marcellum cos. factum, M. Claudium à repulsa postulatũ à * Gallijs duabus: P. Dolabellam quindecimvirum factum. Hoc tibi non invideo: caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentuli Crutis repulsi vultum non vidisse. At quæ spe-

spe, quàm certa opinione descenderat? quàm ipso diffidente Dolabella? Et hercules, nisi * nostri equites acuius vidissent, penè concedente adversario superasset. Illud te non arbitror miratum, Servium tribunum pl. damnatum: cuius locum C. Curio petijt. Sanè quàm incurit multis, qui eum, facilitatem q; eius non norunt magnum metum. Sed, ut spero, & volo, &, ut se fert ipse, bonos & senatum malet: totus, ut nunc est, hic senatuit. Huius autem voluntatis initium, & causa est, quòd eum non mediocriter Cæsar, qui solet infirmorum hominum amicitias sibi quolibet impensa * adiungere, valdè contemsit. Qua in re mihi videtur illud perquàm venustè cecidisse, quod à reliquis quoq; usq; eò est animadversum, ut Curio, qui nihil consilio facit ratione & consilijs usus videretur in evitandis eorum insidijs, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum: Lælios & Antonios, & id genus valentes dico. Has ego tibi literas eo maiore misi intervallo, quòd comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, & expectare in dies exitum cogebant, ut * confectis omnibus te facerem certiorem. Ad Kalend. Sextiles usq; exspectaui. Prætorijs mora quædam inciderunt. Mea però quem eventum sint habitura, nescio. opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem * ædilium pl. comitijs nacta sunt. Nam M Cœlium Vicinianum mentio illa fatua, quam deriseramus olim, & promulgatio de dictatore subitò delecit, & delectum magno clamore insecuta est. Inde Hirrum cuncti iam ad non faciendum, flagitare. Spero, te celeriter & de nobis quod speraßi, & de * illo [b]quod vix sperare ausus es, auditurum. De repub. iam

* Quòd & Cœlius, & Cicer. equestri loco nati, postea senatoriam dignitatem assecuti, ex ordine senatorio, nō ex equestri dicebantur.

* Ad extremum sibi etiam Curionem adiunxit.

* Iam enim consularia, & tribunicia ostendit esse habita.

* Duplex enim erat ædilitas, curulis, & plebeia. curulem Cœlius petebat.

* E. 10. l. 2.

novi quicquam exspectare desieramus, sed cùm senatus habitus esset * ad Apollinis ad X I. Kalend. Sextileis, & referretur de stipendio Cn. Pompeij: mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius, quo numero esset, quo appellaretur cùm ex Gallia coactus esset dicere Pompeius se legionem abducturum, sed non * statim sub mentionem & convitium obtrectatorum. Inde interrogatus est de successione C. Cæsaris: de qua, hoc est de provincijs, placitum est, ut quamprimùm ad urbẽ reverteretur Cn. Pompeius, ut coram eo de successione provinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus & statim ijt. Puto * Idib. Sextilibus de ea re actum iri. Profectò aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. nam in disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius, omneis oportere senatui dicto audientis esse. Ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paullum cos. * def: primùm sententiam dicentem. Sæpiùs te admoneo de * syngrapha Sitiana. Cupio enim te intelligere, eam rem ad me valdè pertinere. Item de pantheris, ut Cybiratas arcessas, curesq; mihi ut vehantur Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum * mortuum. Quid mihi suadeas quomodò regnum illud sese habeant, quis procuret, diligenter mihi perscribas velim, Kal. Sext. Vale.

* Antiqua loquutio, de Græcis ducta fontibus ep. 2 lib. 14.

* Erat enim tardus & dissimulator, vide ep. 5. li. 1. & ep. 1. huius li.

* Epist. 9.

* Moris enim fuit, ut consul designatus primus sententiam diceret.

* Vt exigeretur pecunia in Ciceronis provincia, epist. 8. & 9.

* Facilè id Cicero nosse poterat, quod ei Ciliciæ præfecto prope in conspectu Aegyptus erat. epist. 7. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Monet Ciceronem, ut, antequàm Parthi bellum inferrent, statueret quid sibi agendum esset: imparem enim fore dimicationem de rep. nihil ait esse novi.

COELIVS M. CICERONIS S. D.

QVA tu cura sis, quod ad pacem provinciæ tuæ, finiti-

ditimarumq; regionum attinet, nescio. Ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoc moderari possemus, ut pro viribus copiarum tuarum, belli quoq; existeret magnitudo, & quantum gloriæ, * triumphoq; opus esset, assequeremur, periculosamq; & gravem* illam dimicationem evitaremus: nihil tam esset optandum. Nunc si Parthus movet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem. Tuus porrò exercitus * vix unum saltum tueri potest. Hanc autem nemo ducit rationem: sed omnia desiderantur ab eo (tanquam nihil denegatum sit ei, quò minùs quàm paratissimus esset) qui publico negotio præpositus est. Accedit huc, quòd successionem futuram propter Galliarum * controversiam non video. Tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quò maturiùs * constitueres, cùm hunc eventum prævidebam, visum est te facere certiorem. nosti enim hæc tralatitia: de Gallijs constituetur: erit qui * intercedat: deinde alius existet, qui, nisi liberè liceat de omnibus provincijs decernere senatui, reliquas impediat: sic multùm ac diu ludetur, atq; ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Si quid novi de rep. quod tibi scriberem, haberem, usus essem mea consuetudine, ut diligenter & quid actum esset, & quid ex eo * futurum sperarem, perscriberem. Sanè tanquam in quodam silice iam omnia adhæserunt. Marcellus idem illum de provincijs * urget sed neq; adhuc frequentem senatū efficere potuit. Quòd si hoc anno præterito Curio trib. & eadem actio de provincijs introibit: quàm facilè tunc sit omnia impedire, & quàm hoc Cæsari, & ijs, qui suam causam, non reip. curant, * supperat, non te fallit. Vale.

* Ep. 10. l. 2

* Cū omnes copiæ confligunt.

* Nam duæ tantū legiones erant. Vide ad Att. ep. 15. li. 5.

* Cùm Cæsar sibi succedi nollet.

* Quem provinciæ præponeres. epist. 6.

* Intercedet Cæsarianus tribunus. Pompeianq; reliquas impedier.

* Epist. 1.

* Vt omnino Cæsar successor mittatur.

* Quasi difficultas impenderet.

ARGVMENTVM.

Capita sunt huius epistolæ: de Appio à Dolabella accusato, de Ciceronis officio, de affinitate cum Dolabella iungenda, de rep.

M. COELIVS CICERONI S. D. 6

*Vide epist. 20. lib 3.

NON* dubito quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella reum factum: sanè quàm non ea quæ existimaveram, * invidia. Neq; enim stultè Appius, qui simul atq; Dolabella accessit ad tribunal, introierat in urbem, triumphiq; postulationem abiecerat. Quo facto * retudit sermones: paratiorq; visus est, quàm speraverat accusator. Is nunc in te maximam spem habet. Scio tibi eum non esse odio quàm velis eum obligare. in tua manu est: * cum quo simultates si tibi non fuissent, liberiùs tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam severitatem legitimum ius exegeris: * cavendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videaris. In hanc partem porrò totum tibi erit, si quid volueris, ei gratificari, nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quod inter * postulationem & nominis delationem uxor à Dolabella discesserit. Quid mihi discedens * mandaris, memini: quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. Non est iam tempus plura narrandi. Unum illud monere te possum: ut, si * res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas, et exspectes quemadmodum exeat ex hac causa, nequa invidiosum tibi sit, si emanarit. porrò significatio ulla si intercesserit, clariùs quàm deceat aut expediat,

*Adversa hominum voluntate.

*Vide epist. 10. lib. 3. Epist. 1.

*Huic epistolæ respondet Cicero lib. 2. ep. 13.

*Epist. 12. lib 3. in extremo.

*Ep. 2. li. 2. ad Q. F.

*Epist. 12. lib. 3.

*Vt ei Tulliola matrimonio iungatur.

pediat, fiat. Neq; enim ille tacere eam poterit, quæ * De Appij damnatione.
*suæ spei tam opportuna acciderit, quæq; in negocio
conficiendo tantò illustrior erit: cum præsertim is sit,
qui si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen * Nec mirum. nam Pompeij filius Appij gener erat. ep. 4. lib. 3.
se contineret Pompeius dicitur valdè pro Appio *labo-
rare, ut etiam putent alterutrum de filijs ad te missu-
rum. Hic nos omnes absolvimus: & herculè confecta o-
mnia fœdè & inhonestè sunt. Consules autem habemus
summa diligentia. adhuc S. C. nisi de seruis Latinis, nul- * Vide epist. 13. lib. 2.
lum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatus* con
glaciat, sed dici non potest, quomodo hic omnia iace-
ant. Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem,
*veternus civitatem occupasset. Si Parthi vos nihil cal- * Vide epist. 13. lib. 2.
faciunt, nos hic frigore frigescimus. Tamen quoquo mo-
do hic omnia iaceant, potuit sine Parthis. * Bibulus in * Ad Att. ep. 20. lib. 4.
Amano nescio quid cohorticularum amisit. hoc si nun-
tiatum est. Quòd tibi suprà scripsi, Curionem frigere:
iam* calet, nam ferventissimè concerpitur. bellissime *Minimè otiosus est, ad Att epist. 7. lib. 15.
enim, quia de intercalando non *obtinuerat, transfugit
ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemq; * viari * A Pontificum collegio.
am non dissimilem agrariæ Rulli, & alimentariã, quas * Appianus li. 2. de bell. civ.
iubet ædileis metiri, *iactavit. Hoc nondũ fecerat, tùm * Se laturũ.
priorem epistolæ partem scripsi. Amabo te, si quid, quod * De nuptiis Tulliæ.
opus fuerit Appio, facies, ponito me in gratiam. De *Do- * Omnis enim Asia Græcè loquebatur, & erãt præterea pantheræ Africanæ, ep. 8, & 9.
labella integram tibi rem serves, suadeo & huic rei,
de qua loquor, & dignitati tuæ, æquitatiq; opinioni
hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit pantherarum
*greges me non habere. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit de belli Parthici periculo, de Cornificij nuptiis, de Valeriæ divortio, de Ocellæ adulterio.

COELIVS CICERONI S. D. 7

QVAM citò tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidem eò magis, quò adhuc feliciùs rem gessisti. Dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum metus * aliquis perturbet. Breviores has literas properanti publicanorum tabellario subitò dedi, tuo liberto pluribus verbis scriptas pridiè dederam. Res autem novæ nullæ sanè acciderunt, nisi hæc vis tibi scribi, quæ certè vis: Cornificius adolescens * Orestillæ filiam sibi despondit. Paulla Valeria soror Triarij divortium sinè caussa, quo die vir è provincia venturus erat, fecit. Nuptura est D. * Bruto: nondum retulerat. Multa in hoc genere incredibilia te absente acciderũt. Ser. * Ocella nemini persuasisset, se mœchum esse, nisi triduo bis * deprehensus esset, quæris ubi? ubi hercule ego * minimè vellem, relinquo tibi, quòd ab alijs quæras, neq; enim displicet mihi imperatorem singulos percontari, cum qua sis aliquis deprehensus. Vale.

* Gesserat ea de quib. in ep. ad Catonem, epi. 4. lib. 15.

* Orestilla uxor Catilinæ fuerat, Sallust.

* Ep. 7. lib. 11.

* Vide epi. 25, lib. 2.

* In adulterio.

* Fortasse amici sui, domum stupri labe inquinatam dicis.

ARGVMENTVM.

Varia scribit, primùm de judiciis quibusdam, tum de rep. satis copiosè, postremò de se ipso.

COELIVS CICERONI S. D. 7

ETSI multa de rep. quæ tibi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gavisurum te putem, habeo, quàm hoc. Scito C. Sempronium Rusum, * Rusum, mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. Quæris, qua in caussa? M. Tuccium accusatorem suum post ludos Romanos reum lege * Plotia de vi fecit: hoc consilio, quòd videbat, si extraordinarius nemo reus

* Qui tibi iam iucundus est.

* Plautina vox.

* Asconius in commentario Miloniana.

acces-

acceſſiſſet, ſibi hoc anno cauſſam eſſe dicendam. dubium porrò illi non erat quid futurum eſſet, nemini hoc deferre* munuſculum maluit, quàm ſuo accuſatori. Itaq; ſine ullo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. At ego ſimulatq; audivi, invocatus ad ſubſellia rei accurro: ſurgo, neq; verbum de re facio: totum Sempronium uſq; eò perago, ut Veſtorium quoq; interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, ſi quid iuris ſui eſſet, ut Veſtorius teneret. Hæc quoq; magna nunc contentio forum tenet, M. Servilius, poſtquam, ut cœperat, omnibus in rebus turbârat, nec, quod non venderet, quicquam relinquerat: maxima nobis* traditus erat invidia: neq; Laterenſis prætor poſtulante Pauſania, nobis patronis, QVO ea pecunia perveniſſet, recipere volait. Quòd Pilius * neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit: magna illicò fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui cœptum eſt. Quo vento proïcitur Appius minor, ut indicet, pecuniam ex bonis paternis perveniſſe ad Servilium,* prævaricationisq; cauſſa diceret dopoſitum LLS. LXXXI. Admiraris amentiam: quid ſi actiones ſtultiſſimas, quid ſi nefarias patris confeſſiones audiſſes: Mittit in conſilium eoſdem illos, qui liteis æſtimarent, iudices. Cùm æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis leges ignorans pronunciavit quod ſinguli* ordines indicaſſent, & ad extremum, ut ſolent, non redigam. Poſtquàm diſceſſit, & pro abſoluto Servilius haberi cœpius eſt, legiq; unum & centeſimum caput legit, in quo ita erat, QVOD eorum iudicium maior pars iudicarit, id ius ratum eſto: in tabulas abſolutum non retulit, ordinũ

* Itidem locutus eſt ep. 12. p. 251.

* Se nobis defendendum tradiderat.

* Vxor enim Attici Pilia fuit.

* Vt Seruil. Appij patrit accuſator, prævaricaretur.

* Tres enim ordines indicabant, ſenatores, equites, tribuni ærarij.

iudicia perscripsit postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, & se* relaturum dixit: Sic nunc neque absolutus, neq; damnatus Servilius de repetundis saucius Pilio tradetur. Nam de divinatione Appius, cùm calumniam iurasset contendere ausus non est, Pilio, cessit: & ipse de pecunijs repetundis à Servilijs est postulatus & praterea de vi reus à quodam* emissario suo Titio factus est. Recte hoc par habet. Quod ad rempub. pertinet, omninò multis diebus exspectatione Galliarum nihil actum est. Aliquando tamen, sæpe re dilata, & graviter acta, & planè perspecta Cn. Pompeij voluntate in eam partem, ut* eum decedere post Kalend. Martias placeret, S. C. quod tibi missi, factum est auctoritates q; perscripta. S. C. auctoritas, Pridie Kal. Octobreis in æde Apollinis; * scribendo affuerunt. L. Domitius Cn. F. Aenobarbus. Q. Cæcilius. Q. F. Metellus Pius Scipio. L. Iulius L. F. Pomt. * Annalis. C. Septimus T. F. Quirina. C. Luceius, C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio. L. Ateius L. F. An. Capito. M. Oppius M. Fr. Terent. Quòd M. Marcellius coss. V. F. De provincijs consularibus: D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus coss cùm magistratum * iniissent ad Kal. Mart. quæ in suo magistratu futuræ essent, de consularibus provincijs ad senatum referrent, neue quid prius ex Ad Kalend. Martias, neue quid coniunctim de ea re referretur à consulibus: utiq; eius rei causs per dies* comitialeis senatum haberent. S. Q. C. facerent: & cùm de ea re ad senatum referretur à consulibus eorum, qui in C C C. iudicibus essent, sex adducere liceret: si quid de ea re ad populum plebemue lato opus esset, ut Seru. Sulpitius.

M. Mar-

* In tabulas absolutum.

* Ep. 2. l. 7.

* Cæsarem.

* Ep. 29. lib. 12. & 6. lib. 15.

* Cognomē esse Villorum, ex Livio constat, & ex Ciceronis orat. pro Fundanio: quam Priscianus nominat. li. 6.

* Kalend. Ian.

* Cum alio qui per dies comitiales senatus haberi nō posset. vide ep. 2. li. 1 ad Q. Fr.

M. Marcellus coß prætor. trib. pleb. quibus eorum videretur, ad populum plebémve ferrent: quod ij non tulissent, ut quicumq; deinceps essent, ad populum, plebémve ferrent. S. C. auctoritas Pridie Kalend. Octobris in æde Apollinis, scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ænobarbus, Q. Cœcilius Q. F.* Metellus Pius Scipio, L. Iulius L. F. Pont. Annalis, C. Septimius T. F. Quir. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito. M. Oppius M. F. Terent. Quòd M. Marcellus C O S. V. F. de provincijs: d. e. r i. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minùs de rep. quamprimùm ad senatum referri S. Q. C. fieri poss t: qui impedierit eum senatum existimaturum contra remp. feciße: si quis huic S. C. intercesserit: senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referrri. Huic S. C. intercessit C. Cœlius, L. Vitinius, P.* Cornelius, C. Vibius Pansa. item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, causæq; cognoscantur. si quis huic S. C. intercesserit: senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum, populumq; referri Huic S. C. intercessit C. Cœlius, C.* Pansa trib. pl. Itemq; senatui placere, in Ciliciâ provinciam, itemq; V II I. reliquas provincias, quas prætorij pro ptore obtinerẽt, eos, qui ptores fuerũt,* neq; in provincia, cum imperio fuerant, quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro prætore mitti oporteret, eos sortitò in provincias mitti placere, si ex eo numero, quos S. C. in pro-

* Adoptatus à Metello Pio, Numidici filio Dio.

*Alibi Cornelii sunt patricii, hic plebeius, quia trib. pl. nemo enim patricius eum magistratum gessit.

*Vibiorum cognomen.

*Vid epist. 15. lib. 2. & ad Att epi. 6. lib. 6.

provincias mitti placere. si ex eo numero, quos ex S.C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur: tum, uti quoq; collegium primum prætorum fuisset, * neque in provincias profecti essent, ita sorte in provincias proficiscerentur. Si ad numerum ij non essent: tunc deinceps proximi cuiusq; collegij, qui prætores fuissent, neq; in provincias profecti essent, in sortem conjicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Si quis huic S.C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic S.C. intercessit C. Cœlius C. Pansa trib. pleb. Illa præterea Cn. Pompeij sunt animadversa, quæ maximè * confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, se ante Kalend. Martias non posse sinè iniuria de provincijs Cæsaris statuere: post Kalend. Martias se non dubitaturum. Cùm interrogaretur si quid tum intercederent: dixit hoc nihil interesse, utrùm Cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an * pararet, qui senatum decernere non paterentur. Quid si, inquit alius, & consul esse & exercitum habere volet? At ille quàm clementer! Quid, si filius meus fustem mihi impingere volet? His vocibus, ut existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium, effecit. Itaq; iam, ut video, alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, ut aut * maneat, neq; hoc * anno sui ratio habeatur: aut, si designari poterit, decedat. Curio se contra eum totum parat: quid assequi possit, nescio. Illud video, benè sentientem, etsi nihil effecerit, cadere non posse. Me tractat liberaliter: & mihi suo munere * negotium imposuit. Nam si mihi non dedisset eas, quæ ad ludos ei advectæ erant, Africanas:

potuit

* Vide epist. 2. lib. 7. & ad Att. epist. 6. lib. 6.

* Non esse malè animatum in Cæsarem.

* Tribunum pl. qui intercedendo senatum impediret. Minimè iracundè ut l. 2. de fin. Clemens in disputando

* In provincia.

* Quod ei lex dabat, vide ep. 7 l. 1. & 6 li. 6.

* Quasi onus imposuit.

potuit.* supersederi. Nunc, quando dare necesse est: velim tibi curæ sit, quod à te semper petij, ut aliquid istinc * bestiarum habeamus. Sitianam quoq; syngraphan tibi commendo. Libertum Philonem illuc misi, & Diogenem Græcum, quibus mandata & literas ad te dedi: eos tibi & rem, de qua misi, velim curæ habeas. Nam quàm vehementer ad me * pertineat in ijs, quæ tibi illi reddent, literis, descripsi. Vale.

* A Ludiis dandis.

* Pantheras significat, ep. 6.

* Erat enim ex ea syngrapha exigenda pecunia, vide ep. 4. & sequenti.

ARGVMENTVM.

Narrat de Hirro competitore ab ædilitate deiecto: de provinciis nihil actum significat; pantheras petit: M. Feridium commendat: addit nonnulla de Favonio, Pompeio, Calidio.

COELIVS CICERONI S. D. 9.

SIC tu, inquis, * Hirrum tractasti? Imò si scias quàm facilè, quàm ne contentionis quidem minimæ res fuerit, pudeat te, ausum illum unquam esse incedere, tanquam * unum competitorem. Post repulsam verò risus facit: civem bonum ludit, & contrà Cæsarem sententias dicit: * expectationem corripit. Curionem prorsus non mediocriter obiurgat, scilicet hac repulsa se mutauit. Præterea qui nunquã in foro apparuerit non multùm in iudicijs versatus sit, agit caussas liberales, sed raro post meridiem. De provincijs quòd tibi scripserã, * Idib. Sextilibus actum iri, interpellat iudiciem Marcelli cos. des. In Kalendas reiecta caussa est, ne frequentiam quidem efficere poterant. Has literas ad IIII. Non. Septembres dedi, cùm ad eam diem ne * profligatum quidem quicquam erat. Vt video, caussa hæc integra in proximum annum transferetur: & quantum

* Hirtus Luceiæ gentis cognomen. epist. 8.

* Competitorem auguratus. epist. 4.

* De mittendo Cæsari successore. epist. 8.

* Epist. 4.

* Plus est quam cœptũ, minùs quam confectum, ep. 4.

*Quod evenit & reliquit Cœliũ quæstorem, ep. 15. li. 2.

tam diuino, * relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat. Nam non expedietur successio: quando Galliæ quæ habent intercessorem in eandem conditionem, quam ceteræ prouinciæ, vocantur. Hoc mihi non est dubium: quod tibi eò magis scripsi, ut ad hunc euentum te parares. Ferè literis omnibus tibi de pantheris scripsi. turpe tibi erit. * Piscum Curioni decem Pantheras misisse: tè non * multis partibus plureis: quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit, putes illum tantùm, prædia rustica dare scire. Tu, si modò memoria tenuerit, & Cibyratas accesseris, itemque in Pamphiliam literas miseris (nam ibi plureis capi aiunt) quod voles, effices. Hoc vehementiùs laboro nunc, quòd seorsum à cæteris puto mihi omnia parandа. Amabo te, * impera tibi: hoc cura. Soles libenter, ut ego, * maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquendi cura est: hoc est imperandi & mandandi. Nam simul atq; erunt captæ qui aliant eas & deportent, habes eos quos ad Sittianam syngraphам misi, puto etiam si ullam spem mihi literis ostenderis, me istò missurum alios M. Feridium equitem Ro. amici mei filium, bonum & * strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo: & te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. Agros, quos fructuarios habent ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honestum factu est, immunes esse gratos & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare, Fauonium à calumniatoribus * præteritum optimus quisq; eum non fecit. Pompeius tuus apertè non vult, Cæsarem prouinciam tenere cum exercitu, & consulem esse: tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore S. C. faciendum:

* Epist. 11. lib. 2.

* 1. multò plures, ep. 2. lib. 1.

* Ad Att. ep. 24 lib. 11.

* Terent. in Eunucho: Imperaui egomet mihi omnia assentari.

* Ep. 15. lib. 9. & Cæsar li. 4. de bel. Gal.

* Minimè tardum in agendo.

*In petitione magistratus.

endum: Scipio hanc, ut Kalen. Martijs de provincijs Gallijs neu quid coniunctim referretur. Contristavit hæc sententia Balbum Cornelium & scio eum quæstū esse cum Scipione. Calidius in defensione sua fuit dissertissimus, in accusatione sanè * frigidus. Vale.

* Etiamin libro de claris orat Cicero eum frigidum & remissum in accusationibus appellat.

ARGVMENTVM.

Scribit de Parthici belli rumore: & de provincijs quid putet actum iri. addit actiones Curionis de agro Campano: de Ciceronis decessu affirmat se officio suo satis esse facturum.

COELIVS CICERONI S. D. 10.

SANE quàm literis C. * Cassij & Deiotari sumus commoti, nam Cassius eis *Euphratem copias Parthorum esse scripsit: Deiotarus profectus per Commagenem in provinciam nostram. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem quàm paratus ab exercitu esses, nequod hic tumultus dignitati tuæ periculum afferret. nam de vita, si* paratior ab exercitu esses, timuissem; nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Hoc quomodo acciperent hominns, quàm probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc. neque priùs desinam formidare, quàm tetigisse te Italiam audiero. Sed de Parthorum transitu nuncij varios sermones excitarunt. alius enim Pompeium mittendum, alius ab urbe non removendum, alius Cæsarem cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex S. C. privatos. Consules autem quia verentur ne illud S. C. fiat, ut *paludati exeant, & cōtumeliosè prætereos ad alium res transferatur, omninò senatum haberi nolunt.

* M. Crasso à Parthis cæso: quæstor eius, Cassius in provincia remanserat.

* Terminus erat Euphrates imperij Romani.

* Non enim acie confligunt, qui sunt ab exercitu imparati: itaque vitam in discrimen non adducunt.

* Ad bellum enim paludati exibat. ep. 17. l. 15.

nolunt, usq; eò, ut parum diligentes in rep. videantur. sed honestè, siue * negligentia, siue inertia est, siue illequem proposui, metus latet sub hac temperantiæ existimatione, nolle provinciam. A te literæ non venerunt: &, nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam * opinionem Cassius venerat, quæ diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata finxisse bellum, & Arabas in provinciam immisisse, eosq; Parthos esse, senatui renunciasse. Quare tibi suadeo, quicunq; est istic status rerum, diligenter & cautè perscribas: ne aut * velificatus alicui dicaris, aut aliquid quod referret scire, reticuisse. Nunc exitus est anni, nam ego has literas ad XIIII. Kalend. Decembreis scripsi, planè nihil video ante kalend. Ianuarias agi posse. nosti * Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit: itemq; Servium, quàm cunctator. Cuiusmodi putas hos esse? aut qui id, quod nolint, conficere posse, qui, quæ cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimentur? Novis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc caussa primos menseis occupabit. sin autem non erit, hæc caussa primos menseis occupabit; sin autem aut non erit istic bellum: aut * tantùm erit, ut vos, aut successores parvis additis copijs sustinere possint: Curionem video se duplicister iactaturum: primùm, ut aliquid Cæsari adimat: deinde, ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis, quamlibet tenue munusculum. Paullus porrò non humanè de provincia loquitur. huius cupiditati * occursurus est Furnius noster: plures suspicari non possum. Hæc novi, alia, quæ possunt accidere, non cerno. Multa tempus afferre, & præparata multa scio. Sed intra fineis hos, quæcunq; acciderint, vertentur. Illud addo, actiones

C. Cu-

* Negligentia voluntatis est, inertia etiam in scitiæ epist. 20. lib. 12.

* Et sanè Cassius non optimè audivit auaritiæ nomine, Plut.

* Assentando gratificatus.

* M. Marcellus, & Seru. Sulpitius consules erant.

* Tantum hoc loco refertur ad parvitatem, vt ep. 7. & apud Cæsarem li. 6. de bell. Gal. & li. 3. de bel. ciu.

* Quia trib. pl. esset designatus, ep 18 lib. 5. ad Att.

C. Curionis de* agro Campano, de quo negant Cæsarem laborare: sed Pompeium valdè velle, ne vacuus adveniente Cæsari pateat. Quod ad tuum decessum attinet, illud tibi non possum polliceri, me curaturum, ut tibi succedatur: illud certè præstabo, nequid amplius * prorogaretur. Tui consilij est, si tempus, si senatus togat, si honestè à nobis recusari non poterit, velisne perseverare: mei officij est, meminisse, qua obtestatione * decedens mihi, ne paterer fieri, mandaru. Vale.

* Dividendo, ep. 9. li. 1. & 20. lib. 12.

* Vide ep. 8. lib. 2.

* Epist. 1.

ARGVMENTVM.

Supplicationes Ciceroni à senatu decretas significat: pro re in provincia benè gesta: &, quæ fuerit cuiusque vel sententia, vel voluntas, docet. adscribit etiam de republica.

M. COELIVS CICERONI S. D. II

NOn diu, sed acriter nos tuæ supplicationes torserũt, Incideramus enim in difficilem nodum. Nã * Curio tui cupidissimus, cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat se ullo modo pati posse, * decerni supplicationes: ne, quod fauore Paulli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, et prævaricator causæ publicæ existimaretur, itaq; ad compactionem descendimus: & confirmarunt consules, se his supplicationibus in hunc annũ non usuros. Planè, quòd utrisq; consulibus gratias agas, est. Paullo magis certè. nam Marcellus sic respondit ei, se spem in istis supplicationibus non habere: Paullus se omninò in hunc annum non * edicturũ. Renunciatũ nobis erat, Hirrum diutiùs dicturum: prendimus eum: non modò non fecit, sed cùm de host. age-

* Trib. pleb.

* Trib. pl. supplicationes intercedendo impediebat, & Tribun. erat Curio.

* Supplicationes.

*Ad At. ep. 1. lib. 7.

retur, & posset rem impedire, si ut numerarentur postularet, tacuit. Tantùm Catoni assensus est, qui de te tam honorificè locutus, non decrérat supplicationes. Tertius ad hos Fauonius accessit. Quare pro cuiusque natura, & instituto gratiæ sunt agendæ: hi, quod *tantùm voluntatem ostenderunt: pro sententia cùm impedire possent, non pugnarunt: Curioni verò, quòd de suarum actionum cursu tua causa destexit. Nam Furnius, & Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, unà nobiscum circumierunt et laborárunt. Balbi quoq; Cornelij operam & sedulitatem laudare possum. nam cum Curione vehementer locutus est: & eum si aliter fecisset, iniuriam Cæsari facturũ dixit: tum eius *fidem in suspicionem adduxit. Decrérant qui iniquè transigi volebant, Domitij, Scipiones, quibus hac re ad intercessionem evocandam interpellantibus, venustissimè Curio respondit, se eò libentiùs non intercedere, quòd quosdam, qui decernerent, videret confici nolle. Quod ad rem pertinet, in unam causam omnis contentio conjecta est, de provincijs: in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Cæsar ante Idib. Nouemb. decedat. Curio omnia potiùs subire constituit, quàm id pati. ceteras suas abiecit actiones. *Nostri porrò, quos tu benè nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scenae ei totius hæc Pompeius tanquam Cæsarem nõ impugnet, sed quod illi æquum putet, constituat, ait, Curionem quærere discordias. Valdè autem nõ vult, et planè timet, Cæsarem cos designari priùs, quàm exercitũ & provinciam tradiderit. Accipitur satis malè à Curione: & totus eius secundus * consulatus exagitatur. Hoc tibi dico: si omnibus rebus pre-

*Tantũ, prosaltem, ut ep. 31. li. 7.

*Quasi Curio minus bona fide cum Cæsare in gratiam rediisset, nisi ei de supplicationib. Ciceronis gratificaretur.

* Optimates.

* In quo multa Cæsari dederat, quæ nũc idem contra ius eripere vellet.

prement Curionem, Cæsar defendetur: sin intercessorem (quod videntur) reformidabunt, Cæsar, quoad volet, manebit. Quàm quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum urbanarum: è quo tu quæ digna sunt, selige: multa transi. in primis ludorum* explosiones, & funerum, & cæterarum ineptiarum. plura habet utilia. Deniq; malo in hanc partem peccare, ut, quæ non desideras, audias, quàm quicquam, quod opus est prætermittatur. Tibi curæ fuisse Sitianum negotium gaudeo. Sed quando suspicaris, minùs certa fide eos tibi visos, tanquam procurator, sic agas, rogo. Vale.

*Ingredientib. in theatrum plausus dabatur, popularibus æqualis, ceteris cum sibilo & strepitu. ep. 2.

ARGVMENTVM.

Queritur de Appij Claudij iniurijs.

COELIVS CICERONI S. D. 12

PVDET me tibi confiteri, & queri de Appij hominis ingratissimi iniurijs, qui me odisse quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & cùm homo auarus, ut ea solveret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen, ut multi renunciarent, & ipse facilè animaduerterem, malè eum de me cogitare. Postea quam verò comperi, eum* collegium tentasse: deinde aperte cum quibusdam locutum: cum L.* Domitio, ut nunc est mihi inimicissimo deliberare, velle ho.* munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum ut reprehenderem & ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putaram, impetrare à me non potui. Quid ergo est? tum tamen cum aliquot amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum. Postea quàm illum, ne, cui satisfaceret quidem, me di-

*Augurum.
* Qui Appij collega fuerat in consulatu.
* Suspicor demendo. nam, deferre munusculum, est apud Cœlium accusare. epist. 8.

me dignum habere sensi: malui* collega eius homini alienissimo, mihique propter amicitiam tuam non aequissimo me obligare, quàm illius simiae vultum subire. Id postquàm reiecit, excanduit, & me caussam inimicitiarum quaerere clamitauit: quasi, quòd mihi in pecunia satisfecisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer. Posteà non destitit arcessere Polam Servium accusatorem, inire cum Domitio consilia, Quibus cùm parum: compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. Insolentissimi homines summis Circensibus *ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. Vix hoc erat Pola elocutus, cùm ego Appium Cos. eadem lege postulaui. quod melius caderet, nihil vidi. nam sic est à populo, & non infimo quoq; approbatum, ut maiorem Appio* dolorem fama, quàm postulatio, attulerit. Praeterea coepi sacellum, in domo quod est ab eo petere. Conturbat memoria serui huius, qui tibi literas attulit, nam acceptis prioribus literis, amplius quadraginta dies mansit. Quid tibi scribam, nescio: seu* Domitio diem timori esse. Exspecto te valdè, & quamprimùm videre cupio. A te peto, ut meas iniurias proinde doleas, ut me existimas & dolore, & ulcisci tuas solere. Vale.

*L. Pisonis, qui Appij collega erat in censurâ, Dio. lib. 40.

*Quos Caelius aedilis dabat, sed puto glossema esse.

* Erat enim Scantinia lex de concubitu puerorum.

* Similiter locutus ep. 14.

ARGVMENTVM.

Gratulatur affinitate Dolabellae, de Curionis intercessione, & de provinciis quid actum sit, significat, & de Hortensij praesenti iam morte nunciat.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 13

Dolabellae ep. 16. li. 2. GRATVLOR tibi affinitatem viri mediusfidius opti-

optimi, nam hoc ego de illo existimo. cetera porrò, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, & ætate iam sunt decursa, & consuetudine atq; auctoritate tua, pudore * Tulliæ, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. non est enim pugnax in vitijs, neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. deinde (quod maximum est) ego illum valdè amo. Vides Cicero, Curionem nostrum, lautum intercessionis de provincijs existimum habuisse. nam, cùm de * intercessione referretur, quæ relatio fiebat ex S. C. primaq; M. Marcelli sententia pronunciata esset, quid agendum cum tribunis pl. censebat: frequens senatus in * alia omnia ijt. Stomacho est Magnus nunc ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat. transierant illuc, ut ratio esset eius habenda, qui neque exercitum, neq; provincias tradere vellet. quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, cùm cognoscat: quidnam reip. futurum sit, si aut non posit, aut non curet, vos senes divites videritis. Q * Hortensius, cùm has literas scripsi, animam agebat. Vale.

* Vide epi. 15. lib. 2.

* Intercesserat Curione S. C. fieret de successore ante tempus Cæsari mittendo.

* Pro dissensit, vide ep. 2. lib. 1.

* Orator ille summus, Ciceronis æmulus, de quo vide in Bruto.

ARGVMENTVM.

Hæc epistola multa complectitur, de L. Domitii Ahenobarbi repulsa in auguratu, de Saturnio ab Cn. Domitio Calvino accusato, de Pompeij Cæsarisque discordia, de Appii ad corrigendam civitatem ridicula diligentia.

M. COELIVS M. CICERONI S. D.

TANTI non fuit * Arsacen capere * Seleuciam expugnare, ut earum rerũ, quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres. nunquam tibi oculi doluissent, si in repul

** Quia Cicero cum Parthis bellum gerebat, quorum rex Arsaces, regia Seleucia. nam ut Aegyptij reges Ptolemæi, sic omnes apud Parthos Arsacidæ.

sa Domitij vultum vidisses, magna illa comitia fuerunt: & planè studia ex partium sensu apparuérunt, perpauci necessitudinem secuti, officium præstitérunt. Itaq; mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quenquam tam oderit, quàm me: atq; eò magis, quòd per iniuriam sibi putat ereptum, cuius ego auctor fuerim. Nunc furit, tam gaviſos hominesſuum dolorem, unumq; me studiosiorem* Antonij. Nam Cn. Saturnium adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sinè quàm à superiore vita invidiosum, quod iudicium nunc in exspectatione est, etiam in bona spe, post Sext. Pæducei absolutionem. De summo reip. sæpe tibi scripsi, me etiámnum pacem non videre: & quo propiùs ea contentio, quàm fieri* necesse est, accedit, eò clariùs id periculum appáret. Proposita am hoc est, de quo qui rerum potiuntur sunt dimicaturi: quòd Cn. Pompeius constituit non pati, C. Cæsarem consulem aliter fieri, nisi exercitum & provincias tradiderit: Cæsari autem persuasum est, se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit. fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi* amores, & invidiosa coniunctio non ad occultam récidit obtrectationem, sed ad bellum erumpit: neque mearum rerum quid consilij capiam, reperio: neque dubito, quin te quoq; hæc deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia est, & necessitudo tam tantùm causam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, QVIN homines in dissensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis certetur, honestiorem sequi partem: ubi ad bellum & castra ventum sit, firmiorem: & id melius* statuere, quod

* Competitoris sui, qui augurātū obtinuit, li. 8. de bell. Gall. & hic ep. 11. l. 12. & Phil. 2. & Plut. in Antonio.

* Erat enim alia inter Pompeium & Cæsarem voluntaria potiùs quā necessaria contentio.

* Cum se Pompeius & Cæsar nō solum amicitia, sed etiam affinitate iunxerūt, bonis omnibus improbantibus, quod coniunctio contra rem. vidēbatur.

* Quod ipse statuit, vide ep. sequenti.

quod tutius sit. In hac discordia video, Cn. Pompeium senatum, quiq; res iudicant, secum habiturum: ad Cæsarem omneis qui cum timore, aut mala spe vivant, ac essaros: exercitum conferendum non esse. omninò satis spatij sit ad considerandas utriusq; copias, & eligendam partem. Propè oblitus sum, quòd maximè fuit scribendum. Scis Appium cos. hi ostenta* facere? de signis & tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrimè agere? Persuasum est ei, censuram lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur. Nam dum sordes eluere vult, venas sibi omneis & viscera aperit. Curre per deos atq; homines, & quamprimùm hæc risum veni: legis Scantiniæ iudicium apud* Drusum fieri, Appium de tabulis & signis agere. crede mihi, est properandum. Curio noster sapienter id quod remisit de stipendio Pompeij, fecisse existimatur. Ad summam, quæris quid putem futurum, si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere discordias: quas ferrum & vis iudicabit. uterq; & animo & copijs est paratus. Si sine summo periculo fieri posset, magnum & *iucundum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.

* Ita loquebantur cum iudices significarent exempla nō desunt.

*Cùm bonum civem simulet.

*Iudicē esse Drusum, qui reus esse deberet.

* Loquitur ex ingenio suo, namCiceroni optimo viro, & patriæ studioso, minimè iucundum certamen inter cives.

ARGVMENTVM.

Pompeium vituperat, Cæsarem laudat: addit de cupiditate sua conveniendi, & alloquendi Ciceronis, & de itinere ad Alpes.

M. COELIVS M. CICERONI
S. D.

ECQVANDO tu hominem ineptiorem, quàm tuum Cn. Pompeium, vidisti, qui tātas turbas, qui tam

nugax esset, commorit? ecquem autem Cæsare nostro
*Hoc dicit, quia Cæsar, Corsinio capto, civibus omnib. pepercerat, in his Domitio, Lentulo, aliis
actiorem in rebus gerendis, eodem in victoria* temperatiorem aut legisti, aut audisti? Quid est? num tibi nostri milites, qui durissimis & frigidissimis locis, tertima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? Quid? Iam, inquis, gloriose omnia. si scias quàm sollicitus sim, tum hanc meam* gloriam, quæ ad me nihil pertinet, derideas. quam tibi exponere, nisi coràm, nō possum: idq; celeriter fore spero. nam me cùm expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem vocare: id quod iam existimo confectum: nisi maluit Pompeium Brundusii citi-
*Epist. l. 7.
* i. peream nisi maxima causa est: *Quod nam ob meum delictum? cùm hoc quasi ad alicuius peccati pœna imponatur.
cumsedere. *peream, si mihi ma causa est properandi isto mihi, quod te videre, & omnia intima tecum conferre discupio. Habeo autem quàm multa, hui vereor, quod solet fieri, ne, cùm te videro, omnia obliviscar: sed* tamen quódnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit? ideò quod intimely in armis sunt, neq; de magna caussa Bellienus* verna Demetrij, qui ibi cum præsidio erat, Domitium quendam nobilem illic Cæsaris hostem, à contraria factione nummis acceptis comprehendit & strangulavit. civitas ad arma ijt, eò nunc cum quatuor cohortibus mihi per niveis eundum est. Vsquequaq; iniquus, *se Domitij malè habent. Vellem quidem Venere prognatus, tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum* ipse Cadenatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale.
* Olim non cum præfert Intemelios.
* Ob L. Domitiū. Corfinii captū.
* Pfecadenatus legit Pantagathus egregiè.

ARGVMENTVM

Pulso ex Italia Pompeio, suadet Ciceroni Cœlius, ne afflictam fortunam sequatur: consulitq; ut in aliquem locum

locum à bello vacuum se recipiat. suasio est ab utili contra honestum. nam cum Pompeio resp. videbatur.

M. COELIVS M. CICERONI S. D. 19

EX ANIMATV Stuis à literis, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti: neq; id quid esset, perscripsisti, neq; non tamen quale esset quod cogitares, aperuisti: has illicò ad te literas scripsi. Per* fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro & obsecro: nequid gravius de salute & incolumitate tua consulas. nam deos, hominesq; amicitiamq; nostram testificor, me neq; temerè tibi prædixisse, neque temere monuisse, sed postquam Cæsarem convenerim, sententiamq; eius, qualis futura esset parta victoria cognoverim, te certiorem fecisse. Si existimas, eandem* rationem fore Cæsari in dimittendis adversarijs, & conditionibus ferendis, eras. Nihil nisi atrox & sævum cogitat, atq; etiam loquitur. iratus senatui* exijt. his interceßionibus plane incitatus est, non mehercule erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt: si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet: eorum fortunas non debes velle conturbare, ut eam causam, in cuius victoria salus nostra est odisse, aut relinquere* cogamur: aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Deniq; illud cogita, quod offensæ fuerit in ista cunctatione, te priùs subisse. nunc te contra victorem facere, quem dubijs rebus lædere noluisti: & ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te parum* optimatem es-

* Huic epi. respondet Cicero epi. 16. lib. 2.

* Vsurpatur hic loquendi modus in re misera, vide epi. 1. lib. 4.

*Si ita lenę fore putas in dimittendis adversariis ut fuit in conditionibus de pace ferendis.

* Ex vbis & Coelius & Ciceronis genes Dolabella sequebātur.

* Adoptatū pleriq; veteres libri.

se parùm diligenter, quid * optimum sit eligas. Quòd si totum tibi persuadere non possum: saltem dum, quid de * Hispanijs agamus, scitur, exspecta: quas tibi nuntio adventu Cæsaris fore nostras, quam isti spem habeant, amissis Hispanijs, nescio. Quod porrò tuum consilium sit ad desperatos accedere, non medius fidius reperio. hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, Cæsar* audierat. ac simulatq; aue, mihi dixit: statim quid de te audisset, exposuit. negavi me scire: sed tamen ab eo petij, ut ad te literas mitteret, quibus maximè ad remanendum commoveri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam nisi ita faceret, ego priùs quàm ad urbem accederem, ubicunq; esses, ad te percurrissem, & hoc à te præsens contendissem, atq; omni vi te* retinuissem. Etiam atque etiam mi Cicero cogita, ne te, tuosq; omneis funditùs evertas: ne te sciens, prudensq; eò demittas, unde exitum vides nullum esse. quòd si te aut voces optimatium commovent, aut nonnullorum hominum * insolentiam & iactationem ferre non potes; eligas tenseo aliquid oppidum* vacuum à bello, dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. Id si feceris, & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes. Vale.

* Quod ad tuam salutē pertineat.

* Proficiscebatur in Hispaniam Cæsar, contra Pompeij legatos, ipso Italia ejecto.

* Te ad Pompeiū in Græciam transiturum.

* Ne ex Italia discederet.

* Epi. 16. li. 2. & lib 9.

* Ep. 6. li. 2.

ARGVMENTVM.

Quæritur se Curionis amore, & Appij odio ab optima mente desciuisse, & Cæsaris partes potiùs, quàm Pompeij, secutum esse: cuius rei culpam partim in fortunam, quod in Hispania fuerit quo tempore Cicero ad Pompeium in Græciam profectus est, partim etiam in Ciceronem ipsum confert. postremo, quid moliatur, exponit.

M. COE.

M. COELIVS M. CICERONI
S. D. 17

ERGO me potiùs *in Hispania fuisse, quàm Formijs, tùm cùm tu profectus es ad Pompeium? quod utinam aut non in ista parte Appius Claudius, aut non in hac C. Curio fuisset: cuius amicitia me paullùm in hanc perditam causam impositi. nam mihi sentio bonam mentem *iracundiæ & amore ablatam. Tum tu porrò, cùm ad te proficiscens noctu Ariminum venissem, dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, & mirificum civem agis, amici officium neglexisti, neq; mihi consuluisti. Neq; hæc dico, quod diffidam huic causæ: sed crede mihi, perire satius est, quàm hos videre. Quòd si timor vestræ *crudelitatis non esset, ejecti iampridem hinc essemus. nam hic nunc præter fœneratores paucos nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maximè plebs, & qui antea noster fuit, populus, vester esset. Cur hoc inquis? imò reliqua exspecta. vos invitos vincere coëgero, irritavi in me Catonem. Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quà nos pateamus, & quà simus imbecilli. atq; hoc nullius præmij spe faciam, sed quod apud me plurimùm solet valere, *doloris atq; indignationis causa. Quid istic facitis? prælium exspectatis, quod firmissimum est? vestras copias non novi: nostri valdè depugnare, & facilè algere, & esurire consueuerunt. Vale.*

* Fuit enim cum Cæsare epi. antecedenti.

* Iracundia in Appium amore in Curionem. de Appio, epist. 11. de epist. 6, 10. & 12.

* Minatus erat Pompeius, qui cum ipso arma non sumsissent, pro hostibus habiturum.

* Huius doloris causam vide apud Cæsarem li. 3. de bel. civil.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER IX, AD M. VARONEM & ceteros,

ARGVMENTVM.

Adventum cupit Varronis, quod in eius, librorumque consuetudine omnem spem reposuerit leniendi doloris, quem ex afflicta republica capiebat.

M. CICERO M. TERENTIO VARRONI S. D.

EX IIS literis, quas Atticus à te ad se missas mihi legit, quid ageres, & ubi esses, cognovi. Quando autem te visuri essemus, nihil sanè ex eisdem literis potui suspicari. In spem tamen venio, appropinquare tuum adventum: qui mihi, utinam solatio sit. etsi tot, tantis q; rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut ego te sortasse, aliqua re iuvare, scito enim me, * posteaquàm in urbem venerim, redüsse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam. etsi non iccirco eorum usum demiseram, quod ijs succenserem, sed quo eorum me suppudebat. videbar enim mihi, cùm me in res turbulentissimas infidelissimis socijs demisissem, præceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, & revocant in consuetudinem pristinam: teque, quòd in ea * permanseris, sapientiorem, quàm me dicunt fuisse. Quamobrem quando placatis his utor, videor

* Victo Pompeio Magno, cũ Cæsar ex Alexãdria reversus Ciceroni peperciisset.

* Non valdè se Varro immiscuit civilibus bellis vide epi. 6.

deor sperare debere, si te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facilè transiturum. Quamobrem siue in Tusculano, siue in Cumano id te placebit, siue (quod minimè velim) Romæ: * dummodò simul simus, perficiam profectò, ut id utriq; nostrum commodissimum esse videatur. Vale.

* Ep. l. 11. 7.

ARGVMENTVM.

Diutiùs retentæ epistolæ causam exponit: deinde suadet, sibiq; ita statutum affirmat, ut hominum frequentiam vitet, dum gratulatio ob Africanæ victoriæ nuntium defervescat, suumq; iuvandæ quoquo modo reipub. desiderium declarat.

CICERO VARRONI S. D.

CANINIVS* idem tuus, & idem noster, cùm ad me perveſperi venisset, & se postridiè manè ad te iturum esse dixisset: dixi ei me daturum aliquid manè, & ut peteret rogaui. Conscripsi epistolam noctu: nec ille ad me rediit, oblitum credidi. Attamen eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridiè te manè è Tusculano exiturum. * At tibi repentè paucis post diebus cùm minimè exspectarem, venit ad me Caninius manè: proficisci se ad te statim dixit. Etsi erat ἔωλος illa epistola, præsertim tantis posteà novis rebus allatis: tamen perire meam * lucubrationem volui, & eam ipsam Caninio dedi sed cum eo, & homine docto, & amantissimo tui, locutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilij do, quod mihimetipsi, ne vitemus oculos hominum, si linguas minùs facilè possumus. qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur: qui autem victos esse

* Sic legitur in tribus antiquis libris: sic etiam locutus est infrà ep. 17, & lib. 2. de divin. Marcellus, idem imperator, idem, augur.

* Tibi ornamenti causa positum, ut ep. 2. lib. 8. & ad Att. epi. 15. lib. 10.

* Lucubratio propriè quia noctu scripta fuerat.

esse nostros molestè ferunt, nos dolent * vivere. Quæres fortasse, cur, cùm hæc in urbe sint, non absim, quemadmodum tu. Tu enim ipse, qui & me & alios prudentia vincis, omnia credo, vidisti: nihil omninò te fefellit. Quamuis quis est tam * Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? ac mihi quidem iamprídem venit in mentem, bellum esse aliquò exire, ut ea, quæ agebantur hic, quæq; dicebantur, nec viderem, nec audirem. sed * calumniabar ipse putabam, qui obviam mihi veniret, ut cuiq; commodum esset suspicaturum, aut dicturum etiam, si non suspicaretur. Hic aut metuit, & ea re fugit: aut aliquid cogitat, & habet nauem paratam. Denique levissimè qui suspicaretur, & qui fortasse me nauisset optimè, putaret me iccircò discedere, quòd quosdam homines * oculi mei ferre non possent. Hæc ego suspicans, adhuc Romæ maneo: & tamen ἀεὶ ἀβόρως consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationem mei consilij. tibi igitur hoc censeo, latendũ tantisper ibidem, dum defruescat hæc * gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodum, negotium confectum sit: confectum enim esse existimo. Magni autem interierit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. Quanquam quò me coniectura ducat, habeo: sed expectio tamen. Te verò nolo, nisi ipse * rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. erit enim nobis honestius etiam, cùm hinc discesserimus, videri veniisse in illa loca ploratum potius quàm natatum. Sed hæc tu melius: modò * sit nobis illud, unà vivere in studijs nostris, à quibus * anteà delectationem modò petebamus, nunc verò etiam salutẽ: non deesse, siquis adhibere volet non modò ut arbitre-

clos,

* Vide ep. 1. lib. 7. & sequenti.

* Vnde adagium, Lynceo perspicacior.

* Suspicabar falsa fortasse.

* Vide epist. 26. lib. 2. & lib. 8.

* Quòd in urbe maneam.

* De Africana Cæsaris victoria.

* In vita Attici in extrema.

* Epist. 3. li 4. & 3. h. lib.

ctos verùm etiam ut fabros ad ædificandam remp. & potiùs libenter accurrere, si nemo utetur opera, tamen & scribere, & legere πολιτείας: &, si minùs in curia atq; in foro, at in literis & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, * navare operam reip. & de moribus ac legibus quærere. Mihi hæc videntur: tu, quid sis facturus, & quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris. Vale.

* Grauarem remp. habent veteres li. multi legendum fortasse iuuare.

ARGVMENTVM.

Scribit se iturum ad Varronem: sed homines reprehensuros dicit, si Baijs futuri sint: sed tamen eorum inscitiam negligere, & in studijs omninò cum Varrone victurum.

CICERO VARRONI S. D. 5.

ETSI* quid scriberem, non habebam: tamen amico ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergò potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum. etsi vide quæso, satisne rectum sit, nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem ijs, qui nesciunt, nobis, quocunq; in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert? Tamen in sermonem incidemus. valdè id, * credo, laborandum est, ne, cùm omnes in omni genere & scelerum, & flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego verò neglecta * barbarorum inscitia te persequar. quamvis enim hæc sint misera, quæ sunt miserrima, tamen artes nostræ nescio quomodo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant. sive quia nulla nunc in re alia* acquiescimus: sive quòd gravitas morbi facit, ut me

* Hæc est epistola, quã in proxima superiore vocat ἔωλον, ideoq; collocari antè illã debuit.

* Ironia, qua corrigit superiorem proximam sententiam.

* Indoctorum hominum.

* Vide ep. 3. l. 4. & 2. huius libri.

ut medicina egeamus, eaq; nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, cum valebamus. Sed quid ego hæc ad te, cuius domi nascuntur? γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. nihil scilicet, nisi ut rescribens aliquid me exspectares. Sic igitur facies. Vale.

ARGVMENTVM.

De Varronis adventu ex Diodori philosophi sententia iocatur, nam in lib. de Fato Diodori opinionem improbat, & Chrysippo.

CICERO VARRONI S. D.

Περὶ ἀδυνάτων me scitote διαλεγόμενον. *quapropter si venturus es, scito, necesse esse te venire; sin autem non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nunc vide, utra te κρῖσις magis delectet, χρυσιππεία, an hæc, quam noster * Diodorus non concoquebat. Sed de his etiam rebus otiosi cum erimus loquemur, hoc etiam est κατὰ χρύσιππον ἀδύνατον. De Cosilio mihi gratum est. Nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te. si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. Vale.*

* De hoc Diodoro, & de Chrysippo, vide Ci. in lib. de Fato.

* De hoc Diodoro Stoico philosopho, Ciceronis magistro, li. 3. de natu. deor. & in Bruto.

ARGVMENTVM.

Probat & diem, quo conventuri sunt, & Varronis suum; consilium, quòd, semel à Cæsare victi, ab armis discesserint.

CICERO VARRONI S. D.

MIHI verò ad Non. benè maturum videtur fore, neq; solùm propter rem. sed etiam propter anni tempus. Quare diem istum probo: itaq; eundem ipse sequar. Consilij nostri, ne si eos quidem, qui id sequuti non sunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem.

* Vide ep. 6. lib. 4. & 30. lib. 7.

sequu-

*sequuti enim sumus non spem, sed officium. Reliquimus autem non officium, sed desperationem. ita verecundiores fuimus, quàm qui se domo non commouerunt: saniores, quàm qui amissis opibus domum non reverterunt. Sed nihil minus fero, quàm severitatem *otiosorum: & quoquo modo res se habet, magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non satisfacimus, quia vivimus. Mih si spatium fuerit in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic te videbo: sin minùs, persequar in Cumanum & antè te certiorem faciam, ut lavatio parata sit. Vale.

* Vide ep. 9. lib. 6.

*Qui reprehendebat eos, qui extrema belli civilis persequi noluerunt, ep. 11.

ARGVMENTVM.

Nunciat Cæsaris adventum: & belli civilis causam in Pompeium potiùs, quàm in Cæsarem, confert. Varronem autem laudat, quod se armis ad studia, quasi è tempestate in portum, contulerat.

CICERO VARRONI S. D.

CANINIVS mi ter me tuis verbis *admonuit, ut scriberem ad te si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur *aduentus in exspectatione: neq; tu id ignoras, sed tamen cum ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense venturum, scripserunt ad eum sui, ne id faceret: multos ei molestos fore, ipsumq; multis: in Pontinum videris commodius eum exire posse. Id egò non intelligebam quid interesset, sed tamen Hirtius mihi dixit, & se ad eum, & Balbum, & Oppium scripsisse, ut ita faceret, homines (ut cognoui) amantes tui. Hoc ego iccirco nosse te volui, ut scires, hesternum tibi ubi paratus, vel potiùs utrubi. quid enim ille facturus, incertum est. & simul *ostentaui, me sic esse

* De hac epistola vide epist. 2.

* Adventus Cæsaris ex Africa.

* Cum scripserim tibi, quid mihi Hirtius dixerit: quæ fuit quasi ostentatio quædam familiaritatis cum Hirtio.

esse familiarem, & consilijs eorum interesse. Quod ego cur nolim nihil video. NON enim est idem ferre, si quid ferendum est: & probare si quid probandum non est. Etsi quid non probem, equidem nescio, præter initia rerum: nam hæc in voluntate fuerunt. vidę enim (nam tu aberas) nostros amicos * cupere bellum, hunc autem non tam cupere, quàm non timere. Ergo hæc consilij fuerunt, reliqua necessaria. vincere autem aut hos aut illos, necesse est. Scio te semper metum in luctu fuisse, cum videremus cùm illud ingens malum alterutrius exercitus exitium: tùm verò extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. * crudeliter enim otiosis minabantur: eratq; ijs & tua invisa voluntas, & mea oratio. Nunc verò si essent nostri * potiti, valdè intemperantes fuissent. erant enim nobis perirati, quasi quicquam de nostra salute decrevissemus, quod non idem illi censuissemus: aut quasi utilius reipub. fuerit, eos etiam ad * bestiarum auxilium confugere, quàm vel mori, vel cum spe si non optima at aliqua tamen vivere. At in perturbata repub. vivimus. quis negat? sed hæc viderint ij qui nulla sibi subsidia ad omnem vitæ statum paraverunt. huc enim ut venirem, superior longius, quam volui, fluxit oratio. cùm enim te semper magnū hominem duxi, tum quòd his tempestatibus, ex prępe solus in portu, * fructusq; doctrinæ percipis eos qui maximi sunt, ut ea consideres, eaq; tractes, quorum & usus & delectatio est omnibus * istorum & actis, & voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto: libenterq; omnibus omnis opes com-

* Epist. 1. & 2. lib. 4 & 21. lib. 6.

* Ep. 14. l. 4. & ult. l. 8. & ad Att. epi. 6. lib. 11. & Cæs. lib. 1. de bell. ciui.

* In Africa.

* Ap Iubæ regis elephantos.

* Epist. 1.

* Cæsarianorum qui ob victoriam lætissimi sunt.

concesserim ut mihi liceat vi nulla interpellante, isto modo vivere. Quod nos quoq; imitamur, ut possumus, & in nostru studijs libentissimè conquiescimus. QVIS enim hoc non dederit nobis ut, tùm opera nostra patria siue non possit uti, siue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortasse non rectè, sed tamē multi etiam reip. proponendam putauerunt? Quæ igitur studia magnorum hominū sententia vacationem habent * etiam publici muneris, ijs concedente repub. cur non abutamur? Sed plus facio, quàm Caninius mandauit. is enim, si quid ego scirem, rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro quæ tu melius scis, quàm ipse qui narro. Faciam ergo illud quod rogatus sum, ut eorum, quæ temporis huius sint, quæ tua interesse audiero, nequid ignores. Vale.

* Etiam cum respub. non concedere videtur: cum scilicet, reb. salvis, quæ nunc perdita sunt: officium atque operam à civibus exigit.

ARGVMENTVM.

Ait iam maturum esse ut ab urbe discederat: & de reditu Cæsaris ex Africano bello rumores quosdam nunciat.

CICERO VARRONI S. D. 7

COENABAM apud Seium, cum utrig; nostrū redditæ sunt à te literæ. Mihi verò iam maturū videtur. Nam quòd anteà * te calumniatus sum, indicabo malit ā meam volebam propè alicubi esse si quid bonæ saluti σὺ τε δὲ ἔρχεσθω. Nunc quando confecta sunt omnia dubitandū non est, quin æquis viris. nam ut audivi de * Lucio Cæsare Filio, mecum ipse, Quid hic mihi faciet * patri? Itaq; non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitar. Quid faciam? tempori seruiendum est. Sed ridicula missa faciamus, præsertim

* Te, videtur abundare &c.

* A Cæsare occiso Suet.
* Ex Andria Terentij.

cum sit nihil, quod videamus: Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Itaq; nullum est ἀπορρηγμα quod nō verear. Sed quod quæris quando quà, quo: nihil adhuc scimus. istuc ipsum de Baÿs: nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. illud enim adhuc *prædium suum non inspexit. non ullū habet deterius, sed tamen contemnit. Ego omninò magis arbitror per Siciliam vel iam scimus. adventat enim Dolabella. cum puto *magistrū fore. πολλοὶ μαθηταὶ κρείττους διδασκάλων, sed tamen si scirem quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimùm ad tuum. quare expecto tuas literas. Vale.

*Quasi provinciæ populi R. Cæsaris essent prædia deterius autem dixit ob cœli pestilentiam ad Q. fr.

*Is nos docebit: cum nos eum in literis ioleamus.

ARGVMENTVM.

Promiserat Varro, quosdam libros se esse in Ciceronis nomine editurum. Cicero nunc admonet eum promissi, missis quasi admonitoribus quatuor libris Academicis, quos Varroni dicauit.

CICERO VARRONI S. D.

ET SI munus flagitare, quamvis quis *ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen ego exspectatione *promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. nosti enim profectò os huius adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos misi: qui metuo ne te fortè flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. exspectabam omninò tam diu, meq; sustinebam, ne ad te priùs ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quàm simillimo munere. Sed cùm tu id tardiùs faceres, id est, ut ego interpretor, diligentiùs: teneri non po

*Significauerit se daturum. ep. 3. lib. 2.

*Fortè libros intelligit de lingua latina, quam postea ad Ciceronem misit.

sui.

tui, quin coniunctionem studiorum, amoriq; nostri, quo possem, literarum genere, declararem. Fecit igitur sermonem inter nos habitū in Cumano, cùm esset unà Pomponius. tibi dedi partes Antiochinas, quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi * Philonis. puto, fore, ut, cùm legeris, mirere, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus: sed nostri morem dialogorum. Posthac autem, ni Varro, quam plurima, si videbitur, & de nobis, & inter nos: serò fortasse: sed superiorum temporum, fortuna reipub. caussam sustineat. Hæc ipsi præstare debemus. Atq; utinam quietis temporibus, atq; aliquo si non bono, at saltem certo statu civitatis hæc inter nos studia exercere possimus. quanquam tum quidem vel aliæ quæpiam occupationes, honestas nobis & curas & actiones darent. Nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? mihi verò cum his ipsis vix, his autem detractis, ne * vix quidem sed hæc coram, & sæpiùs. Migrationem & emptionem tibi feliciter evenire volo, tuumq; in ea re consilium probo. Cura ut valeas.

* Ep. 1. 1. 11. & Tusc. 2.

* Quod antehac minus scripsimus, eorum temporum caussam resp. sustinere debet: hæc autem tempora præstare ipsi debemus, quoniam otium conceditur.

* Sic futurus lib. 11. de fin.

ARGVMENTVM.

Suadet Dolabella gener Ciceroni, ut aut Cæsaris partes sequatur, aut in aliquam civitatem à bello vacuam se recipiat quod idem Cœlius fecerat, vide epist. 16. lib. 8.

DOLABELLA CICERONI
S. D.

SI VALES, gaudeo: ego valeo, & Tullia nostra rectè valet.* Terentia minùs bellè habuit: sed certum scio, iam convaluisse eam. Præterea rectissimè sunt apud

* Quam vixisse annos CVIII. Plin. auctor.

te omnia. Si nullo tempore in suspicionem tibi debuiv-
nire partium causa potiùs quàm tua, tibi suadere, ut
*Iam Pompeius Italiam, Hispaniasq; amiserat. infra hac ipsa epistola.
te, aut cum Cæsare, nobiscum q; coniungeres, aut cer-
te in otium referres: præcipuè nunc iam* inclinata
victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere
opinionem, nisi in eam, in qua scilicet tua de re tibi
*Pro nostra affinitate.
suadere videar, quod* pie tacere non possum. Tu au-
tem, mi Cicero, si hæc accipies, ut sive probabuntur
tibi, sive non probabuntur, ab optimo certè animo, ac
*Vnde Magni cognomen assumserat.
dedititiumo tibi & cogitata & scripta esse iudices. A-
nimadvertis, C. Pompeium nec nominis sui, nec* re-
rum gestarum gloria, nec etiam regum, aut nationum
clientelis, quas ostentare crebrò solebat, esse tutum:
& hoc etiam, quod infimo cuiq; contigit, illi non posse
*In Hispania
*Ad Dyrrachium
contingere, ut honestè effugere posit, pulso Italia, a-
misso Hispanijs,* capto exercitu veterano,* circum-
vallato nunc denique; quod nescio an ulli unquam no-
stro acciderit imperatori. Quamobrem quid aut ille
sperare posit, aut tu, animum adverte pro tua pru-
dentia. sic enim facilimè, quod tibi utilissimum erit,
*Ab utili.
consilij capies. Illud* autem à te peto, vt, si iam ille
vitaverit hoc periculum, & se abdiderit in classem,
tu tuis rebus consulas, & aliquando tibi potiùs, quàm
*Ab honesto, sic Virg. Sat. patriæ, Priamoque datum.
cuivis sis amicus,* satisfactum est iam à te vel officio,
vel familiaritati: satisfactum* etiam partibus, & ei
reip. quam tu probabas. Reliquum est, ubi nunc est
resp. ibi simus potiùs, quàm dum illam veterem sequi-
mur, simus in nulla. Quare velim mi iucundissime
*Dyrrachij Pompeius obsidebatur.
Cicero, si fortè Pompeius pulsus his quoq;* locis, rur-
sus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas,
vel in quamvis quietam recipias civitatem, quod si

eris facturus. velim mihi scribas: ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. quæcunq; de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, quæ est humanitate Cæsar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. erit tuæ quoq; fidei & humanitatis, curare, ut is tabellarius, quem ad te misi, reverti possit ad me, & à te mihi literas referat. Vale.

ARGVMENTVM.

Quasi per iocum scribit, inter Niciam & Vidium se iudicem esse constitutum: & item per iocum de P. Syllæ morte quiddam scribit.

CICERO DOLABELLAE SVO S. D. 10

NON sum ausus* Salvio nostro nihil ad te literarum dare; nec mehercule habebã quid scriberem, nisi te à me mirabiliter amari. de quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certò scio. omninò mihi magis literæ sunt exspectandæ à te, quàm à me tibi. nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter* Niciam nostrum, & Vidium, iudicem esse. profert alter (ut opinor) duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquã criticus antiquus iudicaturus sum, utrùm sint τὰ ποιητὰ, an παρεμβεβλημένοι. Puto te nũc dicere, Oblitúsne es igitur fungorum illarum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia* Septimiæ? quid ergo? an, adeò mihi excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant? sed tamen suavissimum

* Libens.

* Hic est Curtius Nicias Grammaticus. de quo Suet. in lib. de claris Grammaticis.

* Subaudi, filia, mulieres interdum ab ordine nascendi appellabantur.

ornatorum nostrum præstabo integellum: nec cõmittam, ut si ego eum condemnaro, tu * restituas, ne habeat Plancus Bursa, apud quem literas discat. Sed quid agol cùm mihi sit incertũ, tranquillone sis animo, an, ut in bello, in aliqua manuscula cura, negotióve * verò sere, labor longius. Cùm igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus, te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse * de P. Syllæ morte antè, quam certum sciret, nũc quærere desierunt, quomodo perierit. Satis putant se scire, quod sciunt. Ego ceteroqui animo æquo fero, unum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Vale.

* Alludit ad eos quos lege Pompeia damnatos Cæsar restituerat.

* In bello Hispaniensi

* Epi. 17. li 15.

* Præfuerat Sylla vendendis in auctione proscriptorum civium bonis.

ARGVMENTVM.

Deplorat Tulliolæ mortem: & in Dolabellæ sermonibus plurimum sibi ait solatii futurum: quanquam iam eam Dolabella dimiserat: sed fingendum erat Ciceroni, temporis causa, cùm Dolobella apud Cæsarem dominantem gratia plurimum valeret.

CICERO DOLABELLAE SVO S. D. 11.

VEL meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quàm eo casu, quo sum gravissimè afflictus. quem ferrem certè moderatiùs, si te haberem: nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis multùm levaret. sed quoniam * brevi tempore, ut opinio nostra est, te sum visurus: ita me affectum offendes, ut multum à te possim iuvari: non quod ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem: sed tamen * hilaritas illa nostra, & suavitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi

* Iam enim Hispaniensis belli, cui Dolabella interfuerat, exitus exspectabatur.

* Ad Att ep. 19. lib. 12.

omnia

omnis est. firmitatem tamen & * constantiam, si modo fuit aliquando nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere: non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur: quàm intelligi cupio, quod certè intelligitur, me à te amari quod ut facias, te etiam atq; etiam rogo ignoscasq; brevitati mearum literarum, nam & celeriter una futuros nos arbitror & nondum satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

* Virodignè quam tamè videtur amisisse, ut ex epi. ad Att. licet conijcere.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Dolabellæ de Baiarum salubritate: & orationem pro Deiotaro rege ad Cæsarem habitam, mittit.

CICERO DOLABELLAE S. D.

GRATVLOR * Baïs nostris, si quidem ut scribis, salubres repentè factæ sunt, nisi forte te amant, & tibi assentantur, & tamdiu dum tu ades, sunt oblitæ sui. quod quidem si ita est, minùm è miror, cœlum etiam & terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere.* Oraciunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putáram ita quicquam tibi missi, velim sic legas, ut causam tenuem & inopem. nec scriptione magnoperè dignam. Sed ego hospiti veteri & amico munusculum * mittere volui levidense crasso filo * cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti fortiq; sis, ut tua moderatio & gravitas, aliorum infamiæ iniuriam. Vale.

Quò se valetudinis causa conferebant, ep. 12.

* Quæ extat

* Sic antiquis libris aut sub audiatur voluisse.

* Nec enim benignus erat Deiotarus, vide ep. 12. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Rogat Dolabellam, ut Suberino & Planio reditum in pa-

in patriam conficiat: eosq; ita excusat, ut ostendat eos fu quodam & necessitate coactos Pompeij partes in Hispania fouisse.

CICERO DOLABELLAE S. D.

C. SVBERINVS Calenus & meus est familiaris, & Leptæ* nostri familiarissimi perneccessarius. Is cùm vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrûm post Afranium superatum bellum ullum fore putarat: incidit in ea ipsa mala, quæ summo studio vitaverat. oppressus est enim bello repentino, quod bellum commotum à * Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. Eadem causa ferè est M. Planij hæredu, qui est item Calenus, Leptæ nostri familiarissimus. Hosce igitur ambos sic tibi commendo, ut maiore* cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim. volo ipsorum causa: meâ in eo vehementer & amicitia movet, & humanitas. Lepta verò cùm ita laboret, ut eius fortunæ videantur in discrimen venire: non possum ego non aut proximè, atq; ille, aut etiam æquè laborare. Quapropter etsi sæpe expertus sum, quantum me amares: tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maximè iudicaturum. Peto igitur à te, vel, si * pateris, oro, ut homines miseros, & fortuna, quam vitare nemo potest, magis, quàm culpa, calamitosos conserves incolumeis: velisque per te me hoc munere cũ ipsis amicis hominibus, tum municipio Calenо, qui cum mihi magna necessitudo est,

* Lepta fuerat cũ Cicerone præfectus fabrum in provincia. epist. 7. lib. 5.

* T Quinct. Scapula. de hoc bello vide Dionem lib 43.

* Observa hæc tria verba: quib. singulis vis petitionis augetur.

* Non enim hoc pati videtur amor in me tuus, vide in fine ep. 2. lib. 1.

do est, tum Leptæ, quem omnibus antepono dare. quod dicturus sum, puto equidem non valdè ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. Res familiaris alteri eorum valdè exigua est, alteri vix* equestris. Quapropter quando his Cæsar vitam sua liberalitate concessit, nec est quod ijs præterea magnoperè possit adimi: reditū, si me tantùm amas, quantùm certè amas, hominibus confice, in quo nihil est, præter viam longam: quam iccircò non fugiunt, ut & vivant cum suis, & moriantur domi. quod ut enitare, contendaq; vel potiùs ut perficias (* posse enim te mihi persuasi) vehementer te etiam atq; etiam rogo. Vale.

* Ad quadringenta igitur millia eius census perveniebat.

* Erat enim apud Cæsarem gratiosissimus Dolabella.

ARGVMENTVM.

Dolabellam laudibus extollit, quia columnam, in foro Cæsari, quasi Deo, erectam, everterat. vide li. x I v. ad Atticum. & Lactantium. lib. I. cap. x v.

CICERO DOLABELLAE COS. S. D. 14

ETSI contentus eram mi Dolabella tua gloria, satiq; ex ea magnam lætitiam, voluptatemq; capiebam: tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. neminem conveni (conveniò autem quotidiè plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in hæc* loca veniant, præterea ex municipijs frequentes necessarij mei) quin omnes, cùm te summis laudibus ad cœlum* extulerunt, mihi continuò maximas gratias agant. negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis & consilijs obtemperans, præstantissimum te civem, & singula-

* Non erat amplius Ciceronis gener divortium enim fecerat cum Tullia lib. 11 epist. ad Att.

* Ad Baias epist. 12.

* Ob eversam à te columnam, aræque aram ep 2. li 1. & 1. lib. 12.

rem

*Erat enim consul Dolabella cum Antonio.

rem *consulem præbeat. Quibus ego quanquam verissimè possum respondere, te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio, tamen neq; planè assentior, ne imminuam laudem tuam, si omnis à meis consilijs profecta videatur: neque valdè nego. sum enim avidior etiam, quàm satis est, gloriæ. Est tamen non alienum à dignitate tua, quod ipsi *Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consilijs capiundis Nestorem: mihi verò gloriosum, te iuvenem consulem florere laudibus, quasi *alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar, cùm ad eum ægrotum *Neapolim venissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antè, quàm me planè salutavit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantùm si ego apud sororis *filium valerem, tam salvi esse possemus. Dolabellæ verò tuo & gratulor, & gratias ago: quem quidem post te consulem, solum possumus verè consulem dicere. Deinde multa de facto, ac de regesta: tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum unquam nihil reip. *salutarius. atq; hæc una vox omnium est. A te autem peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas *cernere. meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare, quanquam mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas, si modò sunt aliquæ meæ laudes, ad te *transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. nam cùm te semper tantùm dilexerim, quantùm tu intelligere potuisti. tum tuis his factis sis incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius. NIHIL est enim (mihi credo) virtute formosius,

*Hom. Ilia lib. 1.
*Discipulum suũ vocat ep. ult. l. 7. & 8. & 9. huius lib.
*Ad At. ep. 17. lib. 14.
*M Antonium collegam Dolabellæ in cõsulatu: cuius mater L. Cæsarem fratrem suum, proscriptum postea servavit.
*App. li. 4. de bel. civ. vide epi. 1. lib. 12.
*i. adire, ut locutus est sæpè cum ad Atticum scriberet.
*Vide translatum translato reddidimus, sunt enim antithera translata. transfundere & exhaurire.

sius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Sen per amaui, ut scis, M. Brutum propter eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem atq; constantiam: tamen *idib. Martijs tantum accessit ad amorem, ut mirarer, locum fuisse augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum esse videbatur. quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denig; amare videar, antea *dilexisse. Quare quid est quod ego te horter, ut dignitati & gloriæ seruias? proponam tibi claros viros, quod facere solent qui hortarentur? neminem habeo clariorem, quàm te ipsum. te imitere oportet: tecum ipse certes. Ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tui similem esse, quod cùm ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis intendum est. contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa *seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine tum animi tum etiam ingenij atq; consilij. legi enim concionem tuam. nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim tum accessis ad causam facti, tum recessus, *ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu neq; solùm ad tempus maximam utilitatem attulisti sed etiam exemplum, quo facto intelligere debes, in te repositam esse rempub. tibiq; non modò tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, à quibus *initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura

* Quo die Cæsar & Brutus occidit. ep. 8. lib. 10.

* Diligere levius est quam amare in ep. 1. ad M. Br. Clodius inquit, valdè me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον valdè me amat & ep. 9. lib. 3.

* Populo enim gratior clementia, quàm seueritas. ad Att. li. 10. ep. 4.

* Vt per omnes liceret tibi quamprimum animaduertere in eos, qui columnam erexerant.

* Quasi dicat, reliqua à te exspectantur.

rupe-

propediem, ut spero. Tu quando rempt. nosq; conseruas, fac ut diligentissimè te ipsum, mi Dolabella, custodias. Vale.

ARGVMENTVM.

Duabus Pæti epistolis respondet, priore hoc, iure se eius valetudine perturbatum, cuius & amorem in se, & ingenij festivitatem plurimi faciat: posteriori, nihil referre, utrum Romæ sit, an Neapoli, cùm Romæ uniusnutu omnia regantur: itaq; se manere in sententia de domo Neapoli emenda, dicit.

CICERO PAETO S. 15

DVABVS tuis epistolis respondebo: uni quam triduo antè acceptam à * Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi pergratam tibi esse sententiam meam, & curam valetudinis tuæ, animumq; erga te meum: quem tibi perspectum esse gaudeo: sed, mihi crede, non perinde, ut est * reapse, ex literis perspicere potuisti. nam cùm à satis multis (non enim possum aliter dicere) & coli me videam, & diligi, nemo est illorum omnium mihi te iucundior. nam quòd me amas: quòd id & iampridem, & constanter facis, est id quidem magnum, atque haud scio, an maximum: sed tibi commune cum multis. quòd tu ipse tam amandus es, tamq; dulcis, atque in omni genere iucundus, id est, propriè tuum. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres, atque urbani sales. Ego autem (existimes licet quod lubet) mirificè capior facetijs, maximè nostratibus, præsertim cùm eas videam primùm * oblitas Latio tum, cùm in urbem nostram

* Seruiorum nomina.

* Pro re ipsa l. 2. de Divin. lib. 1. de Fin. Eodem modo Pacuvius & Afri minor locuti sunt Festus, & Seneca l. 19. epist.

* Inquinatas.

stram est infusa peregrinitas: nunc verò etiam brachatis & * transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaq; te cùm video, omneis mihi Granios, omneis Lucillios, &, verè ut dicam, Crassos quoq; & * Lælios videre videor. Moriar, si præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginẽ antiquæ, & vernaculæ festivitatis agnoscere. Ad hos lepores cùm animo erga me tantus accedat, miraris, me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graviter exanimatum fuisse? Quòd autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emtionis Neapolitanæ fuisse, sed auctorem commorationis urbanæ: *neq; ego aliter accepi: intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te, mihi lucere id, quod ego arbitrabar, res has nov omnino quidem, sed * magnam partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora, quid simile? ne mihi quidem ipsi tunc placebat diutiùs abesse ab reipub. custodia. Sedebamus enim in puppi, clavumq; tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. An minus multa S. C. futura putas, si ego sim Neapoli? Romæ cùm sum, & urgeo forũ, S. C. scribuntur apud * amatorem tuum, familiarẽ meum. Et quidem, cùm in * mentem venit, pavor assuisse ad scribendum: & antè audio, S. C. in Armeniam & Syriã esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omninò mentionem ullã de ea re esse factam. Atq; hoc nolim me iocari putes, nã mihi scito iam à regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellaverim: quos ego non modò reges appellatos, sed omninò natos nesciebam. Quid ergo est? amen quãdiu hic erit noster

his

* Hoc dicit, quia Cæsar multos ex Gallia trãsalpina civitate devorat.

* Lælio tribuit 1. offic. vultus hilaritatem, in lib. de claris or. sermonis elegantiam. miror, cur de C. Cæsare. Catuli fratre non meminerit, qui facetijs omnes vicit li. 1. off bis, & l. 2. de or.

* Epist. 4. ad Att.

* Pro, ex maiori parte, sic ep. 7. lib. 8. Acad. 2. Tusc. 4. Ter. in Eunu. & Cæs. Magnã partem lacte viviunt.

* Epist. 27.

* Cum ipse Cæsari in mentem venit, ponit in senatus cõsulto, me assuisse scribendo.

hic præfectus * moribus, parebo auctoritati tuæ: cùm verò abierit, ad fungos me tuos conferam. Domum si habebo: in denos dies singulos sumtuariæ legi consuleram: sin minùs invenero quod placeat, decrevi habitare apud te. scio enim, me nihil gratiùs tibi facere posse. Domum Sullanam desperabam iam, ut tibi proximè scripsi: sed tamen non * abieci. Tu velim ut scribas, cum fabris eam perspicias. si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitij cetera mihi prolabuntur. Vale.

* Loquitur de Cæsare, cui senatus moribus per triennium præfecerat. Dio. lib. 42.

* Sic, abijce rædificationem epist. lib. 12.

ARGVMENTVM.

Ostendit primùm, nihil à se prætermissum, ut Cæsarianorum sibi benevolentiam conciliaret. deinde neque boni civis, neque sapientis hominis officium in se desiderari posse. postremò, ad Papirij iocationes respondet.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D.

DELECTAVERVNT me literæ tuæ: in quibus primùm * amavi amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit, verentem ne Si'us suo nuncio aliquid mihi sollicitudinis attulisset, de quo & tu mihi antea scripseras. Ego quidem eodem exemplo, facilè ut intelligerem, te esse commotum: & ego tibi accuratè rescripseram, ut quoquo modo in tali re aut tempore, aut liberarem te ista cura, aut certè levarem. Sed quando proximis quoque literis * ostendis quanta tibi cura sit ea res: si mi Pæte habeto, quicquid arte fieri potuerit (non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam exequendum est) sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam, & colligendam, summo studio me conse-

* Sic, dolere dolorem: gaudere gaudium, ep. 2. lib. 7. & lib. 8.

* Verebatur Pætus, ne quæ ex Cæsareanis Cicero offenderet.

consecutum esse: nec frustrà, ut arbitror. sic enim color, sic obseruor ab omnibus ijs, qui à Cæsare diliguntur, ut ab eis me amari* putem. Nam, etsi NON FACILE dijudicatur amor verus, & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit, cetera sunt signa communia: * Sed ego uno utor argumento quamobrem me ex animo, vereq; arbitrer diligi. quod & nostra fortuna ea est, & illorum, ut simulandi causa non sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta, cùm à iure discessum est: nec* prastari quisquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipsius nulla re à me offensus est animus. est enim adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio. ut enim olim arbitrabar esse meum, liberè loqui, * cuius opera esset in ciuitate libertas: sic ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acutè, aut facetè dictorum* offensionem, fama ingenij mihi est abijcienda, quod si possem, non recusarem. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium: & ut Seruius frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facilè diceret, hic versus Plauti non est: hic est, quod tritas haberet aures* notandis generibus poetarum, & consuetudine legendi: sic audio, Cæsarem, cùm volumina tam confecerit ἀποφθεγμάτων, vel per se, siquid afferatur ad eum, pro meo, quod meum non sit reijcere solere. quod eò nunc magis facit, quia vivunt mecũ ferè quotidiè illius familiares. Incidit

* Potest enim aliquis coli nec amari.

* Pro, tamẽ ut referatur ad, Etsi.

* Pro certo affirmari.

* Ob Catilinæ coniurationem oppressam.

* Quod incurreret in ea vel sine industria.

*Et quia attentè legerat, & quia multum.

autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis, cùm dixi, nec illiterata, nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. ita enim ipse mandauit. sic fit, ut siquid præterea de me audiat non audiendum putet. Quamobrem * Oenomao tuo nihil utor. etsi posuisti ioco versus Attianos. sed quæ est inuidia? aut quid nunc mihi inuideri potest? Verùm fac esse omnia: sic video philosophis placuisse, ijs qui mihi soli videntur vim virtutis tenere. NIHIL esse sapientis * præstare nisi culpam. qua videor mihi diligenter cauere. & quòd ea senserim quæ rectissima fuerunt: & quòd cùm viderem præsidij non satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis, certè non sum reprehendendus. Reliquum est * nequid stultè, nequid temerè dicã, faciámue contra potentes. id quoq; puto esse sapientis. Cetera verò quid quisq; me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum viuant ij, qui me assiduè colunt, & obseruant, * præstare non possum. Ita fit, ut & superiorum consiliorum conscientia, & præsentis temporis moderatione me consoler; & illam Attij similitudinem non modò iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam: quam existimo * leuem, & imbecillam animo firmo, & graui. tanquam fluctum à saxo frangi oportere. Etenim cùm plena sint monumenta Græcorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis, cum seruientibus suis ciuitatibus, fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neq; offendam animum cuiusquã, nec frangam dignitatem meam? Nunc veniã ad iocationes tuas, quando tu secundũ Oenomaum Ati-

* Attij tragœdia: cuius versus in ep. sua Papirius recitarat.

* Efficere, ut non sit: cauere, vitare. nam, culpa quidem ut vitetur, in nobis est.

* Quod est officium sapientis.

* Multis enim quasi involucris obtenditur cuiusq; natura.

* Antitheta leue, imbecillum, & firmum: quibus exornatur oratio.

um Atij, non ut olim solebat, Atellanum, sed ut nunc fit. Mimum iam duxisti, quem tu mihi *pompilium, quem denariũ narras? quam tyrotharici patinam? facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros. puto enim te audisse (si forte ad vos omnia perferuntur) illos apud me declamitare, me apud eos cœnitare. Tu autem quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est. tum enim, cùm rẽ augebas, quæ stiunculis te faciam. *attentiorem: nunc cùm tam a quo animo bona perdas, non eo sis consilio, ut cùm me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. Etiam hæc levior est plaga ab amico, quàm à debitore. Nec tamen eas cœnas quære, ut magnæ reliquiæ fiant. quod erit, magnificum sit & lautum. Memini te mihi* Phameæ cœnam narrare. temperius fiat: cetera eodem modo. Quòd si perseveras me ad matris tuæ cœnam revocare, feram id quoq;. volo enim videre animum, qui mihi audeat ista, quæ scribis, apponere: aut etiam polypum Miniani Iovis similem. Crede mihi, non audebis: ante meũ adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet: eam extimesces. Neq; est quòd in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli solebam enim antea *delectari oleis & Lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? liceat modò istò venire. Tu verò (volo enim abstergere animi tui merum) ad tyrotarichũ antiquum redi. Ego tibi unũ jus tum afferam, quòd balneum calfacias oportebit. cætera more nostro: superiora illa lusimus. De villa Seliciana & cura, si diligenter, & scripsisti facetissimè. itaq; puto me prætermissurum. *satis enim satis est, sannionum parum. Vale.

* Donatus in via Ter. & Liu. lib. 7.

* Et popillum & polypum, est in antiquis libris. De polypo quidem paulò infrà.

* Attentus dicitur hoc loco ad rem conservandam: unde illud Horatij ep. 7. Durus ait Vultei nimis attentusq; videtis.

* Puto esse Tigelli cantoris avum, de quo epi. 24. li. 7.

*Sic in duabus libris Sigonii.

* Hoc videtur dicere: an cœnus quidem locus sed solitarius.

ARGVMENTVM.

Agros quosdam Cæsar militibus diuidebat. ea diuisio, veritus est Pætus, ne ad ipsius agros perveniret. id quærenti Cicero respondet.

M. T. CICERO L. PAPIRIO PAETO S. D. 19

NON tu homo ridiculus es, qui cùm * Balbus noster apud te fuerit, ex me quæras, quid de istis municipijs & apris futurum * putem? quasi aut ego quicquã sciam, quod iste nesciat: aut, siquid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Imò verò, si me amas, tu fac ut sciam quid de * nobis futurum sit. habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses. Sed ego ista, mi Pæte, non quæro: primùm quia de * lucro prope iam quadriennium vivimus: si aut hoc lucrum est, aut hæc vita, superstitem reip. vivere: deinde quòd scire quoq; mihi videor quid futurum sit. fiet enim quodcunq; volent, qui valebunt: valebunt autem semper arma. Nobis igitur satis esse debet, quicquid conceditur. hoc si qui pati non potuit, * mori debuit. Veientem quidem agrum & Capennatem metiuntur. hic non longè abest à Tusculano. Nihil tamen timeo: fruor dum licet: opto, ut semper liceat. si id minùs contigerit: tamen quando ego vir fortis, idemq; philosophus viuere pulcherrimum duxi, non possum eum non diligere, cuius beneficio id consecutus sum, qui si cupiat esse remp. qualem fortasse & ille vult, & omnes optare debemus: quid faciat tamen, non habet: ita se cum * multis colligauit. Sed longius progredior. scribo enim ad * te. Hoc tamen scito, non

* Intimus Cæsaris amicus.
* Non fore putem, ut diuidantur.
* Non de agris, sed de nobis ipsis.
* Quia vitam, quam iure belli nobis Cæsar poterat eripere, sua liberalitate concessit.
* Vel in acie, ut multi, vel morte voluntaria, ut Cato & Scipio, Pompeij socer.
* Epist. 24.
* Cui hæc nota sunt, quem nihil præterit, vide ep. 2.

to non modò me, qui consilijs non interfum, sed ne ipsum quidem principem scire quid futurum sit. Nos enim illi servimus, ipse temporibus. ita nec ille quid tempora postulatura sint: nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. Hæc tibi antea non rescripsi, non quòd cessator esse solerem, præsertim in literis: sed cùm explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc *de isto periculo nihil audisse. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficilima, ferre quæcunq; erunt. Vale.

* De agris istis dividendis hæc ipsa epist.

ARGVMENTVM.

Exponit, quibus causis adductus, quasi aperto ludo, adolescentes in eloquentia cœperit exercere. addit nonnulla per iocum de cœnarum lautitia.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO. 18

CVM essem otiosus in Tusculano, propterea quod* discipulos obviam miseram, ut ijdem me quàm maximè conciliarent familiari suo: accepi tuas literas plenissimas suavitatis: ex quibus intellexi probari tibi consilium meum, quòd, ut Dionysius tyrannus, cùm Syracusijs expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego sublatis iudicijs, amisso* regno forensi, ludum quasi habere cœperim. Quid quæris? me quoq; delectat consilium. multa enim consequor primùm, id quod maximè nunc opus est, *munio me ad hæc tempora, id cuiusmodi sit, nescio, tantùm video, nullius adhuc consilia me huic anteponere; nisi fortè mori melius fuit in le-

* Hirtium & Dolabellã, Cæsaris familiariſſimos ep. ult. l. 7. & 7. h. li.

* Cũ in causis ob singularem eloquentiam regnare videretur.

*Munio me Cæsaris amicorum amicitia Hirtij, Dolabellæ.

Aulo, fateor: sed non accidit. in acie non fuit ceteri quidem Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius* fœdè perierunt. at Cato præclarè. Iam istuc quidem, cùm volemus, licebit: domus nudò operam, ne tam necesse nobis sit, quàm illi fuit: id quod *agimus. Ergo hoc primum sequitur illud: ipse melior fio, primùm valetudine: quàm intermissa exercitationibus amiseram: deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. Extremum illud est quòd tu nescio an primum putes: plureis iam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu istic te *Atteriano iure delectato, ego me hic Hirtiano. Veni igitur, si vir es, & disce iam πρωτογωνίας, quas quæris: & si sus Minervam. Sed quando, ut video, æstimationes tuas vendere non potes, neq; ullam denariorum implere: Romam tibi remigrandum est, satius est hic eruditate, quàm istic fame. Video te bona perdidisse: spero idem istuc familiares tuos. Actum igitur de te est, nisi provides. potes malo isto, quem tibi reliquũ dicis esse, quando cantherium comedisti, Romam pervehi: sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima: eam puluinus* sequetur. Vale.

* Scipio tamen nõ fœdè, qui ipsum occidit ut Cato. epist. 10 me Liviana. lib. 13.

* Quia do operam, ut muniam me amicitia Cæsaris amicorum.

* Aut coquus aut conviva Pœti, artifex cœnarum.

*Prope meam sellam.

ARGVMENTVM.

Cùm scripsisset Pœtus Balbum tenuiculo apparatu fuisse contentum, ioci materiam inde arripit Cicero: idque eum arguit malitiosè scripsisse, ne maiorem apparatum ipse requireret.

CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 19

TAMEN à malitia non discedis, tenuiculo apparatu si-

tu significas Balbum fuisse contentum. Hos videris dicere, cùm reges tam sint continentes, multò * magis consulares esse oportere. Nescis me ab illo omnia exspectatum, recta eum à porta domum meam venisse. neq; hoc admiror, quòd non ad tuam potius, sed illud, quod nec ad suam, ego autem tribus primis verbis. Quid noster Pætus? At ille adiurans, nusquam se unquam libentius. Hoc si verbis assecutus es, aures ad te asseram non minùs elegantes: sin autem obsonio; peto à te, ne pluris esse * Balbos, quam diserios putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si me expedivero, ut in ista loca venire possim, non committam, ut te serò à me certiorem factum putes. Vale.

* Quasi rex esset Balbus, quia potentissimus erat apud Cæsarem.

* Ludit in Balbi ambiguo nomine.

ARGVMENTVM.

Iocatur suo more cum Pæto: Epicurcum se ait esse factum, abiecta reip. iudiciorumq; cura.

CICERO S. D. PAPIRIO PAETO. 20

DVPLICITER delectatus sum tuis literis: & quòd ipse risi, & quòd te intellexi iam posse ridere. me autem à te, ut scurram velitem,* malis oneratum esse, non molestè tuli. illud doleo, in ista loca venire me, ut constitueram, non potuisse: habuisses enim non hospitem, sed * contubernalem. at quem virum! non eum, quem tu solitus es promulside coquere integram famem * ad ovum afferre: itaq; ad assum vitulinum opera perducitur. Illa mea, quæ solebas antea laudare, O hominem * facilem! ò hospitem non gravem! abierunt nam omnem nostram de republicam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum

* Fortè ob mala à Papirio dono missa.

* Diu enim mansificem apud te.

* Ad initia cœnæ.

* Qui quolibet cibo contentus esset. eo. loco

abiecimus, in Epicuri nos * adversarij nostri castra coniecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cùm in sumtus habebas: etsi nunquam plura prædia habuisti. Proinde te para: cum homine edaci tibi res est, & qui iam aliquid intelligat. οἱ πλακοῦντες autem homines scis quàm insolentes sint. dediscendæ tibi sunt sportellæ & * artolagani tui. Nos iam ex areis tantùm habemus, ut Vettium tuum & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocare sæpiùs audeamus. Sed vide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi sine pavone: tamen in ea cœna cocus præter ius servens nihil potuit imitari. Hæc igitur est nunc vita nostra, manè salutamus domi, & bonos viros multos, sed tristeis: & hos lætos victores, * qui me quidem perofficiosè & peramanter observant. Vbi salutatio defluxit, literis me * involuo, & aut scribo, aut lego. Veniunt etiam qui me audiant, quasi doctum hominem: quia paullo sum, quàm ipsi doctior. Inde corpori omne tempus datur. Patriam eluxi iam & gravius & diutiùs, quàm ulla * mater unicum filium. Sed cura, si me amas, ut valeas: ne ego te iacente bona tua comedam, statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

* Magna enim Epicuro cum Academicis de summo bono controversia est.

* Panes placentis similes.

* Idem ep. 12. l. 4. 7. & 32. lib. 6. & 24. lib. 7.

* Abdo me in literas, idem est, vide ep. 33. li. 5.

* Et natura mollior, ideoq; ad fletum proclivior, quàm pater & spe senectutis alendæ destitutæ. nam patri, amisso filio, præsidii tamen aliquid in se ipso relinquitur.

ARGVMENTVM.

Confutat quod Papirius scripserat, fulmina quædam verborum esse in Ciceronis epistolis, quæ ipse stulte imitaretur. confutat & illud, quòd negarat Papirium quenquam fuisse patricium.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 21

* Sic li 6. ad Att. 4. de Fin. 1. & 3. de Leg. & Tereat.

AIN * tandem? insanire tibi videris, quòd imite-

re ver-

re verborum meorum, ut scribis, fulmina? Tum insanires, si consequi non posses. cùm verò etiam vincas, me priùs irrideas, quàm te oportet. Quare nihil tibi opus est illud à * Trabea, sed potiùs ἀπόδειγμά meũ. Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nónne *plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo. Privatas causas, & eas tenueis, agimus * subtiliùs: capitis aut famæ, scilicet ornatiùs: epistolas verò quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen, mi Pæte, qui tibi venit in mentem negare Papirium quenquam unquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricij minorum gentium: quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui * consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cùm antea * censor cum eodem fuisset, annis post R. C. CCCXII. sed tum Papirij dicebamini. Post hunc XIII. fuerunt sella Curuli ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio cursore magistro equitum fuit annis post R. C. CCCCXV: & quadriennio post consul cum C. Duilio. Hunc secutus est Cursor, homo valdè honoratus: deinde L. Massò ædilitius, inde multi Massones. quorum quidem tu omnium patriciorum imagines * habeas volo. Deinde Carbones, & Turdi insequuntur. Hi plebeij fuerunt: quos contemneas censeo. Nam præter hunc Cn. Carbonem, quê Damasippus * occidit, cuius è repub. Carbonum, nemo fuit. Cognovisti Cn. Carbonem & eius fratrem scurram. quid his improbius? De hoc amico meo Rubriæ filio nihil dico. Treis illi fratres fuére, P. C. M: Carbones.

* Poeta comico de Fin. & in Tusc. 4.

* Humili nec elaborato.

* Subtilitas est cum minuta quæq; diligentissimè persequimur.

* Præposterè, consul, & censor, librarius collocauit: cũ alterum alterius loco reponendũ, Livius & Dionysius ostendant.

* Domi, è cedro quod genus igni tineas nescit Serv. in comment. Virg.

* Val. Max. li. 9. cap. 2.

bones, Publius Flacco accusante, condemnatus est: fugit Marcus ex Sicilia: Caius accusante Lucio *Crasso, cantharidas sumsisse dicitur. Is tribunus plebis seditiosus & P. Africano vim attulisse existimatus est: *Hoc verò qui Lilybæi à Pompeio nostro interfectus est, improbior nemo meo iudicio fuit, iam pater eius accusatus à *M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur. Quare ad patricios censeo revertare. plebeij quàm fuerint importuni, vides. Vale.

*Lib. 1. de or. & in Bruto & Tacitus.

*Cnæum significat.

Valer. Max. li. 5. cap. 3.

*Oratore.

L. Crassi æmulo. Suet. Clodium, à patribus ad plebē transire conantē eadem die, horaq; nona traduxit.

ARGVMENTVM.

Disputat in epistola sequenti pro Stoicis de libertate loquendi: quos tamen ait se non imitari.

M. CICERO PAPIRIO PAETO S. D. 22.

AMO verecundiam: tu potiùs libertatem loquendi, atq; hoc Zenoni placuit homini mehercule acuto: etsi Academiæ nostræ cum eo magna rixa est. sed ut dico placet *Stoicis suo quamq; rem nomine appellare. sic enim differunt, nihil esse obscœnum, nihil turpe dictu, nam si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium. in re non est, itaq; non modò in comœdijs res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo: modò (forte nosti canticum: meministi Rosium) ita me destituit nudum: totus est sermo verbis tectus, re impudentior: sed etiam in tragœdijs quid est enim illud? Quæ mulier una? quid, inquam, est? *Vsurpata duplex cubile? quid illud, Phærei hic, cubile inire est ausus? Quid est, Virginem me quondam invitam per vim violat? Iupiter bone, violat? at qui idem significat. sed *alterum nemo tulisset. Vides igit ut

*Quorū sectæ principē & conditorem Zenonē Citiānū nominavit.

*Vt sit verbum deponēs tēporis præteriti.

*Futuit nemo tulisset.

igitur cum eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri turpe. Ergo in re non est. multò minùs in verbis. si enim quod verbo significatur, id turpe non est: verbum, quod significat, turpe esse non potest. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Si turpe est, ne alieno quidem: Si non est, suo potius. Caudam antiqui penem vocabant: ex quo est propter similitudinem periculus. At hodie penis est in obscœnis. * At verò Piso ille frugi in annalibus suis queritur adolescentes peni deditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine. ille tectiùs penem. sed iam multis factum est tam obscœnum, quàm id verbum, quo tu usus es. Quid, quòd vulgo dicitur, Cùm nos te volumus convenire, num obscœnum est? Memini, in senatu disertum consularem ita eloqui. Hanc culpam maiorem, * an illam dicam? Potuit obscœnius? Non, inquis. non enim ita sensit. Non ergo in verbo est: docui autem in re non esse: nusquam igitur est. Liberis dare operam, quàm honestè dicitur? etiam patres rogant filios: eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. is Connus vocitatus est. num id obscœnum putas? Cùm loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cùm bini, obscœnum est. *Græcis quidem, inquies, Nihil est ergo in verbo, quando & ego Græcè scio. & tamen tibi dico bini, idq; tu facis, quasi ego Græcè, non Latinè dixerim. Ruta et menta, rectè utrunque. volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam. nō licet Bella tectoriola dicis: dic ergo etiam pavimēta isto modo. non potes. Viden' igitur nihil esse, nisi ineptias? turpitudinem nec in verbo esse, nec in re? itaq; nusq; esse? Ergo in verbis honestis obscœna ponimus, quid enim?

* Et magis placeret, nō enim contraria sed similia sequuntur, quia multi penem appellant.

*Quasi anilem.

Βίος enim apud Græcos est fuctue à βιόω, cœno.

enim? non honestum verbum est divisio? At inest obscœnum, cui * respondet intercapedo. num hæc ergo obscœna sunt? Nos autem ridiculè. si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de * Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. & quidem iam etiam non obscœna verba pro obscœnis sunt. Batuit, inquit, impudenter: depsit, multò impudentiùs. atqui neutrum est obscœnum. Stultorum plena sunt omnia. Testes verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis. At honesti, Colei Lanuvini: Cliternini, non honesti, quid? ipsa res non modò honesta, modò turpis? Suppetit, flagitium est, iam erit nudus in balneo: non reprehendes. Habes scholam Stoicam. ὁ σοφὸς εὐδυβρήμων ἔσται quàm multa ex uno verbo tuo? Te adversus me omnia audere, gratum est. Ego * servo & servabo (sic enim assuevi) Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. sed illi etiam crepitus aiunt æquè liberos, ac ruclus esse oportere. Honorem igitur * kalend. Mart. Tu me diliges, & valebis.

* Est enim agere divisio, patientis intercapedo.

* Amat libertatem, sed verecundiam servat.

** Subaudi, habere volui. Vide Servium ad illud Virg. lib. 8. Curibusq; severis: & Festum in dictione Martias.

* Infra dicit constituisse ad te venire: sed quo die, certum non habet.

* Strabo lib. 5.

ARGVMENTVM.

Prænunciat Pæto adventum suum: quanquam enim audierit eum pedib laborare, se tamen putare ait, coquum illius articulari morbo non impediri, quo minus cœnam possit apparare.

CICERO PAETO S. D.

HERI veni in Cumanum: cras ad te fortasse. Sed cùm * certum sciam, faciam te paulò antè certiorem. Essi M Ceparius, cùm mihi in silva * Gallinaria obviam venisset, quæsissem, quid ageres, dixit te in lecto esse.

Fortè vis fortuna deventus
Fortasse est dubitationis

esse quòd ex pedibus laborares, tuli scilicet molestè, ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam, non enim arbitrer coquum etiam te atrhricum habere. Exspecta igitur hospitem cùm * miniminè edacem, tum inimicum cœnis sumtuosis. Vale.

* Non multum cibi dixit infra ep. 26.

ARGVMENTVM.

Rursum à Pæto commendatum, ait sibi curæ etiam atque etiam fore. dein monet, ut omninò ad cœnas & convictum amicorum redeat. concludit, nihil sibi reposcarius.

CICERO PAETO. S. D.

RVFVM istum, amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuvarem quantum possem etiam si ab eo læsus essem, cùm * te tantoperè videremus eius causa laborare. cùm verò & ex tuis literis, & ex illius ad me missis, intelligam, & iudicem, magnæ curæ ei salutē meam fuisse: non possum ei non amicus esse, neq; solùm tua commendatione, quæ apud me, ut debet, * valet plurimum, sed etiam voluntate, ac iudicio meo. Volo enim te scire, mi Pæte, initium mihi * suspicionis & cautionis, & diligentiæ fuisse literas tuas, quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. Nam & Aquini, & Fabrateriæ consilia sunt inita de me, quæ te videò * inaudisse: & quasi divinarent, quàm his molestius essem futurus nihil aliud egerunt, nisi, me ut opprimerent, quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi à te admonitus essem. Quamobrem iste tuus amicus apud me commendatione non eget. ruinam ea * fortuna reip. sit, ille me quàm gra

* Amicitiæ nostræ illius iniurias condonarem.

* Idem ep. 19. lib. 1.

* Catilinæ temporib.

* Inaudire, est de rebus occultis, ut exempla declarant.

* Quia resp. bellis civilibus afflicta suas vires amisserat.

gratissimum posse cognoscere. Sed hæc hactenus. Te ad cœnas itare desisse, molestè fero. magna enim de delectatione, et voluptate privasti. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dediscas, & obliviscare cœnulas facere: nam si tum, cùm habebas quos * imitarere, non multum proficiebas, quid nunc te factur ũ putem? Spurina quidem, cùm ei rem demonstrassem & vitã tuam superiorem exposuissem, magnum * periculum summæ reip. demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem, tum, cùm Favonius flaret reverti sses, hoc tempore ferri posse, si fortè tu frigus * ferre non posses. Sed mehercule mi Pæte, extra iocum, moneo te, quòd pertinere ad beatè vivendum arbitror, ut cum viris * bonis, iucundis amantibus tui vivas. Nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè vivendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atq; victus, remissionem animorũ quæ maximè sermone efficitur familiari, quæ est in convivijs dulcissimus: aut sapientiùs nostri, quam Græci illi συμπόσια ut σύνδειπνα. id est cõpotationes aut cõcœnationes: nos, convivia quod tum maximè simul vivitur. Vides ut te * philosophando revocare coner ad cœnas? Cura ut valeas. id, foris cœnitando, facillimè consequere. Sed vale, si me amas, existimes, me, quòd iocesius scribam, abiecisse curam reip. fuisse tibi, mi Pæte, persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salui, liberiq; sint, nullum locum prætermitto * monendi agendi, providendi. hoc demiq; animo sum, ut si in hac cura, atq; administratione vitæ mihi ponenda sit, * præclarè actum mecum putem. Etiam atq; etiam vale.

* Cùm eorũ cœnas videres.

* Hæc non seriò, sed per iocum dicta.

* Lusit in verborum similitudine ferri & ferti.

* Eodem modo, viros bonos, iucundos, amantes sui, dixit. ep. 21. lib. 5.

* Quia rationibus utitur.

* Tria postulantur ab optimo ciue.

* Non pessimè dixit ep. 5. lib. 4.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Scripsit hanc epistolam ante bellum civile, cum esset in Cilicia proconsul, & cavillatur in eo, quia sibi Papirius præcepta de re militari literis tradiderat, Deinde M. Fabium commendat.

CICERO IMPERATORI PARTO. 25

SVMMVM me* ducem literæ tuæ reddidêre, planè nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros, & Cineæ video lectitasse. Itaq; obtemperare cogito præceptis tuis: hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora maritima, contra equitem Parthum negant ullam armaturam* meliorem inveniri posse. Sed quid ludimur? nescis quocum imperatore tibi negotium sit, κύρος πολέμιος, quam contriverã legendo, totã in hoc* imperio explicavi. Sed iocabimur aliàs coràm & ut spero, brevi nunc ades ad imperandũ, vel ad parendum potius. sic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) summus mihi est usus: valdeq; eum diligo, cùm propter summam probitatem eius, ac singularem modestiam, tum quod in his controversijs, quas* habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera eius uti soleo. Is cùm ad me Laodiceam venisset mecumq; eum ego esse vellem, repentè* percussus est atrocissimis literis in quibus scriptũ erat, fundum Herculanensem à Q. Fabio fratre* proscriptum esse, qui fundus cum eo cõmunis esset. Id M. Fabius pergraviter tulit, existimavitq; fratrem suum, hominem nõ (ap)erentem impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. Nunc, si me amas, mi Parte, negotium totum suscipe, & mo-

Ἰσοστράτηγος

* Cic. Tusc. 1. Pli. l. 7. c. 24. Plut. in Pyrrho.
* Quia scilicet effugere navibus possumus.
* In hac provinciæ administratione.
* In disputationibus contra Epicureos.
* Ad Atti. ep. 8. li. 4. & Ter. in And.
* Vt venderetur.

& molestia Fabium libera.* Auctoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres & iudicijs turpibus conflictari. * Matonem & Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? non me hercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. id ille inte positum esse putat, mihiq; persuadet. Vale.

* Apud Cæsarem epist. 15.

* Mato cognomen Pomponiæ gentis, Pollio Asiniæ.

ARGVMENTVM.

Descriptio & excusatio cœnæ hilarioris, præsertim accumbente Cytheride meretrice, mima.

CICERO PAETO S. D. 26.

ACCVBVERAM hora nona, cùm ad te * harum exemplum in codicillis exaraui. Dices, Vbi? Apud Volumnium Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius familiares tui. Miraris, iam exhilaratam esse severitatem nostram? Quid ergo faciã? te consulo, qui philosophum audis. Angar? excruciémne me? quid assequar? deinde quem ad finem? Vivas, inquis, in literis. an quicquam me aliud agere censes? * haud possim vivere, nisi in literis viverem. sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus. à quibus cùm discessi, * etsi minimum mihi est in cœna, quod tu unum ΣΥΤΗΜΑ Dioni philosopho posuisti: tamen quid potius faciam prius qui in me dormitum conferam, nõ reperio. Audi reliqua. infra Eutrapelum * Cytheris accubuit. In eo igitur, inquis, convivio Cicero ille, Quem aspectabant, cuius * ob os Graij ora obvertebant sua? non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen ne * Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset ei obiectum, habere eum Laida: Habeo, inquit, non

* Etsi minimè cœnam curo, ludit in ambiguo sensu.

* Eutrapeli amica. Plut. & Servius.

* Ob. pro, ad Festus.

* De Aristippo & Laide vide Laertium in Aristippi vita, Athenæum lib. 12. Clementem Alexan. Strõ. 2. Gellium lib. 1. cap. 8. Lact. lib 3. cap. 15.

Ennij verba sunt ex Trabea. Telam habeo.

habeor. Græcè hoc melius: tu si voles, interpretabere. me verò nihil istorum ne iuuenem quidem movit unquam, nedum senem. Convivio delector: ibi loquor aliquid, quod in solum, ut dicitur; & gemitum in risus maximos transfero. An tu id melius, qui etiam philosophum irriseris? cùm ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnam te quærere à * mane dixeris. ille verò te putabat quæsiturum, unum cœlum esset an innumerabilia. Quid ad te? At hercule cœna nunquid ad te, tibi præsertim? Sic igitur vivitur, quotidie aliquid legitur, aut scribitur; deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una non modò non contra * legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem, & quidem aliquantò. Quare nihil est quod adventū nostrum extimescas. non multi tibi hospitem accipies, sed multi loci. Vale.

* A mane ad vesperam.

* Sumtuariam Cæsaris, ep. 26. lib. 7. & 15. lib. 9. minimè eadem dixit epist. 23.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER X, AD L. PLANCVM, & ceteros,

ARGVMENTVM.

Invehitur in Antonij immoderatam potentiam: & Plancum transalpinam Galliam, quam ultimam Cicero vocat, administrantem hortatur, ut in reip. omni cogitatione studioque incumbat. Postremò, agit gratias de Furnio honorificè tractato. Philipp. v.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S.

ET ABFVI proficiscens in Græciam; & posteaquàm de medio cursu reip. sum voce revocatus, nunquam per M. Antonium quie-

Videli. 3. de off. in extremo, & hic ep. 23. l. 12.

tus fui: cuius tanta est non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo ut vocem, sed ut ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam. itaque mihi maximæ curæ est, non mea quidem vita, cui satisfeci vel ætate, vel factis, vel (si quid etiam hoc ad rem pertinet) gloriæ sed me patria sollicitat, in primisq; mi Plance expectatio* consulatus tui: quæ ita longa est, ut optandū sit, ut possimus ad id tempus reip. spiritū ducere. Quæ potest enim spes esse in ea rep. in qua hominis impotentissimi atq; intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua nec senatus nec populus vim habet ullam,* nec leges ullæ sunt, nec iudicia, nec omninò* simulacrum aliquod, aut vestigium civitatis: Sed quando acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat quòd singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua* pueritia susceptum non seruaui solùm, sed etiam auxi, monere te atq; hortari, ut in rempub. omni cogitatione, curaq; incumberes. Quæ* si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut perducatur autem, magnæ tum diligentiæ est, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquando antea (ut spero) habebimus: & præterquàm quòd reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad* amplitudinē tuam conferamus. ita facilimè & reip. quæ mihi carissima est, et amicitiæ nostræ, quam sanctissimè nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum* Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas & dignitas postulat,* nec miror, & gaudeo: teq; hoc existimare volo, quicquid in eum iudicij officiiq; contuleris, id ita

* Erat enim Plancus cōsul designatus cum D. Bruto: ut Antonium & Dolabellam sequerentur Hirtius & Pansa, Hirtium & Pausam Plancus & Brutus.

* Ep. 14. l. 4.

* Epist. 3.

* Ad eum annum, quo eris consul.

* Ep. 8. li. 5.

* Planci legatum. ep. 8.

* idem aliis verbis hic ep. 10 li. 3. & 1. lib. 10. ad Atticum.

ità ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Excusat se, quòd in senatum ad agendam Planci causam non venerit: & officium suum pollicetur in ijs rebus, quæ præsentiam suam requirere videbuntur.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES S. D. 2

*MEVM studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset si aut *tutò in senatum, aut honestè venire potuissem. Sed nec sine periculo quisquam liberè de rep. sentiens versari potest in summa impunitate *gladiorum: nec nostræ dignitatis videtur esse, ibi sententiam de rep. dicere, ubi me & melius & propiùs audiant armati quàm senatores. Quapropter in privatis rebus nullum neq; officium, neq; studium meum desiderabis: ne in publicis quidem si quid erit, in quo me interesse necesse sit, unquam decero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In ijs autem rebus, quæ nihilominus, ego ut absim, confici possunt, peto à te ut me rationem habere velis & *salutis, & dignitatis meæ. Vale.*

* Ep. 2. l. 12.

* Propter Antonij cõsulis arma vide Philippicam 2.

* Responde ad illud, tutò, & honestè.

ARGVMENTVM.

Aucupatur benevolentiam Planci, partim laudibus, partim commemoratione veteris amicitiæ: & hortatur, ut remp. suscipiat, veritus id, quod accidit, ne se cum Antonio coniungeret.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 9

CVm ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc

libentiùs, quòd illum audiens te videbar audire. nam & in re militari * virtutem, & in administranda provincia iustitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit: & præterea mihi non ignotam in consuetudine & familiaritate suauitatem tuam adiunxit: præterea summam ergà te * liberalitatem, quæ omnia mihi iucunda: hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cũ domo vestra antè aliquantò, quàm tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte * pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem, cùm studio meo, tũ iudicio tuo constitutam. His de causis mirabiliter * faveo dignitati tuæ: quam mihi tecum statuo esse communem. Omnia summa consecutus es virtute duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adolescens, multis invidentibus, quos ingenio industriaq; fregisti. Nunc me amantissimũ tui nemini * concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies: omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. statu acquires. Scis profectò (nihil enim te fugere potuit) fuisse, quoddam tempus cum homines existimarent, te nimis * servire temporibus: quod ego quoq; existimarem, si te ea, quæ patiebare, probasse etiam * arbitrarer. Sed cùm intelligerem quid sentires: te arbitrabar videre quid posses, nunc alia ratio est: omniũ rerum tuum iudicium est, idq; liberum consules designatus, optima ætate, summa eloquẽtia, maxima * orbitate reip. virorum talium. Incumbe, per deos immortales, in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem, & gloriam afferat. Vnus autem est, hoc præsertim tempore, per tot annos rep. deuexata, reip. benè gerendæ cursus ad gloriam. Hæc amore magis

* Præfecti laudes, ut peritus militiæ, iustitiæ studiosus, prudens in omni actione fit.
* Humanitatem pot iùs, quam largitionem, significat, ut ep. 9. lib. 1.
* Epist. 1.
* Lib. 2. epi. 15. dixit, eadem sententia, Cæsarem honestum esse cupio.
* Eodem modo locutus est l. 4. ep. 3.
* Quia fuerat Cæsaris amicus, ep. 23. & legatus. Cæsar lib. 1. & 5. de bel. ciu.
* Excusatio, quæ incitationis vim habet.
* A necessitate, & reip. tempore.

magis impulsus scribenda ad te putavi, quàm quòd arbitrarer, te monitis & præceptis meis egere. sciebam enim ex* ijsdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. quare modum faciam. Hoc tantùm significandum putavi, ut potiùs amorem tibi* ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam: Interea quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, studiosè, diligenterq; curabo. Vale.

* Ex ijs scilicet libris, quibus ad laudem præcepta traduntur.
*Testificari amorem, dixit epist. 4. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Agit gratias Ciceroni, quòd eum ad verissimæ gloriæ studium cohortatus sit, seq; in reip. potestate totum fore pollicetur.

PLANCVS CICERONI S. D. 4

GRATISSIMÆ mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnij sermone* te scripsisse animadverti. Ego autem præteriti temporis excusationem affero, quòd te profectum audieram, nec multò antè vedüsse sivi quàm * ex epistola tua cognovi. nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa, videor posse præterire. In quo tuendo habeo causas plurimas vel * paternæ necessitudinis, vel meæ in te à pueritia observantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea, tuaq; patitur ætas, persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudētia plena, quæ summa est, videntur, quàm fidelitatis. quàm ego ex mea conscientia* metior. Quare si aut aliter sentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc verò quid

*Tua manu, cum alioqui amanuensi uti soleres.
* Quæ prima legitur in hoc lib.
* Tres amoris causæ. ideo dixit infrà, epi. 6. pro plurimis nostris necessitudinibus.
* De tuo animo ex meo iudico, ex animo meo tuum specto.

est, quod me in aliam partem trahere possit? quæcunq; in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore partæ, etsi à te propter amorem cariùs sunt æstimata: tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut præter bonam* famam nihil desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate monere potuero, hoc omne reip. semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus: neq; si facultas, optabilis mihi quidem, tui præsentis esset, unquam à tuis consilijs discreparem, nec nunc cõmittam, ut ullum meum factum reprehendere iure possis. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia* citeriore, quid in urbe Ianuario mense* geratur, ut sciam. Interim maximam hic sollicitudinem, curamq; sustineo, ne inter aliena vitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem. Quòd si* proinde, ut ipse mereor, mihi successerit, certe & tibi, cui maximè cupio, & omnibus viris bonis satisfaciam. Fac valeas, meq; mutuò diligas.

* Quam adeptus forasse nõ sum cum eam gesserim Cæsare dominante.

* Cui præerat D. Brut.
* A novis consulibus: qui Kal Ian. magistratũ inibant.
* Et proinde, & perinde veteres dicebant, eadem significatione. Tusc. 1. & alibi.

ARGVMENTVM.

Hic quoque Plancum adsuscipiendam tuendamq; reimp. gloriæ stimulis incitat.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. P. D.

*Binas literas, non duas, dici, & duas epistolas non binas, nescire puto nemi nem.

BINAS à te accepi literas eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ, intellexi enim te laborare, ut ad me tuæ exspectatissimæ literæ perferrentur: ex quibus cepi fructum duplicem, mihiq; in comparatione difficilem ad iudicandum, amorémne erga me tuum, an animum in rempub. pluris æsti-

ris æstimandum putarem. Est omninò patriæ caritas, meo quidem iudicio maxima, sed amor, voluntatisq; coniunctio plus certè habet* suavitatis. Itaq; commemoratio tua paternæ necessitudinis, benevolentiæq; eius, quam erga me à pueritia contulisses, ceterarumq; rerum quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiam attulerat. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quemq; habituras esses, mihi erat iucundissima: eoq; maior erat hæc lætitia, quòd ad illa superiora accedebat. Itaq; te non hortor solùm, mi Plance, sed planè etiam oro, quod feci iis literis, quibus tu humanissimè respondisti, ut tota mente, omnique animi impetu in rempub. incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui, gloriæq; esse possit. NEC quicquam ex omnibus rebus humanis & præclarius, aut præstantius, quàm de rep. benè mereri. Adhuc in patitur tua summa humanitas & sapientia, me, quod sentiam liberè dicere. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quanquam sine* virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea quæ es adeptus fortunæ, temporibusq; tribuuntur. His temporibus difficilin is reip. quicquid subveneris, id erit totum, & propriè tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te, & in tuo exercitu: magna exspectatio: cuius, per deos, *gratiæ gloriæq; cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium; sic faveo, ut mihi: sic hortor, ut & pro patria & amicissimum. Vale.

* Vere: non tamen plus amoris, nam patria & parentibus, & liberis, non modò amicis, in amore præfertur. Itaque lib. 1. de off. Omnes, inquit, omnium caritates una patria complectitur.

* Suprà epi. 3. virtute duce, comite fortuna. Quod ea ob amicitiam Cæsaris videaris assecutus, epist. sequen.

*Quam, suscepto reip. patrocinio, inibis apud omnes bonos. idem, inf. ep. 15.

ARGVMENTVM.

Cum Plancus, literis ad senatum scriptis, pacem cum Antonio suasisset, suadet Cicero, ut pacem armis

potius, quàm pactione, quærat: & ut se, à societate malorum civium aliquando sciungens, totum ad remp. transferat.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 6

QVÆ locutus est Furnius* noster de animo tuo in remp. ea gratissima fuerunt senatui populoq; Rom. probatissima: quæ autem recitatæ literæ sunt in senatu, nequaquam consentire cum Furnij oratione visæ sunt, pacis enim auctor eras, cùm* collega tuus vir clarissimus à fœdissimis latronibus obsideretur, qui aut positis armis pacem petere debent: aut, si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione, parienda est. Sed de pace litera vel* Lepidi, vel tuæ quam in partem acceptæ sint, ex viro optimo fratre tuo & C. Furnio poterus cognoscere. Me autem impulit tui caritas, ut, quanquam nec tibi ipsi consilium deesset, & fratris Furnij, benevolentia, fidelusq; prudentia tibi præsto esset futura, vellem tamen meæ quoq; auctoritatis pro* plurimis nostris, necessitudinibus præceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, mi Plance, omneis, quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis (eos autem adeptus* amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Rom. & cum senatus auctoritate coniunxeris. Seiunge te quæso aliquando ab ijs, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt.* complures in perturbatione reip. consules dicti: quorum nemo cõsularis habitus, nisi qui animo extitit in remp. consulari. Talem igitur te esse oportet, qui primùm te ab im-

* Planci legatus Ciceronis studiosissimus, epist. 11. lib. 8. & 8. h. li

* D. Brutus qui M. Antonium Mutinæ obsidebat.

* Postea quoque pacem suasit, vide literas eius publicè missas epist. 26. & 34.

* Tres enumerat epist. 24. lib. 4.

* Epi. 2. & 4.

* Argumentum à specie gloriæ dustum. cõsulem eum fieri ita præclarum est, si consulare munus pro dignitate, ac salute reip. sustinetur.

abimpiorum civium tui dissimillimorũ societate seiungas. deinde te senatui bonisq; omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremò ut pacem esse iudices non in armis positu, sed in abiecto armorum, & servitutis metu. Hæc si & ages, & senties, tum eris non modò consul & consularis, sed magnus etiam consul & consularis. sin aliter: tum in istis amplissimis nominibus honorum non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hæc impulsus benevolentia scripsi paullò seuerius: quæ tu in experiendo ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces XII I: Kalend. Aprileis.

ARGVMENTVM.

Exponit, cur brevior sit hæc epistola, & cur studium suum in remp. serius patefecerit. suamq; dignitatem Ciceroni commendat.

PLANCVS CICERONI S. D. 7.

PLVRA tibi de meis * consilijs scriberem, rationem q; omnium rerũ redderem verbosius, quò magis iudicares, omnia me reip. præstitisse, qua & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi (non minus enim à te probari, quàm diligi semper volui, nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quàm prædicatorem meritorum meorum esse volui) sed breviorem me duæ res faciunt: una, quòd publicis literis omnia fum persecutus: altera, quòd M. Varisidium, equitem Rom. familiarem meum ad te ipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare possessionem laudis viderentur: sed usq; mihi temperavi, dum perducerem eò rem, ut dignum aliquid & consu-

* Cur non statim post obitum Cæsaris pro libertate arma ceperim.

*consulatu meo, & vestra expectatione efficerem, quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: ut maximo praesidio reip. non fuisse & nunc sentiant homines, & in posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meae suffrageris: & quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem; non minus posse te, quàm velle, exploratum mihi est. Fac valeas meq; mutuo diligas.

* Quem gesturus erat biennio post cum iam à Caesare ad Parthicum bellum iturо, designatus esset cũ D. Bruto. sed ob civile bellum, consulatum non nisi triennio post gessit.

ARGVMENTVM.

Causas affert quibus adductus non ita maturè, ut homines exspectabant, defensorem se publicae libertatis professus sit: deque exercitu suo & statu provinciae significat.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. COSS. PRAETT. TRIB. PL. S P. PL. Q. R. S.

SICVI fortè videor diutius & hominum exspectationẽ & spem reipub. de mea voluntate tenuisse* suspensam hui prius excusandum me esse arbitror, quàm de insequenti officio quicquam ulli pollicendum. non enim praeteritam culpam* videri volo redemisse, sed optimae mentis cogitata iampridem, maturo tempore enunciare. Non me praeteribat in tanta sollicitudine hominum & tam perturbato statu civitatis fructu sisimam esse professionem bonae voluntatis: magnosq; honores ex ea re complureis consecutus videbam. Sed cum * in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo magna mihi ipse ad proficiendum impedimenta opponerem: aut si in eo mihi temperavissem, maiores occasiones ad opitulandum haberem,

* Velleij verba sunt li. 2. Plancus diu, quarum esset partium, secum luctatus senatui se literis vẽditans, mox eiusdẽ proditor.

* Nunc, cum remp tuendam susciperet.

* Cùm eo loco meae res essent.

berem, expeditius iter communis salutis, quàm meæ laudis esse, volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea est, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea spe, quam in manibus habeo, aut *sordidum quicquam patiri aut perniciosum concupisce re potest? Sed aliquantum nobis temporis, & *magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, ut, quæ reipub. bonisq; omnib polliceremur, exitu præstaremus: neq; ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis sæpe præmijs sollicitatus, ut ab rep. potiùs moderata, quàm ab uno infinita speraret. Confirmanda complures civitates, quæ superiore anno largitionibus, concessionibusq; præmiorum erant obligatæ: ut & illa vana putarent, & eadem à melioribus auctoribus petenda ex stimarent. Alliciendæ etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provincijs, exercitibusq; præsuerunt, ut potiùs cum pluribus societatem defendendæ libertatis iniremus, quàm cum paucioribus *sanestam orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi verò nosmetipsi fuimus, aucto exercitu, auxiliisq; multiplicatis: ut, cùm præferremus sensus aperte: tum etiam invitis quibusdam, sciri quid defensuri essemus, non esset periculosum. Itaq; nunquam dissitebor, multa me, *ut ad effectum horum consiliorum perveniremus, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore: quòd præmatura denũciatio boni civis imparati quàm periculosa esset, ex casu* collegæ videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atq; strenuo, plura etiam verbo, quàm scriptura, mandata dedidimus: ut & tectiùs ad vos perferrentur, & nos essemus tutiores:

*Qualis servitutis est.
*Hoc necesse est referri ad illud Opus fuit. nõ enim cum, Aliquantũ, coniungi potest, ergo non rectè in quibusdam libris Opus fuerunt meus etiam liber & duo Sigoniani habent, Fuit.
*Difficilior enim paucis victoria, quàm multis.
*Vt hæc ad exitum consilia perducerem.
*D. Bruti, qui nondum firmo exercitu munitus, præmature suam voluntatem studiumque erga remp. aperuerat itaq; Mutinæ obsessus à M. Antonio, & seipsum, & remp. in discrimen adduxit.

tiores: quibusq; rebus & communem salutem muniri, & nos armari conveniret, præcepimus. Ex quo intelligi potest, curam rei summæ defendendæ impridem apud nos excubare. Nunc cùm Deûm benignitate ab omni re simus paratiores, non solùm benè sperare de nobis homines, sed exploratè iudicare volumus. Legiones habeo* quinque sub signis, & sua fide, virtuteq; reip. coniunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequentis: provinciam omnium civitatum consensu paratissimam, & summa contentione ad officia certantem: equitatus, auxiliorumq; tantas copias, quantas hæ gentes ad defendendam suam salutem, libertatemq; conficere possunt. Ipse ita sum animo paratus vel provinciam tueri, vel ire quò resp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, provinciamq;: ut vel omnem in petum belli in me convertere non recusem, si modò meo casu aut confirmare patriæ salutem, aut periculum morari possim. Hæc si* iam expeditis omnibus rebus, tranquilloq; statu civitatis polliceor: in damno meæ laudis, reip. commodo lætabor. Sin ad societatem integerrimorum & maximorum periculorum accedam, consilia mea æquis iudicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in reip. incolumitate satis magnus est paratus. Eos verò, qui meam auctoritatem, & multò magis vestram fidem secuti, nec ulla spe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur. Vale.

* Quatuor memorat, ep. 15

* Antonio ad Mutinam profligato, in quo disceptare videbatur omnis fortuna reip. infra ep. 10.

ARGVMENTVM.

Suum studium erga remp. præ se fert: modestè dignita-

gnitatem suam commendat: quid egerit, quid acturus sit, exponit: qualem ducat exercitum, significat.

PLANCVS CICERONI S. D.

NIHIL me tibi *temerè aut te ceteris de me frustra recepisse lætor. Certè hoc maius habes testimonium amoris mei, quò maturiùs tibi, quàm ceteris, consilia mea volui esse nota. In dies verò meritorum meorum fieri* accessiones peruidere te spero, cognituru magis recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero (ita ab imminentibus malis resp. me adiuuante liberetur) sic honores, præmiaq; vestra suspicio, conferenda certè cum *immortalitate, ut sine his nihil de meo studio, perseuerantiaq; sim remissurus. Nisi in multitudine optimorum ciuium impetu animi mei fuerit singularis, & opera præcipua, nihil ad meã dignitatem accedere volo suffragatione vestra. Concupisco autem nihil, contraq; ipse pugno. sed & *temporis, & rei te moderatorem facilè patior esse. NIHIL aut serò aut exiguè à patria ciui tributum potest videri. Exercitum ad VI. Kalend. Maias Rhodanum traieci. magnis itineribus Viennam equites mille via breviore præmisi. Ipse si à Lepido non impediar, celeritate satisfaciam: sin *autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco & *genere & numero & *fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuò te facturum id *scis, rogo. Vale.

* Siquidem ea præsto, quæ sum pollicitus.

* Eodem modo locutus est ep. 1. lib. 2.

* Quæ præstare videtur omnibus rebus. Tacitè petit honorum accessiones, infrà epist. 17.

*Et quo tẽpore & quibus honoribus ornandus à vobis sim.

* Infrà epi. 24.

* Quæ tria in exercitu requirũtur.

* Infrà epi. 16.

*Prosscis. in antiquo libro scriptũ est, putas. in omnibus autem ma, non te.

ARGVMENTVM.

Laudat Plancum de optima voluntate, studioq; iuvandæ reip. præmiaq; illum à senatu honorificentissima sperare vult: operamq; in eo suam pollicetur: & hortatur, ut egregiè pergat in rep. tuenda.

CIC.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 10

ETSI satis ex Furnio nostro cognoveram, quæ tua voluntas, quod consilium de republica esset: tamen lectis tuis literis, * liquidius de toto sensu tuo iudicaui. Quamobrem quanquam in uno prælio omnis fortuna reipublicæ disceptat, (quod quidem, cùm hæc legeres, iam *decretum arbitrabar fore) tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam ex laudem consecutus itaq; si *consulem Romæ habuissemus, declaratum esset à senatu cũ tuis magnis honoribus, quàm gratus esset conatus & apparatus tuus. Cuius rei non modò non præteriit tempus, sed ne *maturum quidem etiamnum meo quidem iudicio fuit. IS ENIM denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur & datur. Quare sit modò aliqua respublica, in qua honos elucere possit: omnibus, mihi crede, amplissimus honoribus abundabis. IS AVTEM qui verè appellari potest honos, non *invitamentũ ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem: subveni patriæ: opitulare collegæ: omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua. Me tuorum consiliorum adiutorem dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum, fidelissimumq; cognosces. ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officijs, *vetustate coniuncti, patriæ caritas accessit: eaq; effecit, ut tuam vitam anteferrem meæ. III. Kalend. Aprilis. Vale.

* Ep. 17. lib. 11.

* Ad Mutinam non deliberatum, sed confectum. l. iuli. 8. decernere pugna.

* Aberat uterque consul, cum adbellum contra Antonium exissent.

* Adhuc enim conatus tantum audiuntur: exspectatur ipsa res.

* Tantam enim voluntatem Plancus, &c. Plancus ostenderat: ut si quid ei tribueretur, invitamentum, non præmium videretur esse.

* Noti enim alter alteri iampridem sumus, sic etiam locutus est infra epist. 12.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Gratias agit pro officijs, quæ in ipsum Cicero contulerat: & de suo studio erga remp. omnia pollicetur.

PLANCVS CICERONI
S. P. D.

IMMORTALEIS* ago tibi gratias agamq; dū vivam. nam relaturum me affirmare non possū tantis enim officijs non videor mihi* respondere posse, nisi fortè (ut tu gravissimè disertissimeq; scripsisti) ita sensurus es, ut tum me referre gratiam putes, cùm memoria tenebo: Si de filij tui dignitate esset actum, amabiliùs certè nihil facere potuisses. Primæ tuæ sententiæ infinitus cum muneribus, posteriores ad tempus arbitrium, amicorum meorum compositæ, oratio assidua & perpetua de me, turgia cum obtrectatorib. propter me, notissima mihi sunt. Quare non mediocris adhibenda mihi est cura ut reip me civem dignum tuis laudibus præstem, in amicitia tua memorem atq; gratum. Quod reliquum est, tuum munus* tuere: & me, si quem esse voluisti, eum exitu, rebusq; cognoscis defende ac suscipe. Cùm Rhodanum copias traiecissem, fratremq; cum tribus millibus equitum præmisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem: in itinere de prælio facto, Brutoq; & Mutina obsidione liberatis audivi. Animadverti, nullum alium receptum Antonium, reliquiasq; quæ cum eo essent, habere nisi in his partibus: duasq; ei spes esse propositas, unam Lepidi, ipsius alteram exercitus. Quod quædam pars exercitus non minus * furiosa est, quàm diu cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi: ipse in Allobrogibus constiti, ut proinde ad

* Sic, immortaliter gaudeo, pro vehementissimè.

* Cicero dixit, assequi merita, epi. 4. lib. 1.

* Sacerdotium videtur significare. de quo in epi. ad M. Brutum.

* Quas mei defendendi, atq; ornandi partes iā suscepisti, eas ne depone.

* Qui non essent erga remp. bene animati, furiosi dicebantur & insani, infra eo adem epi.

de ad omnia paratus essem, ac res me moneret. Si nudus huc se Antonius conferet, facilè mihi videor per me sustinere posse, remq; publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur, si verò copiarum aliquid secum adducet, & si* decima legio* veterana, quæ nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen nequid detrimenti fiat, dabitur opera à me: idq; me præstaturum spero dum istinc copiæ trayciantur, coniunctaq; nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neq; animum, neq; diligentiam mihi defuturam. Cupio mehercules* nullam residuam sollicitudinem esse: sed si fuerit, nec animo nec benevolentiæ, nec patientiæ cuiusquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem: omniq; ei * obsequia polliceor, si modò rempublicam respicere volet. Vtor in hac re adiutoribus, interpretibusq; fratre meo & Laterense & Furnio nostro. Non me impedient* privatæ offensiones, quò minùs pro reip. salute etiam cum inimicissimo consentiam. quod si nihil profecero, nihilominus maximo animo & maiore fortasse cum mea gloria vobis satisfactam. Fac valeas, meq; mutuò diligas.

* Cuius erat præcipua fortitudo, militaverat autem cum Cæsare in Gallia.

*Nullas esse belli reliquias Antonio ad Mutinam fuso.

* Omnibus in rebus me fore in tua potestate. ep. 4 lib. 5. *Vide infrà epi. 15. 18. & 20.

* Quia gloriæ socium non habebo.

ARGVMENTVM.

Significat quàm gratæ senatui fuerint eius literæ de apparatu studioq; defendendæ reip. quidq; ex eius literis actum sit: & hortatur eum ad recuperandam libertatem.

CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S. D. 12

Etsi reip. causa maximè gaudere debeo, tantùm ei re præ-

re præsidij, tantum opis attulisse * extremis pænè temporibus: tamen ita te victorem complectar rep. recuperata, ut magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas afferat: quam & esse iam, et futurã amplissimã intelligo. caue enim putes ullas literas unquam gratiores, quam tuas in senatu esse recitatas, idq; contigit tum * meritorum tuorum in remp. eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumq; grauitate. quod mihi quidem minimè novum, qui & te nossem, & tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, & haberem à Furnio nostro tua penitus * consilia cognita. sed senatui maiora visa sunt, quàm erant expectata: non quòd unquam de tua voluntate dubitasset: sed nec quantum facere posses, nec quò progredi velles, exploratum satis habebat. Itaq; cùm ad VII. Id. April manè mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, eas q; legissem, incredibili gaudio sum elatus, cumq; magna multitudo opt. virorum & civium me domo deduceret, feci cõtinuo omneis participes meæ voluptatis. Interim ad me venit * Munatius noster, ut consueverat: & ego ei literas tuas ostendi: nihil dum enim sciebat. nam ad me primùm Varisidius, idq; sibi à te mandatum esse dicebat. Paulò pòst idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & eas, quas publicè. Placuit nobis ut statim ad * Cornutum prætorem urb. literas deferremus, qui quòd consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuo convocatus, frequensq; convenit propter famam atq; expectationem tuarum literarum. Recitatis literis, oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu non satis diligenter eum * auspicijs operam dedisse. idq;

* Cum ab interitu non longè abesset.

* De quibus ex literæ loquebantur, infra, epist. 16. & 19.

* Quæ maturius, quã alij cognouerat.

* Planci cognatus. nam Plancus munationum cognomen.

* Sulpitiæ gentis. Absentibus cõsulibus prætorum prima dignitas. Philip. 1. in extremo.

* Auspicato enim senatus habebatur.

* Augurum ep. 4. lib. 15.

à nostro collegio* comprobatum est. Itaq; res dilata est in posterum. Eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cùm* Servilio: qui cum gratia esset, ut sua sententia prima pronunciaretur, frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. meaq; sententiæ, quæ secunda pronunciata erat, cùm frequens assentiretur senatus, rogatu Servilij P.* Titius intercessit. Res in posterum dilata. venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in* templo res agebatur. Hunc quemadmodum fregerim, quantaq; contentione Titiũ intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere: unum hoc ex meis: senatus gravior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quàm tum fuit. Nec verò tibi senatus amicior, quàm cuncta civitas. mirabiliter enim populus Rõ. universus, & omnium generũ, ordinumq; consensus ad liberandam rempũ conspiravit. Pergè igitur, ut facis, nomen tuum commendare immortalitati. atq; hæc omnia, quæ habent speciem gloriæ collectam ex inanissimis splendoris insignibus, contemne: brevia,* fugacia, caduca existima. VERVM decus in virtute positum est, quæ maximè illustratur magnis in rempũ meritis. Eam facultatem habes maximã quàm quando complexus es & tenes: perfice ut ne minus resp. tibi, quàm tu reip. debeas. me tuæ dignitatis non modò fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. id tu reip. quæ mihi est mea* vita cárior, tum nostræ necessitudini debere me iudico. Atq; in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd bene cognitam mihi T.* Munatij prudentiã & fidem magis etiam perspexi in eius

incre-

* Isautici filio, qui consulatum cũ Cæsare gesserat.

* De hoc Titio, Dio lib. 47.

* Senatus enim in templis habebatur: & Iovis templum erat in Capitolio.

* Philip. 13. Idem ferè aliis verbis c. 24. l. 9. in extremo.

* Cùm neq; hic, neq; supra fratrem appellet, suspicor cognatum potius, quàm fratrem esse L. Planci. etsi non me præterit T. Munatium L. Planci oratoris fratrem à Pediano nominari.

Incredibili erga te benevolentia & diligentia. III. Id. Aprileis. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit de S. C. in suam sententiam facto, ad augendam Planci dignitatem: hortaturq; , ut Antoniani belli reliquias conficiat.

CICERO PLANCO IMP.
COS. DES. 13

VT primum potestas data est augēdæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positū esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso S. C. poteris cognoscere. ita enim est perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens secutus est summo studio, magnoq; consensu. Ego quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram, te magis iudicio bonorum, quàm insignibus gloriæ delectari, tamen considerandum nobis existimaui, etiamsi tu nihil postulares, quantum tibi à rep. deberetur. Tu* contexes extrema cum primis. qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. Itaq;* Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellauit πολίπορθον. Vale.

* Honoribus.

* Senatu decretis. Id est, belluiam magna ex parte à consulibus profligatum, ipse conficies, infrà ep. 10.

* Iliad. δ.

ARGVMENTVM.

Laudat Plancum de subsidio reip. ferendo: & hortatur, ut Antonium ad Mutinam fusum persequatur, ac perdat.

CICERO PLANCO IMP.
COS. DES. S. D. 14

O GRATAM famam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs. Atqui, etiam hostibus fusis, spes omnis in te est, fugisse enim ex*

* Mutinensem Antonio fugato.

prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. EST autem non minus gratiæ extrema delere, quàm prima depellere. Equidem exspectabã iam tuas literas, idq; cum multis: sperabamq; etiam Lepidum temporibus * admonitum, tecum reip. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe mi Plance, ut nequa scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factũ: et remp. divino beneficio afficeris, & ipse æternam gloriam consequêre. III. Id. Maias. Vale.

* Præsenti periculo, quo boni cives ad opem patriæ ferendam impelluntur.

ARGVMENTVM.

Nunciat quid ad opprimendum Antonium paret.

PLANCVS IMP. CICERONI. S. D.

HIS literis scriptis, quæ postea accidissent scire te, ad remp. putaui pertinere.* Sedulitas mea (ut spero) & mihi, & reip. tulit fructum, namq; assiduis internuncijs cum Lepido egi, ut omissa omni contentione,* reconciliataq; voluntate nostra, communi consilio reip. succurreret: se, liberos, urbem pluris, quàm unum perditum,* abiectumq; latronem putaret: obsequioq; meo, si ita faceret, ad omneis res abuteretur. Profecti itaq; per Laterensem internuncium: fidem mihi dedit se Antonium, si prohibere provincia sua non potuisset, bello persecuturum: me, ut venirem, copiasq; coniungerem, rogauit: eoq; magis, quod & Antonius ab * equitatu firmus esse ducebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat, nam etiam ex paucitate eius non multis antè diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis, cunctatus non sum: in * cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuvandã putaui. Adventus meus quid profecturus esset, vidi:

* Infrà epi. 20.

* Suprà ep. 2. & infrà epist. 18. & 23.

* Quia iam prælio Mutinensi fractus erat Antonius.

* Epist. 33. l. 10. & 10. lib. 11.

* Dum Lepidus benè de repub. sentiret.

vidi: vel quod equitatu meo persequi, atq; opprimere equitatū eius: vel quod exercitus Lepidi eam partem, quæ* corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere & coërcere præsentia mei exercitus possem. Itaq; in Isara *flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, pō te uno die facto, exercitum ad IIII. Id. Maias traduxi. Cùm verò mihi nunciatū esset, L. Antonium præmissum cum equitibus & cohortib. ad Forum Iulij venisse: fratrem cum equitum quatuor milibus, ut occurreret ei, misi ad prid. Id. Maias: ipse maximis itineribus cum *quatuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris modò fortuna reipub. adiuverit: & audaciæ perditorum, & nostræ sollicitudinis hic finem reperiemus. Quòd si latro præcognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere cœperit, *Bruti erit officium occurrere ei: cui scio nec consilium nec animum defuturum. Ego tamen, si acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiamq; à vastatione defendat. Fac valeas, meq; mutuo diligas.

*Infrà e. 31.

*Plinius Isaram Rhodano comparat. lib. 3. cap. 4.

*Quinque nominantur ep. 8. h. lib. quatuor ep. 15. l. 11.

*Decimi Bruti Galliæ Cisalpinæ præfecti.

ARGVMENTVM.

Gratissimas fuisse Planci literas, maximeq; opportunas significat: eíque auctor est, ut in rebus tam subitis consilium senatus ne exspectet, ipse à sese consilium capiat.

CICERO PLANCO. 16

NIHIL* post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi quam tuæ, Plance, literæ. redditæ sunt enim frequēti senatu Cornuto, cum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi. Sub eas statim recitatæ sunt tuæ, non sine magnis quidem clamoribus. cùm enim

*Quoad meminisse homines possunt.

* Vide eandem sententiam suprà ep. 12. & infrà ep. 19.

* rebus ipsis essent, & studijs, beneficijsq; in rem gratissimæ, tum erant gravissimis verbis & sententijs perscriptæ. Flagitare senatus instituit Cornutũ ut referret statim de tuis literis. ille se considerare ait velle, cùm eà magnum convitium fieret cuncto à senatu, quinq; tribuni pleb. retulerunt. * Servilius rogatus, rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum. ea quæ fuerit, ex S. C. cognosces. Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reijcias, néve in rebus tam subitis, tamq; * angustis à senatu consilium petendum putes: ipse tibi sis senatus, quocunq; te ratio reip. ducet, sequare. cures ut antè factum aliquod à te egregium audiamus, quàm futurum putarimus. Illud tibi promitto, quicquid erit à te factum, id senatum non modò ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum, comprobaturum. Vale.

* Adverte etiam tribunos pl. ius referendi ad senatum habuisse, qua de re Gellius. l. 14. c. 7.

* Spacium negantibus mittendi ad senatum.

ARGVMENTVM.

Præsentem belli statum describit. cum excusatione statis à se dimissi, & commendatione suæ dignitatis.

PLANCVS CICERONI. 17

ANTONIVS Idib. Maijs ad Forum Iulij cum primis copijs venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad *Forum Voconij castra habet: qui locus à Foro Iulij quatuor & viginti millia passuũ abest. ibiq; me exspectare cõstituit, quemadmodũ ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi * integra & ipse, & fortuna servaverit: recipio vobis celeriter me negocium ex sententia confecturũ. Fratrem meum assiduis laboribus, * concursationibusq; confectum graviter se habuisse, anteà tibi

* Epi. 18. 33. & 34. & ep. 10. lib. 11.

* Vrbe Galliæ Narbonensis. Mela lib. 2.

* Nisi quid ab ipso decretum sit.

* Vt quicquid tumultus præsesserit, supra ep. 25.

tibi scripsi. Sed tamen cùm primùm posse ingredi cœpit, non magis sibi quàm reip convaluisse se existimãs, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solùm hortatus sum, verùm etiam coegi istò proficisci: quòd illa valetudine magis conficere se, quam me iuvare posset in castris: & quòd acerbissimo * interitu consulum remp. nudatam, tali cive prætore in urbanis officijs indigere existimabam. Quod si quis verum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desiderabam, fecit, ut Appellam ad me mitteret, quo obside * fide illius, & societate in republ. administrãda uterer. Studium in ea re suum mihi L. Gellius, de tribus fratribus, Sex. Gaviano probavit; quo ego interprete novissimè ad Lepidum sum usus. Amicum eum reip cognoscere videor: libenterq; ei sum testimonio, & omnibus ero, qui benè merentur. Fac valeas, meq; mutuo diligas, dignitatemq; meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benevolentia feciſti.

* Hirtii & Pansæ, qui Mutinendi pugna perierint. infra ep. 35.

* Fide pro fidei, ut dic pro dici. Gell. lib. 9. cap. 14.

** Ep. 9.

ARGVMENTVM.

Narrat quibus de causis ad Lepidum proficiscatur.

PLANCVS CICERONI S. D. 18

QVID in animo habuerim, cùm * Lævus, Nervaq; discesserunt à me, & ex tuis literis, quas eis dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus, consilijsq; meis * interfuerunt, Accidit mihi, quod homini * prudenti, & cupido satisfaciendi reipub. bonisq; omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quàm tutum, quod habere

* Infra ep. 21.

* Ep. 6. li. 7.

* Qui timeat infamiam. ep. 21.

posset obtrectationem. Itaq; post discessum* legatorum cum binis continuis literis & Lepidus me, ut venirem, rogaret & Laterensis multò etiam magis propè implorans obtestaretur, nullam rem aliam extimescens, quã eandem, quæ mihi quoque facit timorem,* varietatem atq; infidelitatem exercitus eius: non dubitandum putavi, quin succurrerem, meq; communi periculo offerrem. sciebam enim, etsi cautius illud erat consilium, exspectare me ad Isaram, tum Brutus traiiceret exercitum, & cum collega consentiente, exercitu concordi, & bene de rep. sentiente, hostibus obviam ire, tamen siquid Lepidus benè sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam, si aut hominem* offensum mihi, coniunctum cum rep. non sublevassem: aut ipse à certamine belli tam necessarij me removissem. Itaq; potius periclitari volui, si possem mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. Sollicitiorem certè hominem copijs suis* nondũ contrarijs neminem puto fuisse, nam, quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert sollicitudinem, magnumq; habet casum. mihi enim si contigisset: ut prior occurrerem Antonio, non meherculè horam constitisset: tantum ego & mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidijq; Mulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris: quod prius* nocere potest, quàm sciri, curariq; possit. Sed certè nisi uno loco metaremur, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de rep. sentit. magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas

*Læni, & Nervæ.

*Inf. ep. 23.

* Vide quæ scripsit ipse Lepidus in sua ep. 33.

* Milites enim pari gradu simul contra hostes eunt.

* Supra epi. 11. & 15. & infra ep. 20.

*Nulla sua culpa: ex iis, quæ ipse nõ contraxit, sic ad Q. Fr. lib. 1 ep. 1. Plin. lib 7. cap. 41.

*De Lepidi fide nõ prorsus bene spe rat supr. ep. 13. & 14.

si quas copias à Lepido abstraxissent. Quæ si adventus meus repressérit, agam gratias fortunæ, constantiæq; meæ, quæ me ad hanc experientiam excitavit. Itaq; ad XII. kal. Iunias * ab Isara castra moui: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis reliqui. præsidiaq; ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituiq; eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has literas dabam, cùm Lepidi copijs me coniungam. Vale.

* Ep. 11. li. 10. & 13. * lib. 12. * Collega ep. 8. 20. & 21.

ARGVMENTVM.

Officium Planci in actione gratiarum fuisse gratissimum fatetur: hortaturq; ut ad extinguendas belli reliquias omni studio incumbat.

CICERO PLANCO IMP. 19.

QVANQVAM * gratiarum actionẽ à te non desiderabam, cùm te re ipsa, atq; animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periucunda, sic enim vidi quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, Quid antea? Semper equidem. sed nunquam illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus ipsis, quæ erant gravissimæ & maximæ fortissimi animi, summiq; consilij. tum etiam * gravitate sententiarum atq; verborum. Sed mi Plance incumbe, ut belli extremã perficias. in hoc erit summa & * gratia & gloria. Cupio omnia reip. causa: sed mehercule in eã conservanda iam * defatigatus, non multò plus faveo patriæ, quàm tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dij immortales ut spero dedêre: quam complectere obsecro. qui enim Antonium oppres-

* Trib. modis erga benemeritos officio fungimur, gratiarum actione, re ipsa, animo.

* Vide eandem sententiam supra epist. 12. * De animo dici, fessus autẽ de corpore scribis Fronto. * Sup. e. 13.

oppresserit, is hoc te terrimum bellum periculosissimumque confecerit. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit, ut de Lepidi fide significet, utrùm à rep. sit, an se cum Antonio coniunxerit, & hortatur ad belli reliquias opprimendas.

CICERO PLANCO. 20

IT A erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, ut quid ad te scriberem, non occurreret, modò enim quæ vellemus, de Lepido: modò contrà nunciabantur. De te tamen constans fama, nec decipi posse, nec vincì: quorum alterius fortuna partem habet quandam: alterum proprium est prudentiæ tuæ. Sed accepi literas à* collega tuo datas Idib. Maij: in quibus erat scriptum, te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium, quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris: sed minùs audes fortasse propter manem lætitiam* literarum superiorum. Verùm ut errare mi Plance potuisti (quis enim id effugerit) sic decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc verò etiam erroris caussa sublata est, culpa illa, BIS AD EVNDEM, vulgari reprehensa proverbio est. Sin, ut scripsisti ad collegam, ita se res habet, omni* cura liberati sumus: nec tamen erimus priùs, quam ita esse tu nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te sæpiùs scripsi, hæc sententia est, qui reliquiæ huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore: quem te & opto esse, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus certè nulla esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quàm ego pauci fore, minima* miror, vehementerq; lætor, quæ quidem tu, si rectè istic erit maiora & graviora cognosces. IIII. Kalend. Iunias.*

AR-

* Ab eo non recepi Antonium.

* D. Brut. supra ep. 8. & 19.

* Cum scripsit, seduli-tas mea reipub. tulit fructum, supra epi 15.

* Sic ep. 7. lib. 1.

Bis, suprà ep. 13. & 19.

* Sic suprà ep 1. Nec miror & gaudeo.

ARGVMENTVM.

Nunciat de Lepidi perfidia, & coniunctione cum Antonio: novarumque copiarum subsidium postulat: & suam commendat dignitatem.

PLANCVS CICERONI S. D. 21

PVDERET me*inconstantiæ mearum literarum, si nõ ex aliena levitate penderẽt. Omnia feci, quare Lepido cõiuncto ad remp. defendendam, minore sollicitudine vestra perditis resistierem. omnia ei & petenti recepi, & ultrò pollicitus sum: scripsiq; tibi biduo antè, confidere me bono Lepido esse usurum, communisq; consilio bellum administraturum. Credidi chirographis eius, affirmationi præsentis Laterensis, qui tum apud me erat: * reconciliaremq; me Lepido, fidemq; haberem, orabat. non licuit diutiùs benè de eo sperare: illud certè cavi, & cavebo, ne mea crudelitate res summa fallatur. Cùm* Isaram flumen, uno die ponte confecto, exercitum* traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse, ut maturarem venire: præstò mihi fuit stator eius cum literis, quibus, ne venirem, denunciabat: se posse conficere per se negotium: interea ad Isaram exspectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi. nihilominus ire decreveram, existimans eum socium gloriæ vitare. putabam posse me nec de laude * ieiuni hominis delibare quicquam, & subesse tamen propinquus locis, ut, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego non malus homo hoc suspicabar, at Laterensis vir sanctissimus suo chirographo mittit mihi literas, meisq; desperans de se, de exercitu, de Lepi-

*Qui de Lepido variè scripserim.

* Propter veteres inimicitias. suprà epist. 1. 17. & 18. & infrà ep. 22.
* Epist. 18. & l. 1. ep. 17.
* Transiisse ret, dixit ep. 10.

* Nota metaphoram in duob. verbis. ieiuni & delibare.

* Se iam nõ teneri promissis.

Lepidi fide, quærensq; se destitutum: in quibus aperte denunciat, videam ne fallar: suam fidem* solutam esse: reip. ne desim. Exemplar eius chirographi Titio dedi. ipsa chirographa omnia, & ea, quib credidi, & ea, quib. fidem non habendam putavi, * Lævo Cispio dabo perferenda, qui omnib. his interfuit rebus. Acceßit eò, ut milites eius, cũ Lepidus cõcionaretur, improbi per se, * corrupti etiã per eos, qui præsunt, Canidios, Rufrenosq; & ceteros, quos, cũ opus erit, scietis, cõclamarint* viri boni, pacem se velle, neque esse cum ullis pugnaturos, duobus iam consulibus, singularibus viris, occisis, tot civibus pro patria amißis, hostibus deniq;* omnibus iudicatis, bonisq; publicatis. Negq; hoc aut vindicarat Lepidus, aut * sanarat. Huc me venire, & duob. exercitib. coniunctis obijcere exercitum fidelißimum, * maxima auxilia, principes Galliæ provinciam cunctam, summæ dementiæ & temeritatis esse vidi: mihiq;, si oppressus essem, remq; pub. mecum perdidissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoq; defuturam. Itaq; rediturus sum: nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam. Exercitum locis ut habeam opportunis, provinciam tuear, etiam si ille * exercitus deseiverit, omnia ut* integra servem, dabo operam quoad exercitus huc summitatis,* pariq; felicitate remp. hîc vindicetis. nec depugnare, si occasio tulerit: nec obsideri, si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit, pro vobis paratior fuerit quisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitũ huc traijciendum quamprimum cures, & matures prius, quàm hostes magis corroborentur, & nostri perturbentur. in quo si celeritas erit adhibita, respub. in possessione victoriæ deletis sceleratis permanebit. Fac vale-

* Ironia satis manifesta.

* Antonium secutis.

* Correxerat.

* De quatuor legionib. meminit supra epi 15. & de quinque ep. 8.

* Lepidi.

* Ep. 24.

* Vt ad Mutinam.

us, meq; diligas. Fratrem meũ tibi, fortißimum ciuem, & ad omnia paratißimum, * excuſem literis, qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtã. Cùm primùm poterit, iſtuc recurrere non dubitabit, ne quo loco reip. *deſit. Meam dignitatem commendatam habeas rogo, concupiſcere me nihil oportet: habeo te amantißimũ mei, & quod optaui, ſummæ auctoritatis. Tu videris *quantum, et *quando tuum munus apud me velis eſſe. Tantum te rogo, in Hirtij locum me ſubdas, & ad tuum amorem, & ad meam obſeruantiam.

* Excuſes, antiqui libri habent.
* Erat enim prætor Planci frater, ſupra ep. 17.
* Sup. ep. 9. Temporis & rei te moderatorem facilè patior eſſe.

CICERO PAETO. S. D.

Agris dividundis præfici Planeus cupiebat, ad militum gratiam colligendam. de ea re Cicero reſpondet.

CICERO PLANCO. 22

IN TE, & in * collega omnis ſpes eſt, dijs approbantibus, concordia veſtra, quæ ſenatui declarata literis veſtris eſt, mirificè & ſenatus, & cuncta ciuitas delectata eſt. Quòd ad me ſcripſeras de re * agraria: ſi conſultius ſenatus eſſet, ut quiſq; de te honorificentiſſimam ſententiam dixiſſet, eam ſecutus eſſem, qui certè ego fuiſſem: ſed propter tarditatem ſententiarum, moramq; rerum, cum ea, qua * conſulebantur, ad exitũ non pervenirent, commodißimum mihi, Plancoq; fratri viſum eſt, uti eo, quod ne noſtro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouiſſe. Sed ſiue in S. C. ſiue in ceteris rebus deſideras aliquid: ſic tibi perſuade, * tantam eſſe apud omneis bonos tui caritatem, ut nullum genus ampliſſimæ dignitatis excogitari poſſit, quod tibi non paratum ſit. Literas tuas vehementer exſpecto, & quidem tales, quales maximè opto. Vale.

* Epi. 8. 15.
*Idem & D. Brutus cupiebat, ſup. epiſt. 12.
* De quibus ad ſenatum referebatur.
*Ad minuendum dolorem ob S.C. minus ex ſententia ſcriptum.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Excusat se quòd Lepido crediderit, & suam diligentiam in copiis tutò retrahendis declarat, accepto nuncio de Lepidi Antonijq; coniunctione, quo in periculo subsidium Cæsariani exercitus postulat.

PLANCVS CICERONI. 28

NVnquam mehercule, mi Cicero, me pœnitebit maxima pericula pro patria subire, dum siquid* acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si unquam Lepido ex animo credidissem. CRVDELITAS enim error est magis quàm culpa: & quidem in optimi cuiusq; mentem facillimè irrepit, sed ego non hoc vitio panè sum deceptus: Lepidum enim pulchrè noram. Quid ergo est? pudor me, qui in* bello maximè est periculosus, hunc casum coëgit subire, nam nisi uno loco essemus, verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimiùm pertinaciter Lepido* offensus, & mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias propè in aspectum Lepidi, Antonijq; adduxi, quadragintaq; millium passuum spatio relicto consedi, eo consilio, ut vel celeriter accedere, vel* salutariter recipere me possem. Adiunxi hæc in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset: Vocontij sub * manu ut essent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus desperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit ad IIII. Kalend. Iunias, eodemq; die ad me castra moverunt. viginti millia passuum cum abessent, res mihi nunciata est. Dedi operam deûm benignitate, ut & celeriter me recipe-

* Vt fortunâ fert. sup. epist. 20.

* Maximè enim ad res gerendas interest optimè de ducũ virtute milites opinari, ep. 18.

* Pro infensus. Phil. 1.
* Cum salute, duo veteres libri.
* Ita propinqui, ut quasi in manibus essent.

reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile* haberet: non miles ullus, non eques, non quicquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis seruentibus latronibus interciperetur. Itaque pridiè Nonas Iunias omneis copias Isaram traieci, pontesq; quos feceram, interrupi, ut & spacium ad se * colligendum homines haberent, & ego me interea cum collega coniungerem: quem triduo cùm has dabam literas, exspectabam. * Laterensis nostri & fidem & animum singularem in rempub. semper fatebor: sed certè nimia eius indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perspiciunda fecit eum minùs sagacem. Qui quidem cùm in fraudem se deductum videret, manus, quas iustiùs in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est, in quo casu tamen interpellatus adhuc * vivit, & dicitur victurus, sed tamen de hoc mihi parum certum est. Ego magno cum dolore parvi dierum elapsus sum bis. veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. iracundias autem harum rerum recentes habebant. quod Lepidum castigare non destiteram, ut exstingueret bellum: quòd colloquia facta improbabam: quod legatos fide Lepidi dimissos. ad me in conspectum venire vetueram: quod C. * Catinium Vestinum tribunum mil. missum ab Antonio ad eum cum literis exceperam. in quo hanc capio voluptatem, quòd certè quò magis me petiverunt, tantò maiorem hus frustratio dolorem attulit. Tu mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem præsta, ut vigilanter, * neruoseq; nos, qui stamus in acie, subornes. Veniat Cæsar cum copijs, quas habet firmissimas: aut, si ipsum aliquæ res impedit, exercitus eius mittatur: cuius ipsius magnum * periculum agitur, quic-

* Quod in duce nō minus laudari solet, quā si prælio vicerit.

* Ex timore recreandos.

* Supra epi 18.

* Ē ex illo vulnere petijsse, affirmat Dio. li. 46. & Velleius lib. 2.

* Catinium Sigonij liber, alij Catium notæ familiæ.

* Vehementer, ut in hoc intendes omnes nervos.

* Erat. n. ei inimicus Antonius, vi & us iam ab eo ad Mutinam.

quicquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne iam convenit. Pro urbis verò salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur? quod si vos istic non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus abundè resp. satisfaciam. Te quidem mi Cicero in dies mehercule habeo cariorem: sollicitudines q̃ meas quotidie magis tua merita * exacuunt, nequid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam. Opto ut liceat iam præsenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. VIII. Id. Iunias Cuarone, ex finibus Allobrogum.

* Excitant. Sic locutus Cic. li. 1. de orat. & ad Att. lib. 11.

ARGVMENTVM.

Pollicetur se memorem beneficiorum: suas copias narrat: subsidium, aut ab Octaviano, aut ab Africano exercitu, postulat: Octavianum, quasi negligentem in tuenda rep. accusat.

PLANCVS IMP. COS. DES. CICERONI S. D. 241.

FACERE non possum, quin in singulas res, meritaq̃ tua tibi * gratias agam: sed mehercule facio cũ pudore, neq̃ enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem: neq̃ ego libenter pro maximis tuis beneficijs tam vili munere defungor orationis: & malo præsens observantia, diligentia, assiduitate memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit, omneis gratas amicitias, atq̃ etiam prias propinquitates mea in te observantia, diligentia, assiduitate vincam. amor enim tuus, ac iudicium de me utrùm mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non fa-

* Video Plãcum in principio literarum delectari quadam grati animi significatione. supra epist. 49. II. & 15.

cile

cilè dixerim. De militū commodis fuit tibi curæ: quos ego non potentiæ meæ causſa (nihil enim me non ſaluta-riter cogitare ſcio) ornari volui à ſenatu: ſed primum quod ita meritos iudicabam: deinde quod ad omneis caſus coniunctiores reip. eſſe volebam: noviſſimè, ut ab omni omnium ſollicitatione auerſos eos taleis vobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia* integra ſuſtinuimus. quod conſilium noſtrum, etſi, quanta ſit auiditas hominum, non ſine cauſſa, talis victoriæ ſcio: tamen vobis probari ſpero. non enim ſi quid in his exercitibus ſit offenſum, magna ſubſidia reſp. habet expedita, quibus ſubito impetui ac latrocinio parricidarum reſiſtat. Copias verò noſtras vt ad tibi eſſe arbitror. in caſtris meis legiones ſunt veteranæ tres tironum vel luculentiſſima ex omnibus una, in caſtris Bruti una veterana legio, altera lima', octo tironum. Ita univerſus exercitus numero ampliſſimus eſt, firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi ſit committendum, nimium ſæpe* experti habemus. Ad hoc robur noſtrorum exercituum ſiue Africanus exercitus, qui eſt veteranus, ſiue Cæſaris acceſſiſſet, æquo animo ſummam rem in diſcrimen deduceremus. Aliquanto illum propius eſſe, è repub. eſſe videbamus. nihil deſiti eum literis hortari. neq; ille intermiſit affirmare, ſe ſine mora venire: cum interim auerſum illum ab hac cogitatione,* ad alia conſilia video ſe contuliſſe. Ego tamen ad eum, Furnium noſtrum cum mandatis, literisq; miſi, ſi quid ſortè proficere poſſet. Scis tu mi Cicero, quod ad Cæſaris amorem attinet, ſocietatem mihi eſſe* tecum: vel, quod in familiaritate Cæſaris vivo illo, iam tueri eum, & diligere mihi fuit neceſſe:

* Omnia ut integra ſeruem, dixit ep. 11. ſed ibi ſignificat, ne quid patiamur detrimenti: hic ſe præſtitum vtraſſe, patet ex verbo ſuſtinuimus, & ſeq.

* Pharſalico maximè prælio Cæſaris & Pomp.

* Ad cogitationē conſulatus bimeſtris.

* Octavianum Cic. nimis diligere

visus est, quod fecit odio maximè, metuq; Antonij, epist. 3.

vel quòd ipse, quo ad ego nosse potui, moderatissimi atq; humanissimi fuit sensus: vel quòd ex tam insigni amicitia mea, atq; Cæsaris, hunc filij loco & illius, & vestro iudicio substitutum, non proindè habere turpe mihi videtur, sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Quòd vivit Antonius hodie, quòd Lepidus una est, quòd exercitus habent non contemnendos, quòd sperant, * quòd audent: id omne Cæsari acceptum referre possunt. Neq; ego superiora repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset, aut in adversissimam illis Hispaniam cum detrimento eorum maximo detrusum. Quæ mens eum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari auocarint, & ad cogitationem consulatus * bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerint, exputare non possum. Multùm in hac re mihi videntur necessarij eius & reipub. & ipsius caussa proficere posse: plurimùm ut puto, tu quoq;, * cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me. nunquam enim obliviscar, maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus ut ageret cum eo, Furnio mandaui. Quòd si quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum * iuvero. Nos interea duriore conditione bellum sustinemus, quòd neq; expeditissimam dimicationem putamus, neq; tamen refugiendo commissuri sumus, ut magis detrimentum resp. accipere possit. quòd si aut Cæsar se respexerit, aut * Africanæ legiones celeriter venerint: securos vos ab hac parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo, pro-

prieq;

* Similem sententiam aliis verbis expressit, ep. 29. lib. 7. & ad Att. ep. 12. li. 1.

* Vt surrogaretur in locum Pansæ, aut Hirtij, Dio lib. 46.

* Vt etiam Ciceronem M. Brutus ob eam causam in epist. quadam graviter increpat.

* Cum ipsius quoq; periculum agatur, supra epist. 23.

* Quæ erant in Attica. ep. 25. l. 11.

prieq; tuum esse tibi persuadeas. V. Kalend. Sextiles. ex castris.

ARGVMENTVM.

Modestè reprehendit in Furnio præproperam adipiscendæ præturæ festinationem.

CICERO S. D. FVRNIO.

SI interest, id quod homines arbitrantur, reip. te, ut instituisti atq; fecisti, operam navare, rebusq; maximis, quæ ad exstinguendas reliquias belli pertinent, * interesse: nihil videris neq; melius, neq; laudabilius, neq; honestius facere posse: istamq; operam tuam, navitatem, animum in remp * celeritati præturæ anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idq; ipsius Planci testimonio. prætereaq; famam, scientiaq; omnium. Quamobrem si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximopere censeo persequendum. quid enim honestius? aut quid honesto antecapiendum? sin * autem satisfactum reipub. putas: celeriter ad comitia, quando maturè * futura sunt, veniendum censeo: dummodo nequid hæc ambitiosa festinatio immuat eius gloria, quam consecuti sumus. * Multi clarissimi viri cùm reipub. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. quòd eò facilius nobis est, quòd non est annus hic tibi destinatus: ut, si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. * Nunc nihil prætermittere videbere usitati, & quasi legitimi temporis ad petendum. Vides autem Planco cos. etsi etiam sine eo rationes expeditas habiturus, tamen spendidiorem petitionem tuam fore, si modò ista ex sententia

* Dissuasio ab utili.

* Erat enim Planci legatus, supra epist. 8.

*Furnius enim ad petendam præturam contendere cupiebat cum nondum ipsius annus esset.

* Supra epist. 9.

* Non fuerunt oppressa à III viris reipub.

* Dissuasio ab exemplis.

* Si manebis in provincia & ad comitia prætoria non venies.

confecta essent. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium iudiciumq; sit, non ita necesse arbitrabar: sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse *nolebam. Cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: maioremq; fructū ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate praeturae. Haec eadem locutus sum domi meae, adhibito Quinto fratre meo, & Caecina, & Caluisio, studiosissimis tui, cum Dordanus libertius tuus interesset. omnibus probari videbatur oratio mea; sed tu optimè iudicabis. Vale.

*Testificandi amoris caussa epist. 1 1 2, & 3. l. 10.

* Ep. 7. l. 11.

ARGVMENTVM.

Scripserat Furnius, ad comitia praetoria se venturum: Cicero dissuadet, comitiaq; dilata significat.

M. CICERO C. FVRNIO S. D. 26

LECTIS tuis literis, quibus declarabas aut omittendos Narbonenseis, aut cū periculo dimicandum, illud magis timui: quod vitatum non molestè fero. Quod de Planci & Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriae. De *Gallorum studio nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maximè excitatum sit: sed iam mihi crede, *cognovimus. Itaq; iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremis: scribis enim, si in Sextilem comitia, citò te: sin iam confecta, cuius: ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quàm tu caussam tuam non nosti, qui alienas tam *facile discas! Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, ut aut ad comitia curras: aut, si iam confecta,

* Transalpinorum.

* Tua videlicet opera excitatum.

† Causarum enim patronus solebat esse.

fecta, domi tuæ sis: scilicet ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis. Nam arbitror te ita sentire. omneis enim tuos ad laudem impetus novi. Quòd si ut scribis, ita sentis: non magis te, quàm de te * iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi & divulgatissimi, si ita adipiscare, ut plerique præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cœlum iure & verè ferunt? Scilicet id * agitur, utrum hac petitione, an proxima prætor fias, non ut ita de rep. mereare * omni honore ut dignissimus iudicére. Vtrum nescis quàm altè ascenderis, an pro nihilo id putas? si nescis: tui ignosco: * nos in culpa sumus, si intelligis: nulla tibi est prætura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Calvisius, homo magni iudicij, tuique amantissimus, te accusamus quotidiè: comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quòd multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ian. mensem * protrudimus. Vince igitur, & Vale.

* Qui te putem aliter sentire, quàm scribis.

* Id laborandū tibi & amicis tuis.

* Non prætura tantū.

* Qui te decedere è provincia cupientem accusemus.

* Ep. 12. l. 10. ad Q. fr.

ARGVMENTVM.

Lepidum quasi molli brachio obiurgat quia summis honoribus à senatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat, tum pacem inter Antonium & bonos cives conciliare cupientem hortatur, ut se interponat.

M. T. CICERO M. LEPIDO S. D.

QVOD mihi pro mea summa erga te benevolentia magnæ curæ est, ut quàm amplissima dignitate sis, molestè tuli, te senatui gratias nō egisse, cum esses ab eo ordi-

ordine * ornatus summis honoribus. Pacis inter cives conciliandæ te cupidum esse lætor. pacem eam si à servitute seiungis, consules & reip. & dignitati tuæ. sin ista pax perditum hominem in * possessionem impotentissimi dominatus restituturа est: hoc animo scito esse omneis sanos, ut mortem servituti anteponant. Itaq; sapientiùs meo quidem iudicio facies, si te in istam * pacificationem non interpones, quæ neq; senatui, neq; populo, neq; cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

* In §. C. infrà ep. 33. h. l. & 18. l. 11. & Phil. 1. & 5.
* E qua deiectus erat prælio Mutinensi.
* Hanc pacem valde improbat etiã in Philippicis.

ARGVMENTVM.

Dolet se non fuisse participem coniurationis in Cæsarem: quia superstes Antonius perniciem reip. moliatur. deinde suum libertatis recuperandæ studium declarat.

* Antonius servatus nõ esset. vide infra ep. 12.
* Dio. l. 44. & Phil 13.

CICERO TREBONIO. S. D. 28

QVAM vellem ad illas pulcherrimas epulas me Id. Martijs invitasses! * reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum hic tantum negotij est, ut vestrum illud divinum in remp. beneficium nonnullum habeat querelam. Quòd verò à te viro optimo * seductus est, tuoq; beneficio adhuc vivit hæc pestis: interdum, quod mihi vix fas est, tibi subiascor. mihi enim negotij plus reliquisti uni, quàm præter me omnibus. Vt enim primùm post Antonij fœdissimum * discessum senatus haberi liberè potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum cive acerrimo * patre tuo in ore & amore semper habuisti. nam cùm senatum ad XIII. Kal. Ianuar. tribuni pleb. * vocavissent, deq; alia re referrent,

* Cũ Brundusium profectus esset, ut legiones Macedonicas ad urbem secum duceret ep. 25. l. 12. Phil. 3. & Dio l. 45.
* Phil. 13.
* Vocandi senatus tribunis habebant. Gel. l. 14. c. 7.

rent, totam remp. sum complexus, egiq; acerrimè: senatumq; iam languentem & defessum ad pristinam virtutem, consuetudinemq; revocavi, magis animi quàm ingenij viribus. Hic dies meaq; contentio atq; actio spem primùm populo Rom. attulit libertatis recuperandæ. Nec verò ipse postea tempus ullum intermisi de repub. non cogitandi solùm, sed etiam agendi. quod nisi res urbanas, actaq; omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem: quanquam eram maximis* occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex alijs: à me pauca, & ea summatim. Habemus fortem senatum, consulares partim timidos, partim malè sentientes. Magnum damnum factum est in *Servio. L. Cæsar optimè sentit: sed quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregij, præclarus D. Brutus, egregius* puer Cæsar: de quo spero equidem reliqua. hoc verò certum habeto, nisi illi veteranos celeriter *conscripsissent, legionesq; duæ de exercitu Antonij ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil* Antonium sceleris, nihil crudelitatis prætermissurum fuisse. Hæc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. plura scribam, si plus otij habuero. Vale.

* Nunquam per Antonium quietus fuit. epist. 1.

* Perierat S. Sulpitius, vide Phil. 9.

* Ep. 7. l. 11.

* Privato consilio suo sumptu, Phil. 3.

* Brundusio redeuntem, ep. 25. l. 12. & Phil. 3.

ARGVMENTVM.

Scribit de suo studio erga salutem Ampij exsulantis: bonamq; spem habere iubet.

* Fortè est ad quæ scribit. ep. 3. l. 29 & ep. 13. lib. 6.

CICERO * AMPIO S.

DE meo studio erga salutem & incolumitatem tuã credo te cognoscere ex literis tuorum: quibus mecumulatissimè satisfeciisse certò scio. Nec ijs* concedo, quanquam sunt singulari in te benevolentia, ut te salvum

* Ep. 3. lib. 4.

vum malint, quàm ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quàm ipsi, hoc tempore prodesse possim. quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & iam in maxima re feci, & * fundamenta ieci salutis tuæ. Tu fac bono animo, magnoq; sis, meq; tibi nulla in re defuturum esse confidas. Prid. Non. Quinct. Vale.

* Sic locutus ep. 9. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Prælium, victoriaq; de Antonio relata nunciatur.

SER. * GALBA M. CICERONI S. D. 10

* De hoc Galba in Phil. 13.

DECIMO SEPTIMO Kal. Maij, quo die Pansa in castris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obviam processeram millia passuum centum, quò maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam & tricesimam quintam: & cohorteis prætorias duas, unam suam, alteram * Silani, & evocatorũ partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quò tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego præesse solebam, & duas cohorteis prætorias miserat Hirtius nobis. Cum equites Antonij apparuissent, * contineri neq; legio Martia, neque cohortes prætoria potuerunt: quas sequi cœpimus coacti, quoniam eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat: neq; sciri volebat se legiones habere: tantum equitatum & levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se invito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. posteaquam angustias paludis, & silvarum transivimus, acies est instructa à nobis duodecim cohortium.

* Qui discesserat à Leipdo, ipso tamen haud invito, vide infra ep. 14. & Dionem lib. 46. qui hanc etiam pugnam narrat.

* De legione Martia Philip. 14. * Phil. 14.

Non-

Nondum venerant legiones duæ, cum repentè Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut atrius non posset ex utraq; parte pugnari. sed dexterius cornu, in quo ego eram cum * Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primò fugaverat legionem tricesimam quintam Antonij, ut amplius passus quingentos ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaq; cum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi, & levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne adversos nostros aggrederentur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniumq; post me esse aliquanto repentè * equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insequi: nostri pila conjicere velle. Ita nescio quo fato sum servatus, quod citò sum à nostris cognitus. In ipsa Aemilia, ubi cohors Cæsaris * prætoria erat, diu pugnatum est. cornu sinisterius, quod erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quod ab equitatu circumibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes se recepissent nostri ordinis, recipere me novissimus cœpi ad castra. Antonius tanquam victor castra putavit se posse capere, quo cùm venit, complureis ibi amisit, nec egit quicquam. Audita re Hirtius cum * cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasq; omneis eius delevit, fugavitq; eodem loco, ubi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cum equitibus hora nonis quarta se in castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra * rediit, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quæ ab

* Quæ relicto Antonio Cæsari Octauiano se adiunxerat. Phil. 3. & 5. & Velleius l. 2.

* Equũ admittere, dixit l. 2. de fi. incitare l. 3. de na. de.

* Prætoriæ cohortes fortissimorũ virorum.

* Duab. legionibus, oratione. XIII. in Antonium.

* Exercitu incolumi Phil. 4.

Antonio erant oppugnatæ. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum: nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarum, & legionis Martiæ fieri potuit.* Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonij. Res benè gesta est ad XII. Kal. Maij. ex castris. Vale.

*Legionum signa: nam cohortium diversa quæ sexaginta hostibus excepta.

ARGVMENTVM.

Excusat se, quòd studium suum erga remp. literis nondum declaraverit: seque libertatis recuperandæ cupidum ostendit.

C. ASINIVS POLLIO M. T. C. S D. 31

*Hispaniam posteriorem administrabat, à Cæsare commissam: in qua Lusitania continebatur: citerior Lepido attributa erat. infr. ep. 34.

MINIME mirum debet tibi videri, nihil me scripsisse de rep. posteaquam* itum est ad arma. Nam Castulones sit qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrocinijs infestior factus est, tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios, & retinent. Itaque, nisi naue perlatæ litteræ essent, omnino nescirem quid istic fieret. Nunc verò nactus occasionem, postea quàm navigari cœptum est, cupidissimè, & quam crebrissimè potero, scribam ad te. Ne movear eius sermonibus, quem tametsi nemo est qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus est, oderunt homines: periculum non est. adeò est enim* invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea, & studia trahunt me ad pacis & libertatis cupiditatem. Itaque illud initiũ civilis belli sæpè deflevi. Cùm verè non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimi-

* M. Antonius nunc invisus, quia reip. hostis, antea verò amicus, infra epist. 33.

eos habebam: ea castra fugi, in quibus planè tutum me ab insidijs inimici sciebam non futurum, compulsus eò, quò* minimè volebam: ne in extremis essem. plane pericula non dubitanter adij. Cæsarem verò, quòd me, in tanta fortuna, modò cognitum vetustissimorum familiarum loco habuit, dilexi summa cum pietate & fide. quæ mea sententia gerere mihi licuit, ita gessi, ut optimus quisque maximè probarit: quod iussus sum eo tempore, id ita feci, ut appareret, invito imperatum esse. Cuius facti iniustissima* invidia erudire me potuit, quàm iucunda libertas, & quàm misera subdominatione vita esset. ita, si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint: quicunque is est, ei me* profiteor inimicum: nec periculum est ullum, quod prolibertate aut defugiam aut deprecer. Sed consules neque S. C. neque literis tuis præ eperant mihi quid facerem. unas enim post Id. Mart. demùm à* Pansa literas accepi, in quibus hortatur me, ut senatui scribam, me & exercitum in potestate eius futurum. quòd, cùm Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maximè contrarium fuit. nam quibus commeatibus invito illo per illius provinciam legiones ducerem? aut, si cetera transissem, num etiam Alpes poteram transvolare, quæ præsidio illius tenentur? adde huc quod perferri literæ nullâ conditione potuerunt. sexcentis enim locis excutiuntur: deinde etiam* retinentur à Lepido tabellarij. Illud me Cordubæ pro cõcione dixisse nemo vocabit in dubium, provinciam me nulli, nisi qui à senatu missus venisset, traditurum. nam de legione tricesima tradenda quantas habuerim* contentiones, quid ego scribam?

* Quia Cæsar pro sua potentia, Pompeius pro rep. putabatur cõtendere.

*Odium adversus me iniustè concitatum.

* Mox tamẽ Asinio te cum Antonio cõiunxisti. Velleius.

*Consule.

*Infrà epist.

*Vrsit enim eum & Lepidus & Antonius. epi. sequenti.

quæ

*qua tradita, quantò pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? hac enim legione noli acrius, aut pugnacius quicquam putare esse. Quare me eum existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim: (omneis enim civeis planè studio esse salvos) deinde qui & me & remp. vindicare in libertatem paratus sim. Quòd *familiarem meum in tuorum numero habes, *opinione tua mihi gratius est, invideo illi tamen, quòd ambulat & iocatur tecum, quæres, quanti æstimem. si unquam licuerit vivere in otio, experieris. nullum enim vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer miror non scripsisse te mihi, manendo in provinciáne, an ducendo exercitum in Italiam, reipub. magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutiùs, ac minus laboriosum est manere: tamen quia video tali tempore multò magis legionibus opus esse, quàm provincijs, quæ præsertim recuperari nullo negotio possūt, constitui* ut nunc est, cùm exercitu proficisci, deinde ex literis, quas Pansæ misi, cognosces omnia. nam earum tibi exemplar misi. XVII Kal. April. Corduba.*

* Ep. sequ. *Ep 15. l. 12. & 24. lib. 14. & in proœmio lib. de clar. orat.

* Vt nunc quidem in animo habeo. casus autem sæpe cogit mutare cōsilium.

ARGVMENTVM.

Enumerat, quæ Balbus, quæstor suus, flagitiosè commisit, quæq; ipse fecerit ad exercitum in reipub. potestate continendum.

C. ASINVS POLLIO CICERONI S. 52

* Statim à Balbi flagitijs incipit, quod est indiciū summæ iracundiæ.

*BALBVS *quæstor magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus, & triduum tempestate retentus ad*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0350
DFG

ad Calpen. Kalend. Iunijs traiecit sese in regnum Bogudis, planè benè * peculiatus. His rumoribus utrum Gadæis referatur an Romam (ad singulos enim nuntios turpissimè consilia mutat) nondum scio. sed præter furta & rapinas, & virgis cæsos socios, hæc quoq; fecit, ut ipse gloriari solet, eadem quæ C. Cæsar, ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die annulo aureo * donatum, in quartumdecimum sessum deduxit, tot enim fecerat ordines equestris loci: quatuorviratum sibi prorogauit: comitia biennij biduo habuit: hoc est, renunciauit quos ei visum est: exsules reduxit: non horum temporum, sed illorum, quibus à seditiosis senatus trucidatus aut expulsus est Sex. Varo procos. Illa verò iam ne Cæsaris quidem exemplo, quod ludis prætextam de suo * itinere ad L. Lentulum procos. sollicitandum posuit: & quidem, cum ageretur, sieuit memoria rerum gestarum commotus. * Gladiatoribus autem, Fadium quendam militem Pompeianum, quia, cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari sese nolebat, & ad populum confugerat: primum Gallos equites immisit in populum (coniecti enim sunt lapides in eum, cum arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo, & vivum combussit: cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambularet, & illi misero quiritanti, * CIVIS ROMANVS SVM: respondet, Abi nunc, populi fidem implora. Bestijs verò etiam civeis Rom. in his circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiusmodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura coràm. Nunc, quod

* Benè numeratus, dixit oratione in Rullum.

* Sicuti Laberium mimum donauerat Cæsar. Suetonius & Macrobius.

* Vid. ad Att. ep. 9. & 11. lib. 8.

* Cum Gladiatores pugnarent. Phil. 1.

* Quæ vox auxilio sæpe fuit, in Verrem.

*Quod plus est quam D. Balbo agere.

* quod reſtat, quid me velitis facere, conſtituite. Tres legiones firmas habeo: quarum unam, viceſimam octauam, cùm ad ſe initio belli arceſſiſſet, Antonius hac pollicitatione, quo die in caſtra veniſſet, denarios ſe

* Sexaginta ſcutatos ut hodie appellant.

*quinquagenos ſingulis militibus daturum: in victoria verò eadem præmia, quæ ſuis legionibus: (quorum quis ullum finem, aut modum futurum putauit?) incitatiſſimam retinui, ægrè me hercule: nec retinuiſſem, ſi uno loco habuiſſem, utpotè cùm

* Seiunctæ ab aliis.

* ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerint. Reliquas quoq; legiones non deſtitit literis, atq; infinitis pollicitationibus incitare. Nec verò minus Lepidus urſit me & ſuis & Antonij literis, ut legionem,

* Supra ep 31.

* trigeſimam mitterem ſibi. Itaq;, quem exercitum neq; vendere ullis præmijs volui, neq; eorum periculorum, quæ victoribus illis portendebantur, metu, deminuere: debetis exiſtimare retentum, & conſeruatum reip. eſſe, atq; ita credere, quodcunq; imperaſſetis, factum fuiſſe ſi

* Ex eo, quod feci, quæ facturus fuerim, exiſtimate.

* quod iuſſiſtis feci. Nam & prouinciam in ocio, & exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meæ prouinciæ nuſquam exceſſi: militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi: & ſi quos equites decedentes nactus ſum, ſupplicio affeci, quarum rerum fructum ſatis magnum reip. ſalua tuliſſe me putabo. Sed reſp. ſi me ſatis noviſſet, & maior pars ſenatus, maiores ex me fructus tuliſſet. Epiſtolam, quam Balbo, cùm etiamnum in prouincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi: etam prætextam ſi voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poſcito. V I. Idus Iun. * Corduba. Vale.

*Bethicæ Hiſpaniæ urbs, utriuſq; Senecæ & Lucani patria. Matt lib. I.

ARGVMENTVM.

Deplorat calamitatem reip. quæ Mutinenſi prælio

&

& consules, & robur sobolemq; militum amiserat.

C. ASINIVS POLLIO M. T. CICERONI S. D. 33

QVO tardiùs certior fierem de prælijs apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios novẽ dies *retinuit: tametsi tantam calamitatẽ cuiusquã tardissimè audire optandum est: sed illis qui *prodesse nihil possunt neq; mederi. Atq; utinam eodem S.C. quo Plancum & Lepidum in Italiam arcessistis, me quoque iussissetis venire: profectò non accepisset resp. hoc vulnus, quo si qui lætantur in præsenti, quia videntur & duces & veterani Cæsaris partium interijsse: tamen postmodum necesse est doleant, cùm vastitatem Italiæ respexerint. nam & robur* & soboles militum interijt, siquidem quæ nunciantur, ulla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam, quanto usui reipub. essem futurus, si ad Lepidum venissem. omnem enim cunctationem eius discussissem, præsertim adiutore Planco. Sed scribent: ad me eiusdem literas, quas leges, & concionibus, videlicet quas Narbone habuisse dicitur, similes, palparer necesse erat, si vellem commeatum, per provinciam eius iter faciens habere. Præterea verebar, ne, si antè quàm ego incepta perficerem, prælium consectum esset, pium meum consilium * raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam quæ mihi cum Antonio, non maior tamen quam Planco fuit. Itaque à Gadibus mense Aprili binos tabellarios in duas naueis imposui: & tibi, & consulibus, & Octauiano scripsi, ut me faceretis certiorem, quonam modò plurimùm possem prodesse reipub. Sed, ut ratio-

* Supra epist. 31.

* Nam ego prodesse aliquid possum: Ideoq; citius audire voluisti.

* Periere, qui & ipsi fortes erant & fortes alios præsidio reip. alit quando futuros, poterant gignere.

* Dicerent me in Italiam venisse, non ut reip. sed ut Antonio opem ferrem.

rationem ineo, quo die prælium commisit, eodem à Gádibus naves profectæ sunt. nulla enim post hiemem fuit ante eam diem navigatio. & herculè longè remotus ab omni suspicione futuri civilis tumultus, penitus in

* Supra bis, ep. 31.

* Lusitania legiones in hibernis collocaram. Ita porrò

* Antonius & Pansa.

festinavit * uterq; confligere, tanquam nihil peius timerent, quàm ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur. Sed si properandum fuit, nihil non summi ducis * consilio gessisse Hirtium video. nam hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nunciantur: Pansæ exercitum conisum esse, Pansam ex vulneribus

* Ep. 5. l. 12.

* Mortuus est Bononiæ, ut scribit Appianus.

* mortuum: eodem prælio Martiam legionem interüsse, & L. Fabatum, & C. Pæduceum, & D. Carsulenum: Girtiano autem prælio & * quartam legionem, & omneis peræquè Antonij cæsas. item Hirtij quartam, cùm

* Mendum. nam de hac post puto. II. legendũ quam cum Antonio fuisse, ex Phil. 5. conijcio

castra quoq; Antonij cepisset, à quinta * concisam esse: ibi Hirtium quoq; periisse, & Pontium Aquilam: dici etiam, Octauianum cecidisse: quæ si, quod dij prohibeant, vera sunt, non mediocriter doleo: Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed habere * equitatum ac legiones sub signis armatas treis, & P. Vagiem unam: inermeis benè multos: * Ventidium quoq; se cum legione septima, octaua, nona coniunxisse, si nihil in Lepido spei sit, descensurum ab extrema, & non

* Falsum Phil. 14.

* Vnum ex percussorib. Cæsaris.

* Ep. 15. l. 10. & 10. lib. 11.

* Ep. sequ. & supra ep. 17. & 18. lib. 11. epi. 10. & 15.

modò nationes, sed etiam * servitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium Alpes occupasse. Quæ si vera sunt, nemini nostrùm cessandum est, neq; exspectandum quid decernat senatus. res enim cogit huic tanto incendio succurrere omneis, qui aut imperium, aut * nomen denique populi Rom. salvum esse volunt. Brutum enim decem & septem cohortes, & duas non

* Epist. 10. lib. 11.

fre-

frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Neq; tamen dubito, quin omnes qui supersint de Hirtij exercitu, confluant ad eum. Nam in delectu non multum spei puto esse: præsertim cùm nihil sit periculosius, quàm spatium confirmandi sese Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt. Itaq; proximis literis consilium meum expedietur. nam neq; deesse, neq; superesse reip. volo. Maxime tamen doleo, adeò & longo & nostro itinere ad me veniri, ut die quadragesimo post, aut ultrà etiam, quàm facta sunt, omnia nuncientur. Vale.

ARGVMENTVM.

Antonij recepti causam confert in milites suos, dissensionem civium inique ferentes.

M. LEPIDVS. IMP. ITER. PONT. MAX. SEN. POP. PL. Q. R. 33

SI VOS liberiq; vestri valetis, benè est: ego queq; valeo. Deos, hominesq; testor P. C. qua mente, & quo animo semper in remp. fuerim, & quàm nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim: quòd vobis breui probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus conservandis communiq; pace, seditione facta, retinuit, meq; tanta multitudinis ciuium Rom. salutis, atq; incolumitatis caussam suscipere, ut verè dicam, * coegit. In qua re ego vos P. C. oro atq; obsecro, ut priuatis offensionibus omissis, summa reip. consulatis, neue misericordiam nostram, exercitusq; nostri in ciuili dissensione sceleris loco ponatis.

* Hoc & Dio & Velleius prodiderunt, hostis tamé Lepidus iudicatus est.

Quòd si salutis omnium ac dignitatis rationem habuêritis, meliùs & vobis, & reipub. consuletis. Data III. Kalend. Iunias à Ponte Argenteo. Valete.

ARGVMENTVM.

Narrat, in Antonij adventu quid egerit: & agit gratias Ciceroni, quod iniquis de se rumoribus non crediderit.

* De Lepido sic Velleius lib. 2. Lepidus Pont. Max. in locũ Cæsaris furto creatus, decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur. & Phil. 13.

M. *LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. M. T. CIC. S. P. D. 94

S. V. B. E. E. Q. V. Cùm audissem, Antonium cum suis copijs, præmisso L. Antonio cum parte equitatus in provinciam meam venire, cum exercitu meo à confluente Rhodano castra moui, ac contra eos venire instituí. Itaq; continuis itineribus ad Forum Vocontiorum veni, & ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonios feci. P. Ventidius suas legiones treis coniunxit cum eo, & ultrà me castra posuit. Habebat anteà legionem secundam, & ex reliquis legionibus magnã multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum. nam omnis ex prælio integer discessit, ita ut sint ampliùs* equitum XXCIↃ. Itaq; ad me complures milites & equites ab eo transierunt: & in dies singulos eius copiæ minuuntur. Silanus & Culleo ab eo discesserunt. Nos etsi graviter ab his læsi eramus, quod *contra nostram voluntatem ad Antonium ierant: tamen nostræ humanitatis & necessitudinis causſa, eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera utimur, neq; in castris habemus, neq; ulli negotio præfecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui, nec reip. decrimus. quæ postea egerimus faciam te certiorem.*

Epist. 35.

* Imõ ex ipsius voluntate, vide Dionem lib. 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0356
DFG

riorem. Etsi omni tempore summa studia, officiaq; mutua inter nos certatim constiterunt pro * nostra inter nos familiaritate, & * proinde diligenter ab utroque conservata sunt: tamen non dubito in tanto, & tam repentino motu reipub. quin nonnulla de me falsis rumoribus à meis obtrectatoribus me indigna ad te delata sint, quæ tuum animum magnopere moverent pro tuo amore in remp. Ea te moderatè accepisse, neq; temerè credendum iudicasse, à meis procuratoribus certior sum factus: quæ mihi, ut debent, gratissima sunt. Memini autem & illa * superiora, quæ abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam & ornandam: quæ perpetuò fixa animo meo manebunt. Abs te mi Cicero magnoperè peto, si meam vitam, studium, diligentiam superioribus temporibus in repub. administranda, quæ Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore exspectes: & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. XI. Kalend. Iunias. Ex castris, ex Ponte * Argenteo.

* Epist. 4. & 5. lib. 3.

* Proinde pro perinde. ut etiam apud Terent. & in his epist. sæpè.

* Phil. 5.

* Argenteum amnem Pl. nominat in Gallia Narbonensi.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XI. AD BRVTVM & ceteros.

ARGVMENTVM.

D. Brutus M. Bruto, & C. Cassio, quibuscum Cæsarem occiderat, sermonem cum Hirtio habitum exponit, postulatamque à se liberam legationem significat.

D. BRVTVS M. BRVTO ET C. CASSIO S. D.

QVO in ſtatu ſimus, cognoſcite. Heri veſperi apud me* Hirtius fuit: qua mente eſſet Antonius, demonſtrauit, peßima ſcilicet & infidelißima, nam ſe neque mihi prouinciam dare poſſe aiebat, neq; arbitrari tuto in urbe eſſe quenquam noſtrûm. adeò eſſe militum concitatos animos & plebis, quod utrumq; eſſe falſum, puto vos animaduerter: atque illud eſſe verum, quod Hirtius demonſtrabat, timere eum, ne, ſi mediocre *auxilium dignitatis noſtræ habuiſſemus, nullæ partes ijs in rep. relinquerentur. Cùm in his anguſtijs verſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi, reliquis q; noſtris: ut aliqua cauſa proficiſcendi honeſta quæreretur. Hoc ſe impetraturum pollicitus eſt: nec tamen impetraturum confido: tanta eſt hominum inſolentia & noſtri inſectatio. at ſi dederint quod petimus, tamen paulò poſt futurum puto, ut hoſtes iudicemur, aut aqua & igni nobis interdicatur. Quid ergo eſt, inquis, tui conſilij? Dandus eſt locus fortunæ: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum, arbitror. Si melior caſus fuerit, reuertemur Romam: ſi mediocris, in exſilio viuemus: ſi peßimus, ad noviſſima auxilia* deſcendemus. Succurret fortaſſe hoc loco alicui veſtrûm, cur noviſſimum tempus expectemus potiùs, quàm nunc aliquid moliamur. Quia ubi conſiſtamus, non habemus, præter *Sext. Pompeium, & Baſſum Cæcilium: qui mihi videntur hoc nuncio de Cæſare allato ſuperiores futuri. Satis in tempore ad eos accede-

*Conſul cẽ Panſa deſignatus in annum ſequentem.

*Quod mox habuerunt, adminiſtratione prouinciarum à ſenatu data.

*Deſcendere ad extrema, ep. 33. lib. 10.

*Pompeium in Hiſpania, Cæcilium in Syria.

accedemus, ubi, quid valeant, scierimus. Pro Cassio & te, si quid velitis me recipere, recipiam. postulat enim hoc Hirtius ut faciam. Rogo vos quamprimùm mihi rescribatis: nam non dubito; quin de his rebus ante horam quartam Hirtius me certiorem sit facturus. Quem in locum convenire possumus, quò me velitis venire, rescribite. Post novissimum Hirtij sermonem,* placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romæ publico præsidio; quod illos nobis concessuros non puto. magnam enim* invidiam ijs conflaremus. nihil tamen non postulandum putavi, quod æquum esse statuerem. Valete.

* Ep. 4. l. 8.

* Vide invidiam pro odio indignarentur, inquit, boni Vindices libertatis egere præsidio.

ARGVMENTVM.

Petunt ab Antonio. Vtrum putet ipsos in urbe, magna veteranorum militum frequentia tutos fore.

BRVTVS ET CASSIVS PRAETT. M. ANTONIO COS. S. D. 2

DE tua* fide & * benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus hæc tibi: quæ profectò quantò* istum animum habes, in optimam partem accipies.* Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam convenisse iam, & ad * Kal Iunias futuram multò maiorem. De te si dubitemus, aut vereamur, simus nostri dissimiles: sed certè cùm ipsi in tua* potestate fuerimus, tuoq; adducti consilio dimiserimus ex municipijs nostros necessarios, neq; solùm edicto, sed etiam literis, id fecerimus: digni sumus, quos habeas tui consilij participes, in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. Quare petimus à te, facias nos certiores tuæ voluntatis in nos: putésne nos tutos fore in

** Benevolentia, ut velit: fides, ut servet.

* Minimè à nobis alienum.

* Phil. 1.

* Iunius mēsis Dolabellæ fuit.

* Erat enim consul Antonius.

tanta frequentia veteranorum, quos etiam de repone-
* Erecta à Mario eversa à Dolabella: unde illa Ciceronis gratulatio ep. 14. l. 9. & Ap. li. 2. de bel. c.
da * ara cogitare audimus: quod velle te, probare vix quisquam posse videtur, qui nos salvos & honestos velit. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certè abest à virtute tua & fide. Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim uni credidimus, & crediturí sumus. Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri, quibus etsi tua fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum faciliùs impelli ab alio quolibet, quàm à te retineri posse. Rescribas
* Vt in urbe frequentes adessent.
nobis ad omnia rogamus. Nam illud valdè leve est ac nugatorium, ea te * denunciatum esse veteranis, quòd de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Quem enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum sit nos quieturos? Non debemus cuiquam * videri
* Vt fortasse tibi videmur, quia consulimus te de salute nostra.
nimiùm vitæ cupidi, cum accidere nobis nihil possit sine pernicie & confusione omnium rerum Vale.

ARGVMENTVM.

Expostulatio ad contumeliosas & minaces Antonij literas.

BRVTVS ET CASSIVS PRAETT. M. ANTONIO COS. S. D. 3

LITERAS tuas legimus simillimas edicti tui, contumeliosas, minaceis, minimè dignas, quæ à te nobis mitteretur. Nos Antoni, te nulla lacessivimus iniuria, neq; maturum credimus, si * prætores, & ea dignitate homines, aliquid edicto postulassemus à consule. Quod si indignaris, ausos esse id facere, concede,
* Prætores erant Brutus & Cassius, cum Cæsarem occiderunt.
nobis

nobis, ut doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto & Cassio tribui. Nam de dilectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus sollicitatis, & nuntijs transmare missis, quòd te quæstum esse negas: nos tibi quidem credimus, optimo animo te fecisse: sed tamen neq; ignoscimus quicquam eorum: & te miramur, * cùm hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obijceres. Illud verò quemadmodùm ferendum sit, tute cogita: non licere prætoribus concordiæ ac libertatis caussa, * per edictum, de suo iure * decedere, quin consul arma minetur. Quorum fiducia nihil est, quòd nos terreas. Neq; enim decet, aut convenit * nobis periculo submittere animum nostrum, neq; est Antonio postulandum, ut ijs imperet, quorum opera liber est. Nos si alia hortarentur, ut bellum ciuile susciatare vellemus, literæ tuæ nihil proficerent. NVLLA enim minantis auctoritas apud liberos est. Sed pulchrè intelligis non posse nos * quoquam impelli: & fortassis ea re minaciter agis, ut iudicium nostrum metus videatur. Nos in hac sententia sumus, ut te cupiamus etiam in libera repub. magnum atq; * honestum esse: vocemus te ad nullas inimicitias, sed tamen pluris nostram libertatem, quàm tuam amicitiam æstimemus. Tu etiam atq; etiam vide quid suscipias, quid sustinere possis: neque quandiu vixerit Cæsar, sed quàm non diu * regnarit, fac cogites. Deos quæsumus, consilia tua reip. salutaria sint ac tibi: sin minus, ut salva atq; honesta repub. tibi quàm minimùm noceant optamus. Pridie Non. Sextiles.

* i. cùm de his quæstus non sis.

* Phil. 1.
* Vrbe exire.
* Qui tyrannum occidimus patriæ liberandæ caussa.
* Ad ullam novitatem. ocium enim ab initio spectavimo, supra epi. 2.

* Honestum pro honoratũ, sic li. 2. Cæsarẽ honestum esse cupio.
* Regnavit per quinq; menses post devictos in Hispaniam Pompeij liberos, Velleius lib. 2.

ARGVMENTVM.

Res à se gestas exponit: pro quibus rogat Ciceronem, ut sibi sua sententia supplicationes decernat.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D.

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, ut dignitatem meam tuérere: sed profectò est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad transalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quàm cupiens militibus satisfacere, firmosq; eos ad tuendas nostras res efficere: quod mihi videor consecutus, nam & liberalitatem nostram, & animum sunt experti. cum omnium bellicosissimus bellum gessi, multa castella cepi: multa vastavi. non sine caussa ad senatum literas misi. Adiuva nos tua sententia, quod cùm facies, ex magna parte communi commodo inservieris. Vale.*

* Ex quibus triumphasset, ut in Philip.

ARGVMENTVM.

Excusat se, quod Bruti literis non responderit: hortatur ad libertatem recuperandam: sua studia officiaque pollicetur.

M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S.

*LVPVS * familiaris noster cùm ad te venisset, cumque Romæ quosdam dies commoraretur: ego eram in ijs locis, in quibus maximè me tutò esse arbitrabar. eò factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret, cùm tamē curasset tuas ad me perferendas. Romā autē veni ad V. Id. Decemb. nec habui quicquam antiquius, quam*

* Rutiliorū cognomen.

quàm ut* Pansam statim convenirem: ex quo ea de te cognovi, quæ maximè optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si* ne illa quidem in re, quæ à te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desideraſti: illud tamen tibi breviter significandum videtur, populum Rom. omnia à te exspectare, atque in te aliquando recuperandæ libertatis omnem spem ponere. Tu si dies, noctesq; memineris (quod te facere certò scio) quantam rem gesseris, non obliviscêre profectò, quantæ tibi etiam nunc gerendæ sint, si enim* iste provinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui, antè quàm illum intellexi non modò a pertè, sed etiam libenter cum rep. bellum gerere: spem reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro ijsdem precibus, quibus senatus, populusq; Rom. ut in perpetuum rempub. dominatu regio* liberes: ut principijs consentiant exitus, tuum est hoc munus, tuæ partes, à te hoc civitas, vel omnes potiùs gentes non exspectant solùm, sed etiam postulant. Quanquam, cùm hortatione non egeas, ut suprà scripsi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum est, ut tibi omnia mea officia studia, curas, cogitationes pollicear, in ijs, quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me tum reipub. causſa, quæ mihi vita mea carior est: tum quòd tibi ipsi faveam, tuamq; dignitatem amplificari velim, tuis* optimis consilijs, amplitudini, gloriæ nullo loco defuturum. Vale.

* Consulem designatū.

* In Cæsare occidendo.

* Antonius qui Bruto Provinciam conabatur eripere.

* Antonio tuæ provinciæ finibus excludendo, in quo sita videtur salus reip.

* Quæ spectare scio ad communem libertatem.

ARGVMENTVM.

Suam dignitatem Brutus commendaverat, respondet Cicero, sibi eam etiam atq; etiam curæ fore: idq; iam in senatu declaratum.

M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DESIGN. S. 6

LVPVS noster, cùm Romam sexto die Mutina venisset postridiè me manè convenit, tuaq; mihi mandata diligentissimè exposuit, & literas reddidit. Quod mihi tuam dignitatem commendas: eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare, quam mehercule non habeo tua cariorem. Quare mihi gratissimum facies si exploratum habebis, tuis laudibus nullo loco nec consilium, nec studium meum defuturum. Cùm* tribuni pl. edixissent, ut senatus adesset ad XIII. Kal. Ianuarias, haberentq; in animo de præsidio consulum design. referre: quanquam statueram in senatum* ante Kal. Ianuarias non venire: tamen cùm eo die ipso edictum tuum propositum esset, nefas esse duxi, aut ita haberi senatum, ut de tuis divinis in rempub. meritis fleretur (quod factum esset, nisi ego veniissem) aut etiam si quid honorificè de te diceretur, me non adesse. Itaq; in senatum veni manè: quod cùm esset animadversum, frequentissimi senatores convenerunt. Quæ de te in senatu egerim, quæ in* concione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio susceptorum & defensurum. Quod quanquam intelligo, me cum multis esse facturum, tamen appetam huius rei principatum. Vale.

Fel. lib. 14. ep. 5.

*11. Antequã consulatu iniuissent Hirtius & Pansa.

*Primum in senatu, deinde ad populum.

ARGVMENTVM.

Hortatur Brutum, ne in salute populi R. conservanda senatus auctoritatem exspectet, sed voluntatem senatus pro auctoritate habeat.

M. CIC-

M. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. 7

CVm adhibuisset domi meæ Lupus me, & * Libonem & Servium consobrinum tuum: quæ mea fuerit sententia, cognoscere te ex Cn. Seio arbitror, qui nostro sermoni interfuit. reliqua quanquam statim Seium Græceius est subsecutus, tamen ex Græceio poteris cognoscere. Caput autem est hoc, quod te diligentissimè * percipere, & meminisse velim, ut ne in libertate & salute populi Rom. conservanda auctoritatem senatus exspectes nondum liberi. ne & tuum factum condemnes (nullo enim publico consilio remp. liberasti: quo est etiam res illa maior & clarior) & adolescentem, vel * puerum potius, Cæsarem iudices temerè fecisse, qui tantam causs.m publicam privato consilio susceperit. denig; homines rusticos, sed fortissimos viros, civesq; optimos, dementeis fuisse iudices, primùm milites veteranos, commilitones tuos, deinde legionem * Martiam, legionem quartam, quæ suum consulem hostem iudicaverunt, seq; ad salutem reip. defendendam * contulerunt. Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. Postremò susceptа tibi causa iam bis est, ut non sit integrum: * primum id. Martijs, deinde proximè, exercitu novo, & copijs comparatus. Quamobrem ad omnia ita paratus, atq; animatus esse debes, non ut nihil facias nisi iussus, sed ut ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

* Scribonia gentis.

* Superlata. percipere primum, deinde meminisse.

* Annum ætatis agentem XIX. Velleius lib. 2. Tacitus l. 13. ep. 28. lib. 10.

* Vide Phil. 3. 13. & 14.

* Octaviano se tradiderunt. Velleius lib. 2.

* Cum tyrannum privato consilio occidisti.

ARGVMENTVM.

Scribit de legatis ad Antonium de pace missis, quæq;

que fit omnium de Bruto exspectatio, consensioq; ad libertatem recuperandam.

M. T. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DESIGN. S. D. 8

*Pro, Paulla, ut olla, pro aulla: Vide ep. 10. lib. 8.

EO tempore Polla tua misit ad me, ut ad te, siquid vellem, darem literarum, cùm, quòd scriberem, non habebam. Omnia enim erant suspensa propter exspectationem* legatorum: qui quid egissent, nihil dum nunciabatur. Hæc tamen scribenda existimavi: primùm, senatum, populumq; Rom. de te laborare non solùm salutis suæ caussa, sed etiam dignitatu tuæ, admirabilis est enim quædam tui nominis caritas, amorq; in te singularis omnium civium. Ita enim sperant atq; confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore *regno te remp. liberaturum. Romæ dilectus habetur, totaq; Italia: si hic dilectus appellandus est, cùm ultrò se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis, odioq; diutinæ servitutis. De reliquis rebus à te tam exspectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster *Hirtius, quid Cæsar meus: quos spero brevi tempore societate victoriæ tecum copulatos fore, reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero, & malo cognoscere: me neque deesse ulla in re, neque unquam defuturum dignitati tuæ. Fac valeas.

* Legati ad Antonium iverant Philippus & Piso. vid. ep. 4. lib. 12. & Phil. 6.

*Rege enim interfecto, regios nutus intuemur, ait ep. 1. lib. 12.

* Nondum Pansa, eius collega ad Mutinam pervenerat.

ARGVMENTVM.

Rogat Ciceronem, prospiciat, ne, utroque consule ad Mutinam occiso, hostes reip. convalescant: monetque quid agendum.

D. BRV-

D. BRVTVS S. D. M. CI-
CERONI. 9

PANSA amisso quantum detrimenti resp. acceperit, *non te præterit, nunc authoritate, & prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis, sperent se convalescere. Ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. Sequar eum confestim. utrumq; me præstaturum spero, ne aut Ventidius* elabatur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit, Antonio sibi coniuncto. nam de Pollione Asinio puto te perspicere quid sit facturus. Multæ & bonæ, & firmæ sunt legiones Lepidi & Asinij. Neq; hæc idcirco tibi scribo, quòd te non eadem animaduertere sciam: sed quòd mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum nunquam, si fortè vobis id de hoc dubium est. Plancum quoq; confirmetis, oro: quem spero pulso Antonio reip. non defuturum. Si se Alpes Antonius traiecerit, constitui præsidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. 4. Kalend. Maij. Ex castris Rhegij.

* Hirtium non nominat: quod in Pansa prudentia maior.

* Elapsus tamen est cum tribus legionibus, seq; cũ Antonio coniunxit. epist. 33. & 34. li. 10. & sequenti huius libri.

ARGVMENTVM.

Queritur de quorundam malevolentia: & reipub. periculum exponit.

D. BRVTVS S. D. M. CI-
CERONI. 10

NOn mihi * remp. plus debere arbitror, quam me tibi gratiorẽ me esse in te posse, quàm isti perversi sint in me, exploratũ habes. si tamen hæc tẽporis videantur

* Quæ tamẽ mihi maximè debet obtyrannum à me Cæsum.

antur diti cauſſa, malim meherculè tuum iudicium, quam ex altera parte omniũ iſtorum. tu enim à* certo ſenſu & vero iudicio de nobis: quod iſti ne faciant, ſumma malevolentia & livore impediuntur. Interpellent me, quò minus honoratus ſim, dum ne interpellent quò minus reſp. à me commodè adminiſtrari poſſit. Quæ quanto ſit in periculo, quam potero, breviſſimè exponam. Primum omnium quantam perturbationem rerum urbanarum afferat oblivius* conſulum, quantam cupiditatem hominibus injiciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa ſcripſiſſe, quæ literis commendari poſſint, arbitror. ſcio enim cui ſcribam. Reverter nunc ad Antonium, qui ex fuga cum parvulam manum peditum haberet infirmium, ergaſtula ſolvendo, omne genus hominum arripiendo, ſatis magnum numerum videtur effeciſſe. Huc acceſſit manus* Venduij; quæ trans Appenninum itinere facto difficilimo, ad vada pervenit, atq; ibi ſe cum Antonio coniunxit. Eſt numerus veteranorum & armatorum ſatis frequens cum Ventidio. conſilia Antonij hæc ſint neceſſe eſt; aut ad Lepidum ut ſe conferat, ſi recipitur: aut Appennino, Alpibuſq; ſe teneat: & decurſionibus per equites, quos habet* multos, vaſtet ea loca, in quæ incurrerit: aut rurſus ſe in Etruriam referat, quod ea pars Italiæ ſine exercitu eſt. Quòd ſi me Cæſar audiſſet, atq; Appenninum tranſiſſet, in tantas anguſtias Antonium compulliſſem, ut inopia potius, quam ferro conficeretur. Sed neque Cæſari imperari poteſt, nec Cæſar exercitui ſuo: quod utrunq; peſſimum eſt. Cum hæc talia ſint, quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent, ut ſupra ſcripſi, non impedio. hæc quemadmodum

explio

* Qui non errat, ſed quale quidque eſt, tale iudicat.

* Hirtij & Panſæ.

* Suſpicionem ſuam de Octauiano ſignificat: qui conſulatum petiit, non adeptus, patriæ bellum intulit.

* Ep. 13, 33. & 34. l 10.

* Ep. 15. & 23. lib. 10.

explicari possint, aut à te cum explicabuntur, ne impediantur, timeo. alere iam milites non possum. Cùm ad remp. liberandum accessi, LLS mihi fuit pecuniæ CCCC. amplius tantum abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos iam omneis amicos ære alieno obstrinxerim. Septenûm numerum legionum tolo: qua difficultate, tu arbitrare. Non si Varronis thesauros haberem sufficerem: sumumb essem. Cum primum de Antonio explaratum habuero faciam te certiorem. Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. 3. Non. Maij. Ex castris Dertoma. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit de Antonij profectione ad Lepidum, & de dubia Planci fide, suoq; in remp. studio, atque constantia.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI. XI

EOdem exemplo literæ à te mihi redditæ sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Scripsi tibi quæ hic gererentur. Intimere est Antonius: ad Lepidum profusicitur: ne de Planco quidem *spem adhuc abieci, ut ex libellis eius animadverti, quiin me inciderunt, in quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non habui ambiguum, & statim ad Plancum misi: & biduo ab Allobrogibus, & totius *Galliæ popu'is legatos exspecto, quos confirmatos domum remittam. Tu, quæ istic opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua voluntate, reiq; pub. commodo fiant. Malevolentiæ hominum

* Ob amicitiæ recordationem, ep. 35. l. 10.

*Cisalpinæ, nam transalpinæ præerat Plancus.

in

in me si poteris, occurres: sin non poteris, hoc te consolabere, quòd me de statu meo nullis contumelijs deterrere possunt. Prid. Nonas Maij. Ex castris, finibus Statiellensium.

*Pli. & alij.

ARGVMENTVM.

Queritur bellum ab Antonio renovatum: & in eò Bruti culpam videtur agnoscere.

M. CICERO S. D. BRVTO IMP. COS. DESIGN. 11

TREIS uno die à te accepi epistolas: unam brevem, quâ Flacco Volumnio dederas: duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis & ex Græcej oratione non modò non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius,* omnia illa tua præclara in remp. merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nunciatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut (quemadmodum audiebam de Græceio) confligi cum eo sine periculo non posit: non ille mihi fugisse à Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaq; homines alij fracti sunt: nonnulli etiam queruntur, quòd persequuti non sitis: opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. Omninò EST hoc populi, maximeq; nostri, in eo* potissimum abuti libertate per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendum est, ne qua iusta querela esse possit. Res sic se habet: is bellum confecerit, qui Antonium oppres-

*Duo præcipua nominavit ep. 7. Cæsaris necem & copias reipub. caussa compararas, accessit postea victoria Mutinensis.

*i. in eum liberrimè loqui.

* oppresserit. hoc quam habeat vim, te existimare malo, quàm me apertiùs scribere. Vale.

* Iisdem verbis & Plancum hortatus est, Bruti collegam, ep. 13. l. 9. & 10. li. 10.

ARGVMENTVM.

Excusat tarditatem suam in Antonio persequendo: &, quo res in statu sit, exponit.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. 18

JAm non agò tibi gratias. cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Attendere to volo, quæ in manibus sunt. qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas litteras diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis, Cicero, non potui: eram sine equitibus, sine iumentis. Hirtium perüsse nesciebam. Cæsari non* credebam priùs quàm conveniſſem & collocutus essem. hic dies hoc modò abiit. Postridie manè à Pansa sum arcessitus *Bononiã: cùm in itinere essem, nuntiatum mihi est eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas: sic enim verè eas appellare possum, sunt extenuatiſs. mæ & inopia omnium rerum pessimè acceptæ. biduo me Antonius anteceſsit itinere multò maiore fugiens, quàm ego sequens. Ille enim ijt passim, ego ordinatim. quacunq; ivit, * ergastula solvit, homines arripuit. Constitit nusquàm priùs, quàm ad vada venit, quem locum volo tibi esse notum. * iacet inter Appenninum & Alpes impeditiſsimus ad iter faciendum. Cùm abessem ab eo millia passuum triginta, & se iam Ventidio coniunxisset, concio eius ad me est allata: in qua petere cœpit à militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cum M. Lepido convenire. Succlamatum est, & frequenter militibus

* [Cur erederet eius filio, quem occiderat. Ap. lib. 3. de bel. ci.

* Quò ex pugna fugerat Appianus, Dio.

* Supra epi. 10.

* Plin. li. 5. cap. 5.

litibus Ventidianis (nam valdè quàm nos paucos habet) sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum. Etiam orare cœperunt: ut * Pollentiam iter faceret. Cùm sustinere eos non posset, in posterum diem iter suum contulit. hac rē mihi nunciata, statim quinq; cohortes Pollentiam præmisi, meumq; iter eò contuli. hora ante præsidium meum Pollentiam venit quàm * Trebellius cum equitibus. sanè quàm sum gavisus, in hoc enim victoriam puto consistere. in spem venerant, quòd neq; Planci* quatuor legiones omnibus suis copijs pares arbitrabantur: neq; ex Italia tam celeriter exercitum traijci posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatusq; omnis, qui eò præmissus erat à nobis, sustinebant: nostroq; aduentu sustineri facilius posse confidimus. tamen si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quid detrimenti reipub. iniungant, summa à nobis dabitur opera. Vos magnum animum, optimamq; spem de summa repub. habere volumus, cùm & nos & exercitus nostros singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareq; operam, ut quàm paratissimi ab exercitu, reliquisq; rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus, qui quidem eas copias, quas diu simulatione reipub. comparārant, subito ad patriæ periculum conuerterunt.

* Tres erant Ventidij legiones, epi. 33. & 34. lib. 10.

* Plin. li. 3. cap. 5.

* Is de quo Philip. 11.

* Epist. 15. lib. 10.

ARGVMENTVM.

Ad Bruti literas respondet, de Octaviano ornando, de legionibus ad Brutum perducendis, de pecunia, alijsque rebus.

M. T. CI-

M. T. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. DESIGN. 15

MIRABILITER mi Brute lætor, mea consilia, *measq; sententias à te probari de decemviris, de ornando adolescente. sed quid referri Mihi gre de homini non glorioso: planè iam Brute frigeo. ὃς γαυρ enim erat meum senatus, id est iam dissolutum. Tantam spem attulerat exploratæ victoriæ tuæ præclara *Mutina eruptio, fuga Antonij, concisо exercitu, ut omnium animi relaxati sint, meaq; illæ vehementes contentiones tanquam σκιαμαχίαι esse videantur. Sed, ut ad eam rem redeam: legionem Martiam, & quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te posse perduci. Pecuniæ, quam desideras, ratio potest haberi, eaq; habebitur. De* Bruto arcessendo, Casareq; ad Italiæ præsidium tenendo, valdè tibi assentior. sed, ut scribis, habes obtrectatores: quos equidem sa cillimè sustineo: sed impediunt tamen. Ex Africa* legiones exspectantur. Sed bellum istic* renatum homines mirantur, nihil tam præter spem unquam. Nã die tuo natali victoria nunciata, in multa secula videbamus rempub. liberatam. Novi timores retexunt superiora. Scripsisti autem ad me ijs, quas id Maijs dedisti, nodò te accepisse à Planco literas, non recipi à Lepido Antonium. id si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium, cuius exitum ne extimescam, tua* partes sunt. Ego plus, quàm feci, facere non possum. Te tamen id, quod spero, omnium maximum & clarissimum videre cupio. Vale.

* Vt Octavianus interfecti decemviros esset, epist. 20.

* Video scriptum esse in antiquis libris Mutinz.

* M. Bruto, qui cũ Cassio mare transierat.

* Veteranæ.
* Epist. 14. l. 10. & 16.
* Vid. ep. ad M. Brutum cuius initium est, Messallam.

Infrà epist. 21.

ARGVMENTVM.

Laudat officium & diligentiam Bruti; voluptatem,

lætitiamq; omnium significat ex Bruti Planciq; coniunctione, eumque hortatur. ut in tuenda repub. se ipsum vincat.

M. T. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. DESIGN. 16

*ETSI mihi tuæ literæ iucundissimæ sunt: tamen iucundius fuit, quòd in summa occupatione tua Planco * collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret, quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. Coniunctio tua cum collega, concordiaq; vestra, quæ literis communibus declarata est, senatui, populoq; Rom. gratissima accidit. Quod superest, perge mi Brute: & iam non cum alijs, sed tecum ipso certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis uti cogo. Literas tuas vehementer exspecto, & quidem * tales, quales maximè opto.*

* Quia consules erant designati in proximum annum.

* Quæ oppressum Antonium significent.

ARGVMENTVM.

Commendat Lamiam, equitem Rom. in petitione prætura.

M. T. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 17

*PERMAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit: virùm cùm sollicitudine aliquid haberes, an cùm ab omni molestia vacuus esses. Itaq; ei præcepi, quem ad te misi, ut tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum coràm qui ad nos intempestiuè adeunt, molesti sæpè sunt: sic epistolæ offendunt * non loco redditæ. Si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, & ille, cui mandaui, satis*

* Hoc ut suum studium ergo Lamiam clarius ostendat.

* Alieno tempore: ut illud, desipere in loco sapientia est

satis scitè & commodè tempus ad te cepit adeundi: confido, me, quod velim, à te facilè impetraturum. L. Lamia præturam petit, hoc ego utor uno omnium plurimum, magna vetustas, magna consuetudo intercedit: quodq; plurimum valet, nihil mihi eius familiaritate iucundius. Magno præterea beneficio eius, magnoque merito sum obligatus. nam Clodianis temporibus, cùm equestris ordinis princeps esset, progq; mea salute acerrimè propugnaret, à Gabinio cos. * relegatus est: quod ante id tempus civi Rom. Romæ contigit nemini. Hoc cùm populus Rom. meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi mi Brute, me petere præturam. Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia, usus magnificentissimo* munere ædilitio: tamen quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. Nunc si me tanti facis, quanti certè facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas* centurias conficiat. Non tenebo te pluribus, panam in extremo, quod sentio: nihil est Brute, cum omnia à te exspectem, quod mihi gratiùs facere possit. LAMIA uno hominum familiarissimè utor, magna eius in me non dico officia, sed * merita sunt, eaq; populo Rom. notissima. is magnificentissimo, munere ædilitatis perfunctus, petit* præturam: omnesq; intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. Sed is ambitus extare videtur, ut ego omnia pertimescam, totamq; petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. in ea re quantum me possis adiuvare, facilè perspicio: nec verò, quantum mea causa velis, dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi persuadeas, nihil me ma-

* In oratione pro Sextio, & pro domo, & hic ep. 29. li. 12.

* Munus enim ædiles populo dabant.

* Prætores enim centuriatis comitiis creabantur.

* Epist. 29. lib. 12.

* Quæ biennio interiecto, ædilitatem consequebatur.

me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis *opibus, omni studio Lamiam in petitione iuveris. quod, ut facias, vehementer te rogo. Vale.

* Pro eo quam tum valebis.

ARGVMENTVM.

Reprehendit in Bruto nonnullam timoris significationem.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIGN. 17

ETSI ex mandatis, quæ *Galbæ, Volumnioq; ad senatum dedisti, quid timendum, supplicandumq; putares, suspicabamur: tamen timidiora mandata videbantur, quàm erat dignum tua populiq; Rom. *victoria. senatus autem, mi Brute, fortis est, & habet fortes duces. Itaq; molestè ferebat, se à te, quem omnium, quicunq; fuissent, fortissimum iudicaret, timidum atq; ignavum iudicari. etenim cum, te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute florente Antonio: quis erat, qui quicquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec verò Lepidum timebamus. quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui in maximo bello *pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum reipublicæ induceret? Nec dubito quin tu plus videas. Sed tamen tam recenti gratulatione, quàm *tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem, id quod spero, ut planè abiectus & fractus sit Antonius. sin aliquid vitium fortè collegerit, sentiet nec senatui consilium,

* Epist. 10. lib. 10. Mutinensi.

* Vide epi. 17. lib. 10. & 8. lib. 11.

* In Pisonem.

nec

nec populo Rom. virtutem deesse, nec reipub. te vivo imperatorem. 14. Kalend. Iun. Vale.

ARGVMENTVM.

Timere se scribit reipub. vicem, & Vicetinos commendat.

D. BRVTVS S. D. M. T. CICERONI. 18

AD senatum quas literas misi, velim priùs perlegas: & si qua tibi videbuntur, commutes. Necessariò me scripsisse ipsi animadvertes. nam cùm putarem, quartam & Martiam legiones meciũ futuras, ut Druso, Paulog placuerat, * vobis assentientibus, minùs de reliquis * nobis laborandum existimavi. nunc verò cùm sim cum tyronibus egentissimis, valdè & meam & vestram vicem timeam necesse est, * Vicetini me, & M. Brutum præcipuè observant. his ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum caussa, à te peto. caussam habent optimam, officium in reipub. summum, genus hominum adversariorum seditiosum, & inertissimum. XII. Kalend. Iunias, Vercellis.

* Supra epist. 14.

* Reliquo senatu.
* Quas à vobis non impetrabam.
* Sic in antiquis monumentis
* Libri veteres rep.

ARGVMENTVM.

Timere se ait Ciceronis caussa, eumq; monet, ut veteranorum animos sibi conciliet.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. T. M. CICERONI S. D. 19

QVOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuag officia cogunt, ut timeam. Sæpè enim mihi cùm esset dictum, neg à me contemptum, noviss. nè Labeo Segulius, homo sui similimus, narravit mihi

apud Cæsarem se fuisse, multumq; sermonem de te habitũ esse. ipsum Cæsarem nihil sanè de te quæstum, nisi dictum, quod diceret, te dixisse laudandum adolescentem, ornandum,* tollendum: se non esse commissurum, ut tolli posśit. Hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. Veteranos verò pessimè loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab ijs instare periculum, maximeq; indignari, quod in decemviris neq; Cæsar, neq; ego habiti* essemus, atq; omnia ad vestrum arbitrium essent collata. Hæc cùm audissem, & iam in itinere essem, commitendum non putavi, priùs ut Alpeis transgrederer, quàm, quid istic ageretur, scirem. Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denunciatione periculi sperare* eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam catilenam ex hoc pendére, ut quàm plurimum lucrifaciant. Neq; tamen non te cautum esse volo, & insidias vitantem. nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius, neq; carius. Illud vide, ne timendo magis timere cogare: & quibus rebus potest occurri veteranis, occurras. primùm quod desiderant de* decemviris, facias. deinde de præmijs, si tibi videtur, agros initum eorum, qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos censeas ab utroq;* nostrûm: de nummis, intè, ac ratione habita pecuniæ, senatum de ea re constituturum. Quatuor legionibus ijs, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Syllanis & agro Campano. Æqualiter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, & cupiditas ocij, quod

* Est enim ambigua significatio in verbo, tollendum, Paterculus lib. 2.

* Ad agros veteranis dividundos, Ad Att. ep. 29. lib. 15.

* Veteranos.

* Vt Octavianus in decemviris sit, ep. 14. Ap. ci. 3. de bel. 2. Me & Octaviano.

quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valdè necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones * armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnis casus & impetus hominum. De exercitu quem Pansa habuit, legionem Cæsar mihi non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorumq; aliquem mitte, si quid reconditum magis fuerit, meq; scire opus esse putaveris. Vale. 6. Kal. Iunias. Eporædia.

* Ad Antonium persequendum.

ARGVMENTVM

Respondet proximæ superiori epistolæ.

M. CIC. D. BRVTO IMP. S. D. 10

DII isti Segulio * malè faciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Quid? tu illum tecum solùm, aut cum Cæsare, qui neminem prætermiserit, qui cum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? Te tamen, mi Brute, sic amo, ut debeo, quòd istud, quicquid esset nugarum, me scire voluisti: signum enim magnum amoris dedisti. Nam quòd idem Segulius ait veteranos queri, quòd tu & Cæsar in *decemviru non essetis, utinam ne ego quidem essem: quid enim molestius? Sed tamen cum ego sensissem, dejis, qui exercitus haberent, sententiam dici oportere: ijdem illi, qui solent, reclamarunt. Itaq; excepti etiam estis me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus: qui res novas quærit, non quòd veterem comederit (nullam enim habuit) sed quia hanc ipsam * recentem novam devoravit. Quòd autem scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me facere, ut de me timeæ aliquid: omnia te, vir optime, mihiq; carissime

* Sic locutus est ep. 11. lib. 5.

*Ideo creatis, ut agros militib. post Mutinensē victoriam diu darent.

* Recenti hæreditate acceptam.

Brute, de me metu libero. ego enim, quæ providerip̃o rerunt, non fallar in ijs: quæ cautionem non habebunt, de ijs non ita valde laboro: sin etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis, ut caveam, ne timendo magis timere cogar & sapienter & amicissimè præcipis. Sed velim tibi persuadeas, cùm te constet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimescas, nunquam perturbere: me huic tuæ virtuti proximè accedere. Quamobrem neq; metuam quicquam, & cavebo omnia. Sed vide, ne tua iam, mi Brute,* culpa futura sit, si ego quicquam timeam. tuis enim opibus & * consulatu tuo etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abiecerimus: præsertim cum persuasum omnibus esset, mihiq; maximè, nos à te unicè diligi. Consilijs tuis, quæ scribis de quatuor legionibus, deq; agris assignandis ab utroq; vestrûm, vehementer assentior. itaq; cùm quidam de * collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem, totamq; vobis integram reservavi. Siquid erit occultius, & (ut scribis) reconditius, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Prid. Non. Iunias.

* Supra epist. 14.

* Cuius iam tempus appropinquabat.

* Suprà epist. 1. 20.

* De decemviris.

ARGVMENTVM.

Petit à Bruto, ut Appium Claudium, qui Antonij partes secutus erat, in civitate retineat.

M. CIC. S. D. D. BRVTO IMP. 21

CVM Appio Clodio C.F. summo mihi necessitudo est multis eius officijs, & meis mutuis constituta. Peto à te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel meæ causa, ut cũ auctoritate tua, quæ plurimùm valet, conserva-

ſervatum velis, volo te, cùm fortiſſimus vir cognitus ſis, etiam clementiſſimum exiſtimari. Magno tibi erit ornamento, nobiliſſimum adoleſcentem beneficio tuo, eſſe ſalvum. Cuius quidem cauſa hoc melior debet eſſe, quòd pietate adductus, propter patris reſtitutionem ſe cum Antonio coniunxit. Quare etſi minus* veram cauſſam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus poteſt hominem ſummo loco* natum, ſummo ingenio, ſumma virtute, officioſiſſimum, præterea & gratiſſimum, incolumem in civitate retinere. quod ut facias, ita à te peto, ut maiore ſtudio, magnivé ex animo petere non poſſim. Vale.

*In Cæſaris nece, & Mutinenſi eruptione.

*Id eſt, æquam, ut alibi.

*Nobiliſſimi enim Claudij, nō modo Patritii, Pulcri, ac Nerones, ſed plebei etiam Marcelli.

ARGVMENTVM.

Hortatur Ciceronem ad benè ſperandum.

D. BRVTVS. S. D. M. CICERONI. 22

NOS hic valemus rectè: & quò melius valeamus operam dabimus. Lepidus commodè de nobis ſentire videtur. Omni timore depoſito debemus liberè reip. conſulere. Quòd ſi omnia eſſent aliena,* tamen tribus tantis exercitibus proprijs reip. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & ſemper habuiſti, & nunc fortuna adiuvante augere potes. Quæ tibi ſuperioribus literis mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſſa *homines loquuntur. ſi frenum momorderis, peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi ut antea ſcripſi, dum mihi à te literæ veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Kal. Iun. Eporedia.

*Brutī, Planci, Octaviani.

*De Seguſio maximè intelligit. ſup. ep. 20.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Bruti epistola, siquid antea fuerat timoris, ademtam significat. addit, quid Bruto sit agendum & de pecunia decreta.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. 25

*Cum te videam tam paucis tam multa complecti.

NARRO tibi, antea subiraſcebar brevitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse * video. Te igitur imitabor, quàm multa, quàm paucis! te rectè valere, operamq; dare, ut quotidie melius: Lepidum commodè sentire: tribus exercitibus quavis nos oportere confidere. Si timidus essem, tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisses: Sed ut mones, frenum momordi. etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam * vigiliam meam, Brute, tibi tradere, sed ita, ut ne desim constantiæ meæ, Quòd scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant: si per hostem licet, non erraris. Multa enim Romæ, sin adventu tuo bellum consici potest, nihil sit antiquius. Pecunia expeditissima quæ erat, tibi decreta est. Habes amantissimum tui * Servilium: nos non desumus. Vale. VIII. Id. Iunias.

* Trãslatio ab excubantibus militibus nox autem in quatuor vigilias distributa.

* Isaurici filium consularem.

ARGVMENTVM.

Scribit, se brevitatem in scribendo amare, Bruti exemplo, reip. spem in ipso, & in Planco esse; de M. Bruto nihil certi.

M. CICERO S. D. D. BRVTO. 26

EXSPECTANTI mihi tuas quotidiè literas Lupus noster subitò denunciavit, ut ad te scriberem, si quid

quid vellem. Ego autem etsi, quid scriberem, non habebam (acta enim ad te mitti sciebam: inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam) brevitatem secutus sum, te magistro. Scito igitur, in te, & tua* collega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certi? quem ego, quemadmodum præcipis, privatis literis ad bellum commune vocare non desino: qui utinam iam adesset: *intestinum urbis malum, quod est non mediocre, minùs timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum. altera iam pagella procedit. vince & vale. XIII I. Kalend. Quintilcis.

* L. Planco sup. ep. 14.
*Erant enim qui Octavianum interfectis Pansa & Hirtio, ad petitionem consulatus incitarent. ep. 24. l. 10.

ARGVMENTVM.

Sollicitus ob Antonii cum Lepido coniunctionem postulat, ut & legiones ad eum mittantur, & stipendium.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 25

IN maximo meo dolore hoc solatio utor, quod intelligunt homines, non sine causa me timuisse ista, quæ acciderunt.* Deliberent, utrùm trajiciant legiones ex Africa, nécne, & ex Sardinia: Brutum arcessant, nécne: mihi stipendium dent, an non, decernant. ad senatum literas misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos* omneis adituros periculum. Rogo te, videte quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant: & fide opus est, & celeritate. Vale, III. Nonas Iunias. Ex castris.

* Hæc cum ironia.

* Verissimè augurium. nam, Novembri proximo mense, inita inter Lepidum, Antonium, Octavianum, societate & omnes, & omnia periere. Velleius, Dio, alij.

ARGVMENTVM.

Questus erat Mattius, se à Cicerone, ut libertatis inimicum, accusari. Cicero factum negat.

M. CIC.

* Doctissimum appellat Mattium ep. 15. lib. 7.

NONDVM satis constitui, molesti ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo tum plenus officij, tum utriusq; nostrum amantissimus. Nã cùm in Tusculanum vesperi venissem: postridiè ille ad me, nondum satis firmo corpore cùm esset, manè venit. Quem cùm obiugarem, quòd parum valetudini parceret: tum ille, nihil sibi fuisse longius, quàm ut me videret. Nunquidnam, inquam, novi? detulit ad me querelam tuam: de qua priùs, quàm respondeo, pauca præponam. Quantùm memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus * antiquior. sed VETVSTAS habet aliquid cõmune cum multis: amor non habet. * Dilexi te quo die cognoui, nihilq; à te diligi iudicaui. tuus deinde discessus, itaq; diuturnus, ambitio nostra & vitæ dissimilitudo non efficere potuerunt voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum ciuile, cùm Cæsar esset in Gallia. quod * enim vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari perfeciſti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos * familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt, graviora enim sunt consecuta. & initio belli ciuilis cùm Brundusium versus ires ad Cæsarem, veniſti ad me in Formianum. primùm hoc ipsum quanti, præsertim temporibus illis. Deinde oblitum me putas consilij, sermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec verò oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cùm Cæsari obviã veniſsem in agro Ariminensi

* A vetustate.

* A Mutua benevolentia.

* A beneficiis.

* A familiaritate.

* Ab officio.

bitror, Trebulano. Secutum illud tempus est, cùm me ad Pompeium proficisci sive pudor meus coëgit, sive officium, sive fortuna. Quod* officium tuum, quod studium, vel in absentem me, vel in præsentis meos defuit? quem porrò omnes mei & mihi, & sibi te amiciorem iudicaverunt? * Veni Brundusium, oblitúmne me putas, qua celeritate, ut primùm audieris, ad me Tarento advolarus? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei fracti communium miseriarũ metu? Tandem aliquando Romæ esse cœpimus. quid defuit nostri familiaritati? in maximis rebus, quonam modo me gererem adversus Cæsarem. usus tuo consilio sum In reliquis officijs, cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me ut domum ventitares, horasq; multas sæpe suavissimo sermone consumeres? cum etiam tum, si memmisti, ut hæc φιλοσοφούμενα ferberẽ, tu me impulsti. Post* Cæsaris reditum quid tibi maiori curæ fuit, quàm ut essem, ego illi quàm familiarissimus? quod effeceras. Quorsum igitur hæc oratio longior, quã putaram? quia sum admiratus, te, qui hæc nosse deberes, quicquam à me commissum, quod esset alienum nostra amicitia credidisse. nam præter hæc, quæ commemoravi, quæ testata sunt & illustria, habeo multa occultiora, quæ vix verbis exsequi possim. Omnia me tua delectant sed maximè maxima cum fides in amicitia, consilium, gravitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. Quapropter redeo nunc ad * querelam. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi: deinde si credidissem, nunquam id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. * Dignitas tua fecit, ut animadvertatur quicquid facias: malevolentia

*A constantia.

*Aliquando pœnituit. vide ad Att. lib. 11.

* Confer de civilibus bellis.

* Ad querelam responsio.

*Incommodum vertis in laudem.

autem

autem hominum, ut nonnulla duriùs, quàm à te fact. sint, proferantur. Ea si tu non audis, quid dicam nescio. equidem siquando audio, tam defendo, quàm me scio à te contra inimicos meos solere defendi. Defensio autem est duplex, alia sunt quæ* liquidò negare soleam, ut de isto ipso suffragio: alia, quæ* defendam à te piè fieri & humanè, ut de curatione ludorum. Sed te hominem* doctissimum non fugit, si Cæsar rex fuerit (quod mihi quidem videtur) in utramq; partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego uti soleo, laudandam esse fidem & humanitatem tuam, qui amicũ etiam mortuum diligas: vel in* eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriæ vitæ amici anteponendam. Ex his sermonibus utinam essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa verò duo, quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentiùs quàm ego, commemorat, aut sæpiùs: te & non suscipiendi belli civilis gravissimum* auctorem fuisse, & moderandæ victoriæ? in quo, qui mihi non assentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causſa harum* literarum, quibus nisi credideris, me omnis officij & humanitatis expertem iudicaris, quo nec mihi gravius quicquam potest esse, nec à te alienius. Vale.

* Epist. 10. lib. 10.
* Phil. 1.
* Epist. 15. lib. 7.
* Qua fortasse & ipse Cicero utebatur.
* Sic ad Att. Existimatus est semper auctor ocij.
* Quibus me tibi purgavi.

ARGVMENTVM.

Excusatio Mattij & pro seipso, & contra calumniatores.

*Captat benevolentiã à suo studio erga Ciceronem.

MATTIVS S. D. CICERONI.

MAGNAM voluptatẽ ex tuis literis cœpi, quòd, quã speraram atq; optarã, habere te de me opinionem

nem cognoui. de qua etsi non dubitabam, tamen, quia maximi æstimabam: ut incorrupta maneret, laborabam. Conscius autem mihi eram, nihil à me commissum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum. eò minùs credebam plurimis atq; optimis artibus ornato tibi temerè quicquam persuaderi potuisse. præsertim in quem mea propensa & perpetua fuisset atq; esset benevolentia. Quod quoniam, ut volui, scio esse: respondebo criminibus, quibus in me, ut par erat, pro tua singulari bonitate & amicitia nostra sæpè restitisti. nota enim mihi sunt, quæ in me post Cæsaris mortem contulerint. *Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarij graviter fero, atque eum quem dilexi, perisse indignor. aiunt enim patriam amicitiæ præponendam esse: proinde ac si iam vicerint, obitum eius reipub. fuisse utilem. Sed non agam astutè. *fateor, me ad istum gradum sapientiæ non peruenisse. neq; enim Cæsarem in dissensione ciuili sum secutus, sed amicum, quanquam* re offendebar, tamen non deserui: neq; bellum unquam ciuile, aut etiam causam dissensionis probaui, quam etiam nascentem * exstingui summè studui. Itaq; in victoria hominis necessarij, neq; honoris, neq; pecuniæ dulcedine sum captus, quibus præmijs reliqui, minus apud eum, quàm ego, cùm vellent, immoderatè sunt abusi. atq; etiam res familiaris mea, *lege Cæsaris diminuta est: cuius beneficio plerique, qui Cæsaris morte lætantur, remanserunt in ciuitate. Ciuibus victis ut parceretur, æque ac pro mea salute, laboraui. Possum igitur, qui omnes voluerim incolumes, eum, à quo id impetratum est, perisse non indignari? cùm præsertim ijdem homines

*Obiectio.

*Confutatio.

* Ciuili bello.

* Auctor fuit non suscipiendi belli ciuilis.

* De qua lege l. 3. com. de bello ciuili.

* Auctor fuit moderandæ victoriæ.

illi & * invidiæ & exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt, quando factum nostrum improbare audes. O superbiam inauditam! alios in facinore gloriari,* alijs ne dolere quidem impunè licere. At hæc etiam servis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent suo potiùs, quàm alterius, arbitrio. Quæ nunc isti, ut quidem dictitant, libertatis auctores metu nobis extorquere conantur, sed nihil agunt. nullius unquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate desciscam. NVNQVAM ENIM HONESTAM mortẽ fugiendam sæpè etiam* appetendam putaui. Sed quid mihi successisset, si id opto, ut pœniteat eos sui facti? cupio enim Cæsaris mortem omnibus esse acerbam. At debeo pro ciuili parte remp. velle salvam. Id quidem me cupere, nisi & antè acta vita, & reliqua mea spes tacente me probat, dicendo vincere non postulo. Quare maiorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas: mihiq; si sentis expedire rectè fieri, credas, nullam communionem cum improbis esse posse. An, quod adolescens præstiti, cùm etiam errare cum* excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac meipse retexam? non faciam, neq;, quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi coniunctissimi, ac viri amplissimi doleo gravem casum. Quòd si aliter essem animatus, nunquam, quod facerem, negarem, ne & in peccando improbus, & in dissimulando timidus ac vanus existimarer.* At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæsar adolescens fecit, curaui.* At id ad privatum officium, non ad statum reipub. pertinebat. Quod tamen munus & hominis amicissimi memoriæ atq; honoribus præstare etiam mortui debui: & optimæ

* Quod nimium eos ornaret.

* Ex una parte Cæsaris percussores, ex altera seipsum describit.

* Sic in tribus antiquis libris video scriptum esse, non ut aliis placet, oppetendã.

* Actati aliquid conceditur.

* Obiectio.

* Confutatio.

mæ spei adolescenti, ac dignissimo Cæsare petenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonij sæpè domũ salutandi caussa: ad quem qui me parũ patriæ amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid, aut auferendi causa frequentem ventitasse reperies. Sed quæ hæc est arrogantia, quod Cæsar nunquam* interpellauit, quin quibus vellem, atq; etiam, quas ipse non diligebat, tamen ijs uterer: eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne quos velim, diligam? Sed non vereor ne aut meæ vitæ modestia parum ualitura sit in posterum contra falsos rumores: aut etiam ij, qui me non amant propter meam in Cæsarem constantiam non malint mei, quàm sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent: quod reliquum est vitæ, in otio* Rhodi degam: si cassus aliquis interpellarit, ita ero Romæ, ut rectè fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas gratias ago, quòd tuum erga me animum simplicem atq; amicum aperuit: & quòd eum, quem semper dilexi lubenter, quo magis iure colere atq; obseruare deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

* A minori ad maius. Cæsar permisit, ut inimicis suis uterer: vos non permittitis, ut amẽ quos velim.

* Quæ libera ciuitas erat: epist. 7. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Profecturus in Græciam, suas res Oppio commendat, commemoratis ante beneficijs ab ipso acceptis.

CICERO OPPIO S. D. 28

DVBITANTI mihi (quod scit* Atticus noster) de hoc toto consilio profectionis, quod in utram q; partẽ in mentem multa venebant, magnum pondus attulit ad tollendam dubitationem iudicium & consilium tuum. nam & scripsisti aperte quid tibi videretur, &

* Quem ipsum hac de re sæpe per literas consuluit.

Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicaui, in te & in capiendo * consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem: maximeq; sum expertus, cùm initio ciuilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciendum esse censeres, eundúmne ad Pompeium, an manendum in Italia. suasisti ut consulerem dignitati meæ. Ex quo quid sentires intellexi: sumq; admiratus & fidem tuam, & in consilio dando religionem, quòd, cùm aliud malle * amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quàm illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me à te diligi sensi: & cùm abessem, atq; in magnis periculis essem, & me absentem, & meos præsenteis à te cultos & defensos esse memini: & post meum reditum quàm familiariter mecum vixeris, quæq; ego de te & senserim & prædicarim omnes, qui solent hæc animaduertere, testes habemus. Grauissimum verò * iudicium de mea fide & de constantia fecisti, cùm post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusq; meritis comprobáro, ipse me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, conservabis amorem tuum (etsi * more magis hoc quidem scribo, quàm quòd te admonendum putem) meaq; omnia tuebere: quæ tibi ne ignota essent, Attico mandaui. A me autem, cum paullum otij nacti erimus, uberiores literas expectato. Da operam ut valeas.

hoc mihi gratiùs facere
nihil potes.

M. TVL-

* Qui consilium dat, & prudens sit, & fidus.

* C. Cæsarem, quem etiam secutus est in bello ciuili.

* Iudicasti te à me fideliter & constanter esse amatũ, quanquam ego Pompeium, tu Cæsarem secutus esses.

* Vide epi. 17. lib. 12.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XII. AD C. CASSIVM, & ceteros.

ARGVMENTVM.

Queritur, tyranno occiso, tyrannidem tam non esse sublatum: Cassiumq; hortatur, ut una cum M. Bruto, eius uxoris fratre, omni perturbatione rempub. liberet.

CICERO CASSIO S. D.

FINEM *nullum facio, mihi crede, Cassi, de te, & de Bruto nostro, id est, de tota rep. cogitandi: cuius omnis spes in vobis est, & in D. Brutо: quam quidem iam habeo ipse meliorem, repub. à Dolabella meo præclarissimè gesta.* manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem & urbi, & otio diffiderem urbano. sed ita compressum est, ut mihi videamur omne iam ad tempus abillo duntaxat* sordidissimo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt & multa, sed posita omnia sunt in vobis: quanquam primum quidq; explicemus. nam, ut adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur, interfecto enim rege, regios omneu* nutus tuemur: neque verò id solum, sed etiam quæ ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus: nec eius quidem rei finem video. Tabulæ figuntur, *immunitates dantur, pecuniæ maximæ describuntur, exsules reducuntur, S. C. falsa referuntur: ut tantummodò odium illud

* Vide epist. 14. lib. 9.
* Phil. 1.
* Quod ab infima plebe bonis viris impendebat.
* Quæ se facturum, leviter, & vix significavit.
* Hæc omnia cũ faceret consul Antonius, in commentariis Cæsaris ab eo scripta fingebat.

illud hominis impuri, & servitutis dolor depulsus esse videatur: resp. iaceat in his perturbationibus in quas eã ille conjecit. Hæc omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, satis iam habere rempub. à vobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare: sed contenta non est, & pro magnitudine & animi & beneficij vestri à vobis magna desiderat. Adhuc ulta suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius, ornamenta verò sua quæ recuperavit? an quòd ei mortuo paret, quem vivum ferre nõ poterat? an quòd, cuius* æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decrevimus. Fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in rep. plurimum: sed immoderatè* quidem & ingratè nostra facilitate abutuntur. Verùm hæc propediem, & multa alia coràm. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cùm reip. quam semper habui carissimam, tum amorem nostri caussa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam ut valeas.

*Continens pro cõtẽtonã æreis tabulis leges incidebantur, vide li. nostrum de legibus.

*Consul Antonius, cui scriba Cæsaris Tiberius obsequebatur. Ap. lib. 3 de bell. civ.

ARGVMENTVM.

Invehitur in M. Antonij tyrannicam potentiam, reipub. statum describit.

CICERO CASSIO S.

VEhementer lætor, tibi probari sententiam & orationem meam, qua si sæpiùs uti* liceret, nihil esset negocij libertatem & remp. recuperare. sed homo amens & perditus, multoq; nequior quàm ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quærit: nullamq; aliam ob causam me auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani, inciten-

*si liceret in senatu libere loqui. ep. 2. li. 10.

*Philip. 2.

tentur,

tentur. quod ego periculum non extimesco, modò facti vestri gloriam cum mea laude communicem. Ita nec * Pisoni, qui in eum primus invectus est nullo assentiente: nec mihi, qui idem tricesimo post die feci, nec P. Servilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet. eadem enim gladiator quærit, eiusq; initium ad XIII. Kalend. Octobreis à me se facturum putavit, ad quam paratus venerat, cùm in villa * Metelli complureis dies commentatus esset. quæ autem in lustris & in vino commentatio potuit esse? Itaq; omnibus est visus, ut ad te antea scripsi, suo more * vomere, non dicere. Quare quòd scribis te considere, auctoritate & eloquentia nostra aliquid profici posse: nonnihil, ut in tantis malis, est profectum. intelligit enim populus Rom. * treis esse consulareis, qui, quia, quæ de rep. benè senserint, liberè locuti sunt, tuto in senatum venire non possint: nec est præterea quòd quicquam exspectes. tuus enim necessarius * affinitate nova delectatur. itaq; iam non est studiosus ludorum, infinitoq; * fratris in plausu disrumpitur, alter item affinis novis commentarijs Cæsaris delinitus est. Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quòd est, qui vestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamq; causam se huic latroni deservire præ se ferat. nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, ut ait, minùs in senatum venit. L. Cæsar, optimus & fortissimus civis, * valetudine impeditur. Servius Sulpitius & summa auctoritate & optimè sentiens, non adest. reliquos, exceptis * designatis (ignosce mihi) si non numero consulareis. Habes auctores consilij publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset. quid censes, perditis? Quare spes est omnis in vobis:

* Cuius filia Calpurnia C. Cæsari nupserat.

* Metelli Scipionis, qui fuerat socer Pompeij. epist. 8. lib. 8. *Philip. 2.

* Me, Pisonem Servilium.

* Lepidium intelligit. cuius filio filiam suam Antonius collocarat. Dio lib. 44.

* Nō Quinti, sed Lucij, qui hoc anno erat tribun. pleb. Phil. 1. *Ep. 14. l. 3.

* Pansa & Hirtio. *Quorū cōsilio respondetur.

bis: qui si iccirco abestis, ut sitis in tuto, ne in vobis quidem: sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis, velim* salvus nobis: sin id minus, res tamen publica per vos brevi tempore ius suum* recuperabit. Ego tuis neq; desum neq; deero: qui sive ad me referent, * sive non, mea tibi tamen benevolentia fidesq; præstabitur. Vale.

* i. ne ante vestrum adventum opprimatur. Ep. 15. libr. 11. ad Att.

* Sic & Sigonii liber, & meus, alii tamen hoc delendum putarunt.

ARGVMENTVM.

Et hic in Antonium, eiusq; sectam invehitur.

CICERO CASSIO S. 1

*Antonius.

AVget tuus* amicus furorem in dies. primum in statua, quam posuit in rostris, inscripsit, PARENTI optimè merito: ut non modò sicarij, sed iam etiam parricidæ iudicemini: quid dico, iudicemini? iudicemur potius. vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dixit fuisse. * Vtinam quidem fuissem. molestus nobis non esset. sed hoc vestrum fuit: quod quando præterijt, utinam haberem quid darem vobis consilij. sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit? Consilium autem omne hoc est illorum, ut mortem Cæsaris persequantur. Itaque ante diem VI. Non. Octobreis productus in concionem à Canutio, turpissimè ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus: de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. Cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerant. Quid eos interpretari putas, cùm hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. O rem miseram, dominum ferre non potuimus: conservo servimus, & tamen me quidem

* Brutus & Cassius consilium suum de necando Cæsare cum Cicerone non cõmunicarunt. Plut.

*Tribu. plu. quẽ postea Octavianus occidit. Dio l. 48. Velleius. l. 2. Sueton. in li. de claris Rhetoribus.

quidem favente magis, quàm sperant, etiam nunc re sidet spes in* virtute tua. sed ubi sunt copiæ? De reliquo malo teipsum loqui tecum, quàm dicta nostra cognoscere. Vale.

* Sæpè cognita, maximè verò cõtra Parthos. ep. 10. l. 10. & epist. 14. lib. 15.

ARGVMENTVM.

Varia complectitur hæc epistola, de Antonij nequitia, de senatu, de populo, de legatis ad Antonium missis, de ipso Cassio.

CICERO CASSIO S. 4

VEllem Idibus Martijs me ad* cœnam invitasses: reliquiarum nihil fuisset. Nunc reliquiæ nos exercent & quidem præter ceteros me. Quanquam egregios cõsules habemus, sed turpissimos consulareis: senatum fortem, sed infimo quenq; honore fortissimum. populo verò nihil fortius, nihil melius Italiaq; universa. nihil autem fœdius* Philippo & Pisone legatis, nihil flagitiosius: qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent, cùm illæ earum rerũ nullipæruisset, ultrò ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaq; ad nos concurritur: factiq; iam in re * salutari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid actarus, ubi demq; esses, nesciebam. fama nunciabat te esse in Syria: auctor erat nemo. *De Bruto, quo propius est, eò firmiora videntur esse, quæ nunciantur. Dolabella valdè vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tã citò succederet, cum tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. Itaq; constabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, quòd* exercitum præter spem existimamini comparasse. Scriberem plura si rem cognouissemq; nosset. nunc

* Ad Cæsarem occidendum: simul enim Antonium occidissemus, ep. 8. lib. 10.

* Ep. 8. l. 11. & Phil. 6. & 13.

* Alij enim in affligenda rep. populares, ut Clodius, Cæsar.

* M. Bruto.

* XVII. legiones eos habuisse Velleius tradidit.

quæ scribo, scribo ex opinione hominum atq; fama. Tuas literas avidè exspecto. Vale.

ARGVMENTVM.

Brutum laudat, ut ad eius imitationem Cassium accedat. addit de bello, quod in Italia contra M. Antonium resp. gerebat.

CICERO CASSIO S. 5

*HYemem credo adhuc prohibuisse, quò minùs de tecertum haberemus quid ageres, maximeq; ubi esses. Loquebantur omnes tamen credo, quod volebant, in Syria te esse, habere copias. id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus. res enim tantas * gessit, tamq; inopinatas, ut eæ cùm per se gratæ*

* Plu. in eius Vita.

*essent, tum gratiores propter celeritatem. Quòd si tu * eâ tenes, quæ putamus, magnis subsidijs fulta resp. est.*

* Primam enim oram Græciæ Brutus tenebat.

*à prima enim ora Græciæ usq; ad Aegyptum optimorum civium imperijs muniti erimus, & copijs. Quanquam nisi me fallebat, res sic se habebat, ut omne totius belli discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliquum fore videbatur. Parvis omnino iam copijs obsidebatur, quod magno præsidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternæ noster * Hirtius: ad Forum Cornelium Cæsar, uterque cum firmo exercitu: magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat. hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi * consideratè, ut mihi crebris literis significat, acturus videbatur. Præter Bononiam, Regium Lepidi, * Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam*

* Epist. 8. lib. 11.

* Epist. 33. lib. 10.

* De Parmensiũ cæde ab Antonio facta Phil. 14.

nam reip. tuos etiam clienteis. Transpadanos mirificè coniunctos cum causſa habebamus. Erat firmiſſimus ſenatus, exceptis* conſularibus: ex quibus unus L. Cæſar firmus eſt. & rectus* Ser. Sulpitij morte magnum præſidium amiſimus. Reliqui partim inermes, partim improbi, nonnulli invident eorum laudi, quos in rep. probari vident. * Populi verò Rom. totiusq; Italiæ mira conſenſio eſt. Hæc erant ferè, quæ tibi nota eſſe vellem. Nunc autem opto, ut ab iſtis* Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

*Epiſt. antecedenti.
* De Sulpitii morte, Phil. 8.

*Epiſt. antecedenti.

* Vnde ſol terras illuſtrat, inde fac, ut eluceat virtus tua.

ARGVMENTVM.

Strabonem commendat quaſi aliud agens: & in Caſſio Brutoq; ſpem omnem reipub. ſitam eſſe dicit, ſi ad Mutinam res male geratur.

CICERO CASSIO S. 7.

QVI ſtatus rerum fuerit tum, cùm has literas dedi, ſcire poteris ex C.* Tidio Strabone viro bono, & optimè de repub. ſentiente. nam quid dicam cupidiſſimo tui, qui domo & fortunis relictis, ad te potiſſimùm profectus ſit? Itaq; eum tibi ne commendo quidem: adventus ipſius ad te ſatis eum commendabit. Tu velim ſic exiſtimes, tibiq; perſuadeas, omne perfugium bonorum in te & Bruto eſſe poſitum, ſi, quod nolim, adverſi quid evenerit. res, cùm hæc ſcribebam, erat in extremum adducta diſcrimen. Brutus enim Mutinæ vix iam ſuſtinebat. Qui conſervatus erit, vicimus: ſin, (quod dij* omen avertant) omnis omnium curſus eſt ad vos. Proinde fac tantum animum habeas, tantumq; apparatum, quanto opus eſt ad univerſam rempub. recuperandam. Vale.

* Fortaſſe rectius Titio. nam & Strabo Titiorum cognomen, ut infra, epiſt. 14. lib 11. & Titiæ gentis mentio frequens, Tidiæ nulla.
* Ominis eam mentionem vitat adverſæ fortunæ ep. 12. lib. 16. ad Att. quo in loco vide commentariũ noſtrum.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Significat sententiam à se in senatu dictam ex Cassi dignitate, eamq; à se etiam in concione defensam.

CICERO CASSIO S. 7

QVanto studio dignitatem tuam & in senatu, & ad populum defenderim, ex tuis te malo, quàm ex me cognoscere. quæ mea sententia in senatu facilè valuisset, nisi * Pansa vehementer obstitisset. ea sententia dicta, productus sum in concionem à tribuno pleb. M. Servilio. Dixi de te quæ potui tanta * contentione, quantum vocum est: tanto clamore, consensuq; populi, ut nihil unquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quòd invita * socru fecerim. mulier timida verebatur, ne Pansæ animus offenderetur, in concione quidem Pansa dixit, matrem quoq; tuam & fratrem, illam à me sententiam noluisse dici. Sed me hæc non movebant: alia malebam: favebam & reip. cui semper favi, & dignitati ac gloriæ tuæ. Quod autem & in senatu plurib. verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam * liberes. prom si enim & propè confirmavi, te non exspectasse, nec exspectaturum decreta nostra, sed te ipsum tuo more rempub. defensurum. & quanquam nihil dum audieramus, nec ubi esses nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnem, quæ in istis partibus essent, opes, copiasq; tuas esse: per teq; Asiam provinciam confidebam iam reip. recuperatam. tu fac in augenda gloria te ipsum * vincas. Vale.

* Pansa consul.

Concione quibusdam placet.

* Servilia M. Bruti matre, item Tertia. Cassi uxoris. vide Sueto. in Iulio.

* i. id velim præstes & te confirmes.

* c Tecum egerles, dixit ep 2. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Lepidus victum Antonium receperat: unaq; bellum admi-

administrabant, id queritur Cicero, & Cassium ad liberandam rempub. hortatur.

CICERO CASSIO. S. D. 8

SCelus* affinis tui Lepidi, summamq; levitatem & *inconstantiam, ex actis, quæ ad te mitti certò scio, cognosse te arbitror. Itaq; nos confecto bello, ut arbitrabamur renovatum bellum gerimus: spemq; omnem in D. Bruto & Planco habemus. si verum quæris, in te & in meo Bruto non solùm ad præsens perfugium, si, quod nolim, *aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella *audiebamus, quæ vellemus: sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem, & præsenti iudicio & reliqui temporis exspectatione, scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa contendas. nihil est tantum, quod non populus Rom. à te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

* Nam & Lepidi uxor erat soror M. Brut.
* Cum antea pacem se velle dixisset epist. 18. lib. 11.
Infra l. 10.
* Oppressum à te esse.
* Laudat simul & hortatur, quod faciendum utrumque censet epist. 21. lib. 15.

ARGVMENTVM.

Scribit de bello propter Lepidi perfidiam, renovato; Cassiumq; hortatur, ut in Italiam properet.

CICERO CASSIO S. 9

BRevitas tuarum literarum me quoq; breviorem in scribendo facit: &, verè ut dicam, non satis occurrit quod scribam. nostras enim res in actis perferri ad te certò scio: tuas autem ignoramus, tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos præterrumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constanteis, sed adhuc sine auctore. Nos confectum bellum tùm putaremus, repente à *Lepido tuo in summam sollicitu-

* Ob affinitatem, epist. antecedenti & sequenti.

licitudinem adducti sumus. Itaq; persuade tibi, maximam reip. spem in te & tuis copijs esse. firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, ut omnia (ut spero) prospere procedant, multùm * interest te venire. exigua est enim spes reip. nam nullam non libet dicere: sed quæcunq; est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

* Timebat ipsam victoriam, suspicans de Octaviano id, quod evenit.

ARGVMENTVM.

Lepidum hostem iudicatum scribit. & omnino rem poscere, ut Cassius cum exercitu in Italiam veniat.

CICERO CASSIO S. 10

LEpidus tuus affinis, meus familiaris, pridiè Kalend. Quinct. sententijs omnibus * hostis à senatu iudicatus est. cæterig, qui unà cum illo à repub defecerunt, quibus tamen ad * sanitatem redeundi ante Kalend. Septembreis potestas facta est. Fortis sanè senatus, sed maximè spe subsidij tui. Bellum quidem, cum hæc scribebam, sanè magnum erat scelere & levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ volumus audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuncio. Quod cum ita esset, tamen literis tuis, quas Nonis Maij ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cũ exercitu: ut si hæc ex sententia confecta essent, consilio, atq; auctoritate tua: sin quid forte * titubatum esset, ut sit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum, quibuscunq; potero rebus ornabo: cuius rei tum tempus erit, cùm, quid opus reip. laturus sit, aut quid iam tulerit, notum esse cœperit. Nam adhuc tantùm conatus audiuntur, opti-

* Epist. 8.

* De mente dicitur, ut hic: de corpore. Tusc. 4. off 3. & de optimo genere orat.

* Sup. ep. 8.

optimi illi quidem & præclarissimi, sed gesta res exspectatur, quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute & magnitudine animi nihil est nobilius. Itaq; optamus, ut quàm primùm te in Italia videamus, rempub. nos habere arbitrabimur si vos habebimus. Præclarè viceramus, nisi spoliatum, inermem fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaq; nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Illa enim ex turbulenta rep. hic ex pace & victoria bellum excitavit. Huic oppositos* consules design. habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus præliorum. Persuade igitur, in te, & in Bruto tuo esse omnia, vos expectari, Brutum quidem* iam iamq; Quòd si, ut spero, victus hostibus nostris veneris: tamen auctoritate vestra respub. exsurget, & in aliquo statu tolerabili consistet. sunt enim permulta, quibus etiam medendum, etiam si respub. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

* D. Brutum, & L. Plancum.

* Propius enim aberat, Macedoniamq; & Græciâ, rapto C. Antonio tenebat. Plut.

ARGVMENTVM.

Scribit à quibus copias acceperit: secq; & rempub. commendat. scripta autem hæc epistola ante prælium Mutinense.

C. CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICER. II

S. V. B. E. E. Q. V. In Syriam me* profectum esse scito ad L. Marcum & Q. Crispum Impp Viri fortes, optimiq; cives, postea quam audierunt, quæ Romæ* gererentur, exercitus mihi tradiderunt, ipsiq; mecum una fortissimo animo rempub. administrant. Item legionem,

* Dio l. 47.

* Inter diffidentes cives.

gionem, quàm Q * Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse: quatuorq; legiones, quas A. * Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes, remq; publicam, quantum opus est defendas. Scire te volo, firma præsidia vobis senatuiq; non deesse, ut optima spe, & maximo animo rempub. defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius familiaris meus. Vale. Data Nonis Martijs. Ex castris * Tarichez.

* Strabo lib. 16.

* Missus à Dolabella in Aegyptũ App. lib. 4. de bello ci.

* Iosephus de bello iudaico.

ARGVMENTVM.

Facta mentione benevolentiæ Ciceronis erga se, suam dignitatem suosq; milites commendat: seq; & illos optimè de repub. meritos affirmat.

C. CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI. 12

S. V. B. E. E. Q. V. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuũ erga me amorem recognovi. videbaris enim non solùm favere nobis, id quod nostra, & reip. caussa semper fecisti: sed etiam gravem curam suscepisse, vehementerq; esse de nobis sollicitus. Itaq; quod te primùm existimare putabam nos oppressa repub. quiescere non posse: deinde cùm suspicarere nos aliquid * moliri, quod te sollicitum esse & de salute nostra, & de rerum evemu putabam: simul ac legiones accepi quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, tabellariosq; complureis Romam misi, scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi vetui prius, quàm tibi recitatæ essent, si fortè mei obtemperare mihi voluerunt. Quod si literæ perlatæ non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefariè Trebonio occiso Asiam occu-

* Molirl exitiũ improbis civbus.

occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit. Exercitus omneis, qui in* Syria fuére teneo. Habui paullulum moræ, dum promissa militibus persoluo: nunc iam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam tibi commendatam habeas, si me intelligis nullū neq; periculum, neq; laborem patriæ denegasse: si contra importunissimos latrones arma cepi te hortante & auctore: si non solum exercitum ad remp. libertatemq; defendendam comparaui, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui: quem si occupasset Dolabella non solum aduentu, sed etiam opinione & expectatione exercitus sui Antonium confirmasset. Quas ob res milites * tuere, si eos mirificè de repub. meritos esse animaduertis: & effice, ne quem pœniteat rempubl. quam spem prædæ & rapinarum sequi maluisse. Item Murci & Crispi impp. dignitatem, quantum est intetuere. Nam Bassus * miserè noluit mihi legionem tradere, quòd nisi milites invito eo legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. Hæc à te peto non solum reip. quæ tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitiæ nostræ nomine, quàm confido apud te plurimum posse. Credite mihi hunc exercitum, quem habeo, senatus, atq; optimi cuiusq; esse, maximeq; tuum: de cuius voluntate assiduè auarendo mirificè te diligit, earumq; habet. qui si intellexerit, commoda sua curæ tibi esse, debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scriptis, audiui, Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copijs, proficiscar in Ciciliam. Quid egerim, celeriter, ut scias, dabo operam, Ac velim, ut meremur de rep. sic felices simus. Fac valeas, meq; ames. Non. Maij. Ex Castris.

* Vbi Cæsar eos collocauerat, cum de Parthico bello cogitaret.

* Curæ tibi sunt eorum commoda. Infra hac ipsa epist. De Cæcilio Basso, Strabo lib. 16.

* Quod eam laudem, ac felicitatem, quæ in rep. tuenda posita est, ignoraret.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de victoria Mutinensi: & res à se gestas enumerat.

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI. 15

SVB E. E. Q. V. Cum reip vel salute, vel victoria gaudemus: tum instauratione tuarum laudum. Quod maximus consularis maximum consulem te ipse vicisti, et lætamur, et mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuæ virtuti datum: id quod sæpè iam experti sumus est enim tua * toga omnium armis felicior: quæ nunc quoq; nobis pænè rempub. ex manibus hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo vivemus liberi. Nunc te omnium maxime ciue, & mihi carissime, id quod maximè reipub. * tenebris comperisti, nunc te habebimus testem nostri & in te, & in coniunctissimam tibi rempub. amoris: & quæ sæpè pollicitus es, te & taciturum, dum serviremus, & dicturum de me tum, cùm profutura essent, nunc non illa ego quidem dici tantopere desiderabo, quàm sentiri à te ipso. neq; enim omnium iudicio malim me à te commendari, quàm ipse tuo iudicio dignè, ac mereor commendatus esse: ut hæc novissima nostra facta non subita, nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es fuisse iudices: meq; ad optimam spem patriæ non minimum tibi ipsi producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, propinquiq;, digni quidem te, & meritò tibi carissimi. esse etiam debent in republ. proximè hos tari, qui studiorum tuorum sunt æmuli: quorum esse cupio tibi copiam, sed tamen non maxima

* Togatus enim Cicero, non armatus reip. profuit. ep. 4. lib. 15.
* Cum Cæsar omnia teneret.

ma me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, & ad omnia, quæ velis & probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probauimus: ingenium certè diuina seruitus, qualecunq; est, minus tamen, quàm erat, passa est videri. Nos ex ora maritima Asiæ prouinciæ & ex insulis, quas potuimus, naueis deduximus. Delectum remigum, magna* contumacia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellæ, cui Lucilius præerat; qui spem sæpe transitionis præbendo, neq; unquam non decedendo, nouissimè Corycum se contulit, & clauso portu se tenere cœpit. Nos illa relicta, quòd & in castra peruenire satius esse putabamus, & sequebatur classis altera, quàm anno priore in* Bithynia Tullius Cymber compararat, cui Turulius quæstor præerat, Cyprum petiuimus. Ibi, quæ cognouimus, scribere ad vos quàm celerrimè voluimus. Dolabellam, ut Tarsenses pessimi socij, ita Laodiceni multò amentiores ultrò arcessierunt; ex quibus utriq; ciuitatibus Græcorum militum numero, speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita, & partem muri demolitus est, & castra oppido coniunxit. * Cassius noster cum decem legionibus, & cohortibus viginti auxiliarijs, & quatuor millibus equitum à millibus peßurum viginti, castra habet posita * Παλτοῖ & existimat se sine prælio posse vincere. Nam iam ternis terradrachmis triticum penes Dolabellam est. nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit, citò fame pereat necesse est. ne supportare possit, & Cassij classis bene magna, cui præest Sextilius Rufus, & tres, quas nos adduximus, ego, Turulius, & * Patiscus, facile præstabunt. Volo igi-

* Cum obstinatè recusarent.

* Cymbro ab senatu attributa. Plura in Bruto.

*Alius Cassius, is, s. qui Cæsarē occiderat.

* Paltus oppidum Laodiceæ propinquum. Strab. l. 16.

* Epi. 11. li. 2. & 6. li. 8. & 15. li. 13.

igitur vos benè sperare: & remp. ut vos istic expediisse: ita pro nostra parte celeriter à nobis expediri posse, considere. Vale. Data Id. Iun. Cypro, Acromacride.

ARGVMENTVM.

Exponit res à se gestas: Rhodios accusat: procurationem Asiæ petit. merita sua in remp. commemorat.

LENTVLVS CICERONI SVO S. D. 14

Spinthetis filius à Torquato adoptsaus. Dio. lib. 8.

CVm Brutum nostrum conveniſſem eumq; tardius in Asiam venturum animaduerterem: in Asiam redij, ut reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quam primum Romam mitterem. Interim cognovi, in Lycia esse classem Dolabellæ, ampliusq; centum naves onerarias, in quas exercitus eius imponi posset: idq; Dolabellam ea mente comparasse, ut si* Syriæ spes eum frustrata esset, conscenderet in naves & Italiam peteret, seq; cum Antonijs & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui, ut omnibus rebus relictis, cum paucioribus & minoribus navibus ad illas ire conatus sim. Quæ res, si à Rhodijs non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est: quandoquidem classis dissipata est: Adventus nostri timore milites, ducesq; effugerunt, onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ. Certè (quod maximè timui) videor esse consecutus, ut non posset classe Dolabella in Italiam pervenire, nec socijs suis firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodij nos & rempublicam, quàm valdè desperaverint, ex literis, quas publicè misi, cognosces. Et quidem multò parciùs scri-

* Cassio eam tenente, supra epist. 5.

às scripsi quàm re vera furere eos inveni. quòd verò aliquid de his scripsi, mirari noli. mira est eorum amentia. Nec me meæ ullæ privatim iniuriæ *moverunt unquam. malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contemtione optimi cuiusq; serenda mihi non fuit. Nec tamen omneis perditos esse puto, sed ijdem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum qui Pompeium, qui cæteros viros clarissimos non receperunt: ijdem, tanquam aliquo fato & nunc aut magistratum gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaq; eadem superbia in pravitate utuntur. quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solum utile est reipublicæ nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi semper curæ sit, & quocunq; tempore occasionem habueris, & in senatu, & in cæteris rebus laudi nostræ suffragere. Quando consulibus decreta est Asia, & permissum est ijs, ut dum ipsi venirent, darent negotium qui Asiam obtineant: rogo te, petas ab ijs ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi dent negotium, ut Asiam obtinsam, dum ipsorum alteruter venit. nam quod huc properent in magistratu venire. aut exercitum mittere caussam non habent. Dolabella enim in Syria est; &, ut tu divina tua mente prospexisti, & prædixisti, dum isti venient, Cassius eum opprimet, exclusus enim ab Antiochia Dolabella & in oppugnando malè acceptus, nulla alia consistus urbe, Laodiceam quæ est in Syria, ad mare se contulit. ibi *spero celeriter eum pœnas daturum. nam neque quò refugiat habet: neq; diutius ibi poterit tantum *exercitum

* Hoc verbum non est in antiquis libris.

* Cæsar lib. 1. com. de bello civili.

*Spem comprobavit eventus. Velleius lib. 1. & alii.

*Decem legiones.

citum Cassij sustinere. Spero etiam confectum esse iam & oppressum. Quare non puto Pansam & Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire, sed Romæ acturos consulatum. Itaq; si ab his petieris, ut interea nobis procurationem Asiæ dent, spero te posse impetrare. Præterea mihi Pansa & Hirtius & promiserunt coràm, & absenti scripserunt, Verrioq; nostro Pansa affirmavit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porrò non mediusfidius cupiditate provinciæ produci longius spatium mihi volo, nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti: quæ ego ne frustra subierim néve prius, quàm reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valdè laboro, nam si potuissem, quàm exegeram pecuniam universam mittere, postularem, ut mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonij morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum qui mihi fidem, reiq; publicæ, non* præstiterunt, id consequi & resistere volo. quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. id ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curæ sit. Ego me de republica puto esse meritum, ut non provinciæ istius beneficium expectare debeam, sed tantum, quantum Cassius & Bruti, non solum* illius facti, periculiq; societate, sed etiam huius temporis studio & virtute, primus enim ego leges Antonianas fregi: primus equitatũ Dolabellæ ad rempub. traduxi, Cassioq; tradidi: primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam: solus Cassio & reipub. Syriam exercitusq;, qui ibi erant, coniunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam, tantaq; præsidia, & tam celeriter

Cassio

* Epist. 7. lib. 1.

* Cum Cæsarem occidimus. Plut.

Cassio dedissem, ne ausus quidem esset ire in Syriam, & nunc non minora pericula reipub. à Dolabella instarent, quàm ab Antonio. Atq; hæc omnia is feci, qui & sodalis & familiarissimus Dolabellæ eram, coniunctissimus sanguine Antonijs: *provinciam quoq; illorum beneficio habebam: sed πατρίδα ἐμοὶ μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum primus indixi. Hæc etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animadverto: tamen non despero, nec* desatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta & merita provocabimur, senatus & optimi cuiusq; officijs, cùm maiore auctoritate apud cæteros erimus, tum eò plus prodesse reipub. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cùm veni, videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus. sed medius fidius ea esse eum* opinione, & tua, & ipsius, & in primis mea caussa gaudeo fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teq; dignus est. Vale. Data 4. Kalend. Iunias, Pergæ.

*Quod eam Lentulo à Cæsare impetrassent.

*Non usitata locutio. quis enim prætereà defatigor cum infinitivo coniunxit.

*Ita animatum esse exercitum reipub.

ARGVMENTVM.

Hic quoq; res à se gestas exponit: invehitur in Rhodios: de Dolabella optabilia nunciat.

P. LENTVLVS P. F. PROQVAES. PROPRAET. S. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI, POPVLO PLEBIQVE ROM.

S. V. L. Q. V. V. B. E. E. Q. V. Scelere Dolabellæ *oppressa Asia, in proximam provinciam Macedoniam, præsidiaq; reip. quæ M. Brutus vir clarissimus tene-

15 * Smyrna capta, Treboniog; cæso. sup. ep. 2. & ep. antecedenti.

tenebat, me contuli, & id egi, ut, per quos celerrimè posset, Asia provincia, vectigaliaq; in vestram potestatem redigerentur. quòd cum pertimuisset Dolabella, & vastata provincia, correptis vectigalibus, præcipuè civibus Rom. omnibus crudelissimè denudatis ac divexatis, celerius Asia excessisset, quàm eo præsidium adduci potuisset: diutius morari, aut exspectare præsidium non necesse habui: & quamprimum ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut & reliqua vectigalia exigerem, & quam deposui pecuniam colligerem: & quid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem, & quàm primum vos de omni re facerem certiores. interim cum per insulas in Asiam naviganti mihi nunciatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosq; naveis complureis instructas & paratas in aqua habere: cum ijs navibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparaverat Patiscus proquæs homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in repub. coniunctissimus, Rhodum reverti consessus auctoritate vestra, senatusq; consulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis, fœdere quoq;, quod cum his M. Marcello, Ser. Sulpicio Coss. renovatum erat, quo * iuraverant Rhodij, eosdem hostes se habituros, quos senatus populusq; Rom. quæ res nos vehementer fefellit. tantum enim abfuit, ut illorum præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam à Rhodijs urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites, nos vix ipsi, singulis cum naviculis recipieremur. quam indignitatem, diminutionemq; maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperij, populiq; Rom. idcirco tulimus, quòd in terce-

* Hoc in omnibus fœderibus observatum animadverti.

terceptis literis cognoramus, Dolabellam, si desperasset de Syria, Aegyptoq;, quod necesse erat fieri, in naueis cum omnibus suis latronibus, atq; omni pecunia conscendere paratum esse, Italiamq; petere: iccirco etiam naueis onerarias, quarum minor nulla erat duûm millium amphorûm, contractas in Lycia à classe eius obsideri. Huius rei timore P. C. Percitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaq; ad illorum voluntatem introductus in urbem, & in senatum eorum, quàm diligentissimè potui, caussam reipubl. egi: periculumq; omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis naueis conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta esse pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent, quàm bonos ut hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propensè non crederent esse factam: ut patientiam senatus, & optimi cuiusq; manere etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quenquam Dolabellam hostem iudicare: ut denig; omnia, quæ improbi fingebant, magis vera existimarent, quàm, quæ verè facta erant, & à nobis docebantur: qua mente etiam ante nostrum aduentum, post Trebonij indignissimam cædem cæteraq; tot, tamq; nefaria facinora binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum, & quidem novo exemplo, contra leges ipsorum prohibentibus ijs, qui tum magistratus gerebant. Hæc sive timore, ut dicitant, de agris, quos in continenti habent, sive furore, sive potentia paucorum, qui & antea pari contumelia* viros clarissimos afficerant, & nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neq; nostræ partis, neq; nostro præsentium,

*Cum Lentulum & Pompeium non recepe-runt. Supra epist. 14.

rium, neq; imminenti Italiæ, urbiq; nostræ periculo. si ille parricida cum suis latronibus, navibus ex Asia, Syriaq; expulsus, Italiam petijsset, mederi, cum facilè possent, voluerunt. Nonnulli etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos, & demorati esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de adventu nostro, quam suspicionem consecutæ res aliquot auxerunt, maximè quòd subitò ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius legati Dolabellæ à classe discernunt. nauiq; longa profugerunt, onerarijs relictis, in quibus colligendis non minimum temporis labori q; consumserunt. Itaque cum à Rhodo cum ijs quas habueramus, navibus in Lyciam venissemus, naves onerarias recepimus, dominisque restituimus: ijdemq; quod maximè verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desijmus, classem fugientem persecuti sumus usq; Sydam, quæ * extrema regio est provinciæ meæ. ibi cognovi, partem navium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriam, Cyprum q; petijsse. Quibus dispectis, cùm scirem, C. Cassij singularis civis, & ducis classem maximam fore præstò in Syria, ad meum officium reverti: daboq; operam, ut meum studium & diligentiam vobis P. C & reipub. præstem, pecuniam q; quàm maximam potero, & quam celerrimè cogam, omnibusq; cum rationibus ad vos mittam. Si percurrero provinciam, & cognovero qui nobis & reipub. fidem præstiterunt in conservanda pecunia à me deposita, quiq; scelerate ultrò deferentes pecuniam publicam hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus si vobis videbitur, si ut meriti sunt, graviter constitueritis, nosq; vestra

* Non licebat provinciæ finibus egredi.

stra auctoritate firmaveritis: facilius & reliqua exigere vectigalia, & exacta servare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri, provinciamq; ab iniuria defendere possim, præsidium necessarium voluntariumq; comparavi. His literis scriptis, milites circiter XXX. quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphiliam venerunt. hi nunciaverunt Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, venisse. non receptum, conatum esse aliquoties vi introire: repulsum semper esse cum magno suo detrimento. itaque centum circiter amissis, ægrisq; compluribus relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus: ea nocte omneis ferè Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiochiam redijsse, & se ijs tradidisse, qui à Cassio relicti, urbi illi præerant: cæteros per Amanum in Ciliciam descendisse, quo ex numero se quoque esse dicebant: Cassium autem eum suis omnibus copijs nunciatum esse quatridui iter à Laodicea abfuisse tum, cum Dolabella eò tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. IIII. Non. Iunias, Pergæ.*

*Epist. 31. lib. 10.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de Ciceronis filij indole ad virtutem: versus, in malum civem à se conscriptos mittit: petit, ut includatur in Ciceronis scripta de Cæsaris interitu.

TREBONIVS CICERONI S. 16

S. V. B. E. E. V. Athenas veni ad XI. Kalend. Iunias, atq; ibi, quòd maximè optabam, vidi filium tuum, deditum optimis studijs, summaq; modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes etiam

etiam me tacente, non enim nescis quanti te faciam, & quàm pro nostro veterrimo, verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. nihil adolescente tuo, atq; adeo nostro (nihil enim mihi à te potest esse seiunctum) aut amabilius ijs, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maximè amas, hoc est, optimarum: itaq; tibi quod verè facere possum, libenter quoque gratulor: nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat diligere, qualiscunque esset, talem habemus, ut libenter quoq; diligamus. Qui cum mihi in sermone iniecisset se velle Asiam visere, non modo invitatus, sed etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obtinentibus provinciam faceret, cui nos & caritate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare. Illud quoq; erit nobis curæ, ut * Cratippus una cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illum paratum, ut video, & ingressum pleno * gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo, exercendoq; se procedat. Vos quid ageretis in repub. cum has literas dabam, non sciebam. audiebam quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa, ut aliquando ociosa libertate fruamur, quod vel minimè adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo: & dictum, cum magno nostro honore à te dictum, conclusi, & tibi infra subscripsi. In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis εὐθυβολώτερος videbor: turpitudo personæ eius, in quam liberius invehimur,

* Peripatetica doctrina clarus. ep. 21. l. 16. de offic. lib. 1 & 3.

* Vide Vegetium de pleno gradu militum.

mur, nos vindicabit. Ignoscès etiam iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusmodi & homines & cives. Deinde qui magis hoc* Lucillio licuerit assumere libertatis, quam nobis? cùm, etiamsi odio pari fuerit in eos, quos læsit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adiunges me quamprimum ad tuos sermones. Namq; illud non dubito, quin, si quid* de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosq; tibi commendatos habe. D. VIII. Kalendas Iunias. Athenis.

* Satyrarum scriptori.

* Fuit enim Trebonius unus ex percussoribus Cæsaris.

ARGVMENTVM.

Varia scribit, de rumoribus è Syria allatis, de vrbis ocio, de oratore à se scripto, de suo studio in Cornificium, is autem Syriam regebat, ut infra patet.

CIC. CORNIFICIO COLLEGAE S. D. 17

GRata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam ut conserves (non quòd de tua constantia dubitem, sed quia* mos est ita rogandi) rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt: quæ, quia tibi sunt propiora, quàm nobis, tua me causa magis movent, quam mea. Romæ summum ocium est, sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negotium: quod spero fore, quia video id* curæ esse Cæsari. Me scito, dum tu abes, quasi occasionem quandam & licentiam nactum, scribere audacius, & cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes: sed proximè scripsi de optimo genere dicendi; in

In augurata.

* Vide idem ep. 29. lib. 11.

* Correctionem reip. Cæsar cogitauit.

di: in quo sæpè suspicatus sum, te à iudicio nostro, sic scilicet, ut* doctum hominem à non indocto paululum discedere. Huic tu libro maximè velim ex animo: sin minus gratiæ caussa suffragére. dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teq; mittant. puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ista sollicitudine, quicquid à me profectum sit, iucundum tibi fore. Quòd mihi existimationem tuam dignitatemq; commendas, facis tu quidem omnium more; sed velim sic existimes, me, cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuere, tum de summo ingenio, & de optimis tuis studijs, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

* Scripsit Cornificius de arte rhetorica. Quinct. li. 3.

ARGVMENTVM.

Purgat se de infrequentia literarum: prudentiam Cornificii, gravitatemq; laudat, præsentem reipub. statum accusat cum Cæsaris excusatione.

CIC. CORNIFICIO COLLEGAE S. D. 18

QVod extremum fuit in ea epistola, quàm à te proximè accepi, ad id primum respondebo. animadverti enim hoc vos magnos oratores facere nonnunquam: Epistolas requiris meas, ego autem nunquam, cùm mihi denunciatum esset à tuis ire ad te aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temerè, nec antè, quàm scisses, quò iste, nescio qui* Cæcilius Bassus erumperet, quicquam certi constituturum: id ego & speraram, prudentia tua fretus, & ut considerem. fecerunt tuæ gravissimæ lite-

* Dio. libr. 47. &, Strabo lib. 16.

literæ: idq; ut facias quàm sapissimè, ut & quid tu agas, & quid agatur, scire possim, & etiam quid actu-rus sis, valdè te rogo. Etsi per iniquo patiebar animo, te à me digredi; tamen eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotijs discedere. Vtrumq; contra accidit. istic enim * bellum est exortum, hic pax consecuta: sed eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent: ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarem quidem delectent. BELLORVM enim civilium ij semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam ut ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. Equidem sic tam obdurui, ut ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderim T. * Plancum, audirem Laberij & Publij poemata. Nihil mihi tam deesse scito quàm quicum hæc familiariter, docteq; rideam. Is tu eris, si quamprimum veneris. quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

* Dio libr. 47.

* Plancum Bursam, à Cæsare restitutum, ep. 2. lib. 7.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de Syriæ administratione: eamq; optat bello vacuam: quod si bellum sit, consulit quid agendum.

CICERO CORNIFICIO S. 19

Libentissimè legi tuas literas: in quibus iucundissimum mihi fuit, quod cognovi meas tibi redditas esse. non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq; provinciam tibi tributam esse à Cæsare, ex tuis literis cognovi, eam rem tibi volo & benè, & felici-

feliciter evenire. quod ita fore confido, fretus & industria & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sanè me commovit, quantum copiarum haberes, cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognovi. Itaq; opto, ne se illa gens moveat hoc tempore, tum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quòd si pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti consilio * M. Bibuli qui se oppido munitissimo & copiosissimo tandiu tenuit, quandiu in provincia Parthi fuerunt. Sed hæc melius ex re & ex tempore constitues. Mihi quidem usq; curæ erit quid agas, dum quid egeris sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. à te ut idem facias peto: in primisq; ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse. Vale.

* Qui, dum ullus hostis in Syria fuit pedē porta non extulit. ad Att. lib. 6. epist. 8.

ARGVMENTVM.

Iocatur quia Cornificius Sinuessanæ villæ hospitio uti noluerat: & crebras ab eo literas petit.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE S. 20

Eodem modo locutus est. ep. 17. lib. 15.

GRatæ mihi tuæ literæ, nisi quod Sinuessanum diversoriolum contemsisti. Quam quidem contumeliā villa pusilla iniquo animo ferret, nisi in Cumano & Pompeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses. ego enim respondere facilius possum, quàm provocare. Quod si ut * es, cessabis, lacessam, nec tua ignavia etiam mihi * inertiam offeret. Plura ociosus. Hac, cùm essem in senatu, exaraui. Vale.

* Quæ tua consuetudo est.
* Ep. 10. l. 8.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Commendat Anicium, eiusque negotia, & dignitatem.

CICERO CORNIFICIO S. 21

CAius Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negociorum suorum causſa legatus eſt in Africam* legatione libera. Eum velim rebus omnibus adiuues, operamq; des, ut quã commodiſſimè ſua negocia conficiat: inprimisq;, quod ei cariſſimum eſt, dignitatem eius tibi commendo: idq; à te peto, quod ipſe in provincia facere ſum ſolicitus non rogatus, ut omnibus ſenatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoveram à ſummis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceteris q; rebus omnibus eius dignitati, reiq; ſi me amas, conſules, id erit mihi gratiſſimum. Da operam ut valeas.

* Quæ ſenatoribus ad ſua negocia proficiſcentibus concedebantur. ad Att. lib. 2. epiſt. 18. & epiſt. 12. lib. 15.

ARGVMENTVM.

Narrat de ſtatu reip. poſt Cæſaris mortem: hortaturque Cornificium, ut provinciam retineat in poteſtate reipub.

M. T. CIC. S. P. D. CORNIFICIO. 22

NOs hic cum homine gladiatore omnium nequiſſimo* collega noſtro Antonio bellum gerimus, ſed non pari conditione: contra arma verbis. At etiam de te concionatur, nec impunè, nam ſentiet quos lacceſſierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perſcribi ab aliis: à me futura debes cognoſcere: quorum quidem non eſt difficilis coniectura. Oppreſſa omnia ſunt: nec habent ducem boni; noſtriq; τυραννοκτόνοι* longè gen-

* Collega in augurata Philip. 2. ad Attic. & hic ep. 14. l. 18.

* Brutus in Græcia Caſſius in Syria Phil. 14.

tium absunt. Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter. Hirtius noster tardius convalescit. Quid futurum sit, planè nescio, spes tamen est una, aliquando populum Rom. maiorum* similem fore. ego certè reipub. non deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud profecto, quoad potero, tuam famam & dignitatem tuebor. Ad XIII. Kal. Ian. senatus frequens mihi est assensus, cùm de cæteris rebus magnus & necessarijs, tum de* provincijs ab ijs, qui obtinerent, retinendis, neq; cuiquam tradendis, nisi qui ex S. C. successisset, hoc ego cùm reipub. caussa censui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri caussa rogo, reipub. caussa hortor, ut ne cui quicquam iuris in tua provincia esse patiare: atq; ut omnia referas ad dignitatem, qua nihil potest esse præstantius. Verè tecum agam, ut necessitudo nostra postulat: in Sempronio si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. sed illud & præterijt, & levius est. Hæc magna res est: fac ut provinciam retineas in potestate reip. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Itaq; Cherippo nostro me velim* excuses. Vale.

*In tuenda libertate.

* Infrà ep. 25.

* Ne validior fieret Antonius, provinciam nactus aliquam.

* Quod ei non rescribo.

ARGVMENTVM.

Primum respondet ad ea, quæ de provincia Cornificij à Stratorio cognoverat. deinde quasi formam reipub. mittit; & philosophiam laudat.

CICERO CORNIFICIO. S. 19

OMnem conditionem imperij tui statumq; provinciæ mihi demonstrauit* Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus: Sed quò tua maior dignitas est, eo quæ

*Puto, Stratorius, ex Festo in Lacus Lucrinus.

quæ tibi acciderunt minus ferenda. neq; enim, quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenij moderatè fers, à te non ulciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. Sed hæc posterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti certò scio. quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisq; Cæsaris Octauiani conatum: de quo multitudini *falsum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum, & probant. Quid quæris? magna spes est in eo, nihil est, quod non existimetur laudis & gloriæ caussa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut, cum *interfectores suos domi comprehenderit, rem proferre non audeat. Ad VII. Idus Octobres, Brundusium erat profectus obviam legionibus *Macedonitis quatuor: quas sibi conciliare pecunia cogitabat, *eas q; adurbem adducere, & in cervicibus nostris collocare. Habes formam reipub. si in castris potest esse respub. in qua tuam vicem sæpè doleo, quod nullam partem per ætatem sanæ & salvæ reipub. gustare potuisti. Atq; ante hac quidem sperare saltem licebat: nunc etiam illud ereptum est. quæ enim spes est, cùm in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos locum sibi quærere, quibus se salvo locus in civitate esse non posset? equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere possunt, sic fero, ut philosophiæ magnam habeam gratiam, quæ me non modò à sollicitudine abduxit, sed etiam contra omnis fortunæ impetus, armat: tibi q; idem censeo faciendum, nec, à quo culpa abest, quicquam in malis numerandum. Sed hæc tu melius. Stratorium nostrum tum semper probassem,

* Velleius lib. 2. Plut. Sueto. Dio Sen. in libr. de clementia.

* Credunt Octavianum insidias Antonio struxisse.

* Ex Macedonia profectis.

* Armis opprimere libertatem cogitabat: sed eum duæ legiones, Martia, & quarta, sequi noluerũt, seqs Octaviano tradiderunt. vide Phil. 3. Velleium lib. 2.

*Stratorius à Festo nominatur in verbo Lacus.

tum maximè in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiamq; cognoui. Da operam ut valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

ARGVMENTVM.

Hortatur Cornificium, ut omni cura in rempub. incumbat. scribit de legatis ad Antonium de senatu missis. Pinarium commendat.

CICERO S. D. CORNICIO. 24

*EGO nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modò laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuorum literis quàm ex meis esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in rempubl. incumbas. hoc est animi, hoc ingenij tui, hoc eius spei quam habere debes, amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hac de re aliàs ad te pluribus. cùm enim hæc scribebam, in exspectatione erant omnia, nondum * legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio * paruisset. Ego tamen ut primùm occasio data est, meo pristino more remp. defendi: me principem senatui, populoq; Rom. professus sum: nec postea, quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisq; communis. Sed hæc quoq; te ex alijs malo. T.* Pinarium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim: cui cùm propter omneis virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes, negotiaq; Dionysij nostri, quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen.*

* Philippus & Piso. epi. 4. lib. 12.

*Vt Mutinæ obsidionem relinqueret.

* Antiquissima familia, ante urbem conditam. Livius lib. 1.

men. Facies igitur ut ex Pinarij gratißimi hominis literis tuum & erga illum, & erga Dionysium ſtudium perſpiciamus. Vale.

ARGVMENTVM.

Scribit ex literis Cornificii S. C. eſſe factum: hortatur ut reipub. cauſſam amplectatur: Lucceio ſe nulla re defuturum pollicetur.

CICERO S. D. CORNIFICIO.

Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius* altero viceſimo die, ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit ſenatus, neq; poſtero. Quinquatribus frequenti ſenatu cauſſam tuam egi non invita Minerva. Etenim eo ipſo die ſenatus decrevit, ut Minerva noſtra, cuſtos urbis, quam turbo* deiecerat, reſtitueretur. Panſa tuas literas recitavit, magna ſenatus approbatio conſecuta eſt cum ſummo gaudio & offenſione Minotauri id eſt, Calviſij & Tauri. Factum de te eſt S. C. honorificum. Poſtulabatur, ut etiam illi notarentur: ſed Panſa clementior. Ego, mi Cornificii, quo die primum in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus ceteris ad XIII. Kal. Ianu. fundamenta reipub. ieci: eo ipſo die providi mulum, atque habui rationem dignitatis tuæ. mihi enim eſt aſſenſus ſenatus de obtinendis* provincijs. Nec verò poſtea deſtiti labefactare eum, qui ſumma cum tua iniuria, contumelia q; reipub provinciam* abſens obtinebat. Itaq; crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſedq; in urbem recepit invitus: neq; ſolum ſpe, ſed certa re iam, & poſſeſſione deturbatus eſt. Meo iuſtißimo, honeſtißimoq; conricio te tuam dignitatem ſumma tua

* Secundo poſt viceſimum.

* Quod Tullij mortem portendit, Dio & Obſequens.

* Supra ep. 22.

*Cum ad urbem eſſet cum imperio: revertit autem in urbem depoſito imperio.

virtute tenuisse, provinciæq; honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem, fuit enim illud quoddam necessarium tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisq; fautor, iratus temporibus in* Græciam desperata libertate rapiebar, cùm me Eteſiæ, quasi bon' cives, relinquentem remp. prosequi noluerunt: austerq; adversus maximo flatu me ad tribuleis tuos *Rhegium retulit: atq; inde ventis, remisq; in patriam omni festinatione properavi: postridieq; in summa reliquorum servitute liber unus fui. Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemq; suum vinolentum furorem in me unum effunderet, meq; cum elicere vellet ad cædis causſam, tum tentaret insidÿs: quem ego ructantem & nauseantem conieci in Cæsaris Octaviani plagas. puer enim egregius præsidium sibi primum, & nobis: deinde* summæ rei comparavit: qui nisi fuisſet, Antonij reditus à Brundusio pestis patriæ fuisſet. Quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. sed redeamus illuc, unde divertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio. neq; enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat, ut *ait Terent. Quamobrem mi Quinte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim, una navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu: sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non aberit, quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac ut magno animo sis & excelso, cogitesq; omnem dignitatem tuam cum repub. coniunctam esse debere. P. *Lucceium mihi meum

* Vide epi. 1. lib. 10. & Phil. 1. & lib. 3. de off.

*Vide Rhegienses suffragium in tribu Romæ tuliſſe, municipes enim erant legis Iuliæ beneficio civitatem adepti.

* Substantivum, ut alibi.

*In Andria.

* Necesse est, initium esse epistolæ hæc enim scripta sunt mortuo Pansa, superiora vivo.

meum commendas, quem quibuscunq; rebus potero diligenter tuebor. Hirtium quidem & Pansam collegas nostros, homines in consulatu reipub. salutareis, alieno sanè tempore amisimus, repub. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur: quanquam admodum sumus iam defatigati. Sed NVLLA lassitudo impedire officiū & fidem debet. Verum hæc hactenus. ab alijs te de me, quàm à me ipso malo cognoscere. De te audiebamus ea, quæ maximè vellemus. De Cn. Minutio, quem tu quibusdam literis ad cœlum laudib. extulisti, rumores duriores erant. id quale sit, omninoq; quid istic agatur, facias me velim certiorem. Vale.

ARGVMENTVM,

Hæredes Turrij commendat.

CICERO CORNIFICIO. S. 25.

Q.* Turius, qui in Africa negociatus est, vir bonus & honestus, hæredes fecit similes sui, Cn. Saturnium, Sex. Ausidium, Cn. Anneium, Q. Consid. Gallum, L. Servilium Postumum, C. Rubellinum. Ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere, quam commendatione. tanta enim liberalitate se tua usos prædicabant, ut ijs plus à te tributum intelligerem, quàm ego auderem te rogare. Audebo tamen. scio enim quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare à te peto, ut ad eam liberalitatem, qua sine meis literis usus es, quam maximus his literis cumulus accedat. Caput autem est meæ commendationis, ne patiare * Erotem Turium, Q. Turij libertum, ut adhuc fecit, hæreditatem Turianam avertere:

* Curius habet Sigonij liber.

* Refertur ad honestatē familiæ, non ad ipsius mores.

* Libertinomen retinebat, quod in servitute habuerant.

terece cæteris q̃ omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Magnam ex eorum* splendore & observantia capies voluptatem. Quod ut velis, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

* Qui magistratus gesserunt, aut claris parentibus nati sunt, à nobilitate laudantur: ceteris ut equitib Romanis splendor, nõ nobilitas tribuitur, quo significatur species illa, quàm rei familiaris copia & quædã in omni re liberalis animi significatio gignit. vide splendorem equitib. Rom. tributum. ep. 2. l. 1. & hic epist. sequenti.

ARGVMENTVM.

Ausidii equitis R. Africana negotia commendat.

M. T. CIC. S. D. CORNIFICIO. 26

SEx. Ausidius & observantia, qua me colit, accedit ad proximos: & splendore, equiti Rom. nemini cedit. Est autem ita temperatis, moderatisq; moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magisq; ex animo commendare non possim. Per gratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Cornificij factum non probat, quia non animadverterat in quosdam Lilybæo minantes studium in rempub. laudat. de omittenda gratiarum actione assentitur. addit de pecunia. & de repub.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 27

ASsentior tibi, eos, quos scribis Lilybæo minari, istic pœnas dare debuisse: sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere. * Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod societatem reip. conservandæ tibi mecum à patre acceptam renovas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas, nec enim

* Cornificii clementiam in malos cives non laudat.

enim id inter nos facere debemus. Senatus sæpius pro dignitate tua appellaret, si* absentibus consulibus unquam, nisi ad rem novam, cogeretur. Itaque nec de LLSXX. nec de LLSDCC. quitquam agi nunc per senatum potest. Tibi autem* ex S.C. imperandum, mutuumq; sumendum censeo. In repub. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore nō desu: omnib. inimicis reipub. esse me acerrimū hostē præ me fero. Res neq; nunc difficili loco mihi videtur esse: et fuisset facillimo, si culpa à quibusdā abfuisset. Vale.

* Profectis Mutinam ad Brutum liberandum.
* Quoniam tibi S.C. imperium est datum potes mutuum sumere pecuniam.

ARGVMENTVM.

Commendat studiosè L. Aelij Lamiæ negotia, eumque suspectum Cornificio quasi abfuisset cuidam S. C. contra dignitatem eius excusat.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 28

NOn modò te, cui omnia nostra notissima sunt: sed neminem in Pop. Rom arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas quæ mihi cum L.* Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio cos.* relegatus, quòd liberè & fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est: sed quod erat vetus & magnus, propterea nullum prius tum pro me adire dubitavit. Ad hæc officia vel merita potius iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam spectare quibus eum tibi verbis commendem. causam enim tanti amoris intelligis: quæ verba desideret, ijs me omnibus usum putato. Tantum velim existimes, si negotia Lamiæ procuratores, liberos,* familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gravius mihi futurum,

* Vide orationem pro Sextio.
* Quo tempore ordinis equestris princeps erat, nunc senator erat. ep. 16. lib. 11.
* pist 17. lib. 11.

* Servos vide ep. 5. l. 1.

turum, quàm si ea tua liberalitas, pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito quin sine meâ commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiæ caussa studiosè omnia facturus sis. quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui S. C. quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam * affuisse, qui omnino Consulibus illis nunquam affuit scribendo: deinde omnia tum falsa S. C. deferebantur, nisi fortè etiam illi * Semproniano S. C. me censes abfuisse, qui ne Romæ quidem fui, ut tum de eo ad te scripsi re recenti. Sed hæc hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atq; etiam rogo ut omnia Lamiæ negotia, meâ putes esse. cures q; ut intelligat, hanc commendationem maximo sibi usui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes, Cura ut valeas.

* Ergo senator erat.

* Suprà ep. 25. bis.

ARGVMENTVM.

Officium literarum requirenti Cornificio se purgat. scribit de bello Antoniano renovato, de suo studio in amicitia colenda, aliisq; de rebus.

CICERO S. D. CORNIFICIO. 29

JTáne præter litigatores nemo ad te meas literas? multæ istæ quidem. tu enim perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. Sed quis unquam tuorum mihi dixit esse cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quàm, cùm coràm tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. non enim te epistolis, sed * voluminibus lacesserem, quibus quidem me à te provoca-

* Ep. 7. li. 3.

vocari oportebat. quamvis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes: aut, si ne tu quidem* vacas, noli impudens esse,* nec mihi molestiam exhibere, & à me literas crebriores, quum tu mihi raras mittas, flagitare. nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis rempub. mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vehementius. Vt enim gravius ægrotant ij, qui cum levari morbo videntur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos laberamur, qui* profligato bello, ac pæne sublato, renovatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenus. Tu mihi, mi Cornifici, fac ut persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut à te vinci possim aut officijs, aut amore. Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc verò etiam suavem! vultus mehercule tuos mihi expressit omneis: non solum animum ac verba pertulit. Itaq; noli vereri, ne tibi succensuerim, quòd eodem exemplo ad me, quo ad cæteros. Requisivi equidem proprias ad me unum à te literas, sed neq; vehementer & amanter. De sumptu, quem te in rem militarem.* facere & fecisse dicis, nihil sanè possum tibi opitulari, propterea quod & orbus est senatus* consulibus amissis, & incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ: quæ conquiritur undiq;, ut optimè meritis militibus promissa solvantur, quod quidem fieri sine* tributo posse non arbitror. De Attio Diony sio nihil puto esse: quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Lucceio nihil tibi concedo, quòd studiosior eius sis, quàm ego sum. est enim nobis necessarius, sed à magistris

* Ep. 2. li. 8.
* Vide ex verbo, Noli, affirmatione elici. Sic locutus & Horatius.

* Sic Tusc. 5. dixit: Quæstio profligata, & pænè ad exitum adducta.

*Facere impensam epi. 2. lib. 14.
* Pansa & Hirtio, sup. epist. 25.
* Quod impositum nō erat post devictam à Paullo Macedoniam. vide Cicer. 3. de off. & Plin. lib. 33. cap. 3. & Plutarchum in Paullo.

gistris cùm contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quò minus id facerent & compromisso & iureiurando impediri. Quare veniendum arbitror Lucceio, quanquam si meis literis obtemperavit, cùm tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Cæteris de rebus, maximeq; de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares, scripsisti quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. quæ te non fefellissent, si viveret. nam te diligebat. post mortem autem eius quid fieri posset, non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio valdè laudo. illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse.* honore enim digni cum ignominia dignis non erant comparandi: eosq; ex S. C. si non decedunt, cogendos ut decedant, existimo. Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.

*In honore in lictoribus.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XIII. AD C. MEMMIVM, & ceteros.

ARGVMENTVM.

Memmius lege Pompeia de ambitu; ut Appianus tradit lib. 2. de bell. civ. condemnatus, Athenis exsul habitabat. ab eo petit Cicero, ut in gratiam redeat cum Patrone Epicureo, eique locum concedat, ubi Epicureus habitaverat. Ibat Cicero in provinciam, cùm hæc scripsit.

M. CIC.

M. CIC. S. D. C. MEMMIO.*

ETSI non satis mihi constiterat, cum aliquâne animi mei molestia, an potiùs libenter te Athenis visurus essem, quòd iniuria, quam accepisti, dolore me afficeret: sapientia tua, qua fers iniuriam, lætitia: tamen vidisse te mallem. Nam quod est molestiæ, non sanè multò levius est, cùm te non video: quod esse potuit voluptatis: certè si vidissem te, plus fuisset.* itaq; non dubitabo dare operam, ut te videam, cùm id satis commodè facere potero. Interea quod per literas & agi tecum & (ut arbitror) confici potest, agam. Nunc te illud primum rogabo,* ne quid invitus mea caussa facias: sed id quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, ante persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quod in* Philosophia vehementer ab eo dissentio. Sed & initio Romæ, cum te quoque & tuos omneis observabat, me coluit in primis: & nuper cùm eâ, quæ voluit, de suis commodis & præmijs consecutus est, me habuit suorum defensorum & amicorum ferè principem: etiam à Phædro, qui nobis cùm pueri essemus, antequam * Philonem cognovimus, valdè ut Philosophus, postea tamen, ut vir bonus & suavis & officiosus probabatur, tradium mihi commendatumq; est. Is igitur Patro, cum ad me Romam literas misisset, uti te sibi placarem, petereq;, ut* nescio quid illud Epicuri patrimonarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quod ædificationis tuæ consilium mea commendatione nolebam impediri. Idem, ut vesi Athe-

* Hæc familia à Mnestheo Aeneæ socio duxit originem, vide Serv. li. 4. Aen. super illo versu: Mox Italus Mnesteus.

*Insinuatio ad captandam benevolentiam.

* Idem in extrema ep.

* Cicero enim Academicus.

*Vide Epist. 8 lib. 9.

* Minimam rem à se peti ostendit: quo facilius impetret.

ni Athenas, cum idem, ut ad te scriberem, rogasset: ob eam caussam impetrauit, quòd te * abiecisse illam ædificationem constabat inter omneis amicos tuos. Quod si ita est, & si iam planè tua nihil interest: velim si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliquorum (noui enim * gentem illam) des te ad lenitatem, vel propter tuam summam humanitatem, vel etiam honoris mei caussa. Equidem si quid ipse sentiam, quæris: nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: * nisi tamen multò minus tibi concedi potest quàm illi laborare sine caussa. quanquam Patronis & orationem, & caussam tibi cognitam esse certo scio. honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia * summorum hominum sibi tuenda esse dicit. Totam hominis vitam, rationem, quam sequitur in Philosophia, desideramus (licet, si hanc eius contentionem volumus reprehendere. Sed mehercule quando illi, * ceteri, quos illa delectant, non valdè inimici sumus: nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat in quo etiamsi peccat, magis ineptè, quam improbitate peccat. Sed ne plura (dicendum enim aliquando est) Pomponiū Atticum sic amo, ut alterum fratrem. nihil est illo mihi nec carius, nec iucundius. Is, non quod sit ex istis, (est enim omni liberali doctrina politissimus) sed quia valdè diligit Patronem, valde * Phædrum amauit: sic à me hoc * contendit, homo minimè ambitiosus, minimè in rogitando molestus, ut nihil unquam magis. nec dubitat quin ego à te nutu hoc consequi possim, ita etiam si ædificatorius esses. Nunc verò si audierit, te ædificationem depo-

* Vide epist. 15. lib. 9.

* Epicureos.

* Nisi valet, sed, ep. 13. h. lib. & ad Att. ep. li. 5. & 6. & 13. ibidem. & in epist ad Hirtiū apud Nonium.

* Loquitur ex persona Patronis. Epicureos enim significat.

* Multi enim boni viri Epicureorum dogmata probant, ut Atticus, Papirius, Cassius ad Att. ep 19. lib. 5. & hic epist. 25. lib. 9. & epist. 16. lib. 15.

* Lib. 15. de fin.

* Ad Att. ep. 9. & 13 l. 5.

*depoſuiſſe, neq; tamen me à te impetraſſe: non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Quamobrem peto à te, ut ſcribas ad tuos poſſe tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli: Sed redeo ad prima. priùs velim tibi perſuadeas, ut hoc mea cauſſa libenter facias, quàm ut facias. Sic tamen habeto, ſi feceris, quod rogo, fore mihi gratiſſimum. Vale.

* Abiecisse dixit in hac ipſa epiſt.

ARGVMENTVM.

Petit, ut Euandro ſtatuario de ſacratij habitatione accommodet.

M. CIC. S. D. C. MEMMIO. 2

CAio Aviano Evandro qui habitat in tuo*ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono eius M. Aemilio famiIiariſſimè. Peto igitur à te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, ut ei de habitatione accommodes. nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitũ eſt ei demigrare* Kalend. Quinctilibus. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. neq; tamen dubito, quin ſi tua nihil, aut non multum interſit, eo ſis animo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. mihi certè gratiſſimum feceris. Vale.

* Puto ædium partem fuiſſe.

* Quo die locabantur domus, ep. 3. libr. 2. ad Q. fratrem.

ARGVMENTVM.

Fuſium commendat, quem & antè præſens præſenti commendarat.

CICERO S. D. MEMMIO. 3

AVlum Fuſium unum ex meis intimis, *obſervantiſſimũ, ſtudioſiſſimumq; noſtri, eruditum hominem, & ſumma humanitate, tuaq; amicitia dignißimum, velim ita tractes, ut mihi coràm recepiſti. tam mihi gratum

* Commendat ab amicitia ſua, à doctrina, ab humanitate.

gratum id erit, quam quod gratissimum. Ipsũ præterea summo * officio & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

* Qui amicos & de se benè meritos, omni genere officij colit.

ARGVMENTVM.

Volaterranos accuratè commendat.

M. T. CIC. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPRAET. S. D.

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est magna enim à me beneficio affecti, cumulatissimè mihi gratiam retulerunt. nam nec in honoribus meis, nec in *laboribus unquam defuerunt. Cum quibus si mihi nulla caussa intercederet, tamen quòd te vehementissimè diligo, quodq; me à te plurimi fieri sentio & monerem te, & hortarer, ut eorum fortunis consuleres, præsertim cùm propè præcipuam caussam haberent ad tuum obtinendum: primum quod Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate * subterfugerunt: deinde quod summo studio populi Rom. à me in consulatu meo defensi sunt. cum enim tribuni pleb. legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facilè senatui pop. Rom. persuasi, ut eos civeis, quibus fortuna * pepercisset, salvos esse vellent. Hanc actionem meam C. Cæsar primo consulatu in lege * agraria comprobavit, agrumq; Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberavit: ut mihi dubium non sit, quin is, qui novas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conservari velit. Quamobrem est tuæ prudentiæ, aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam atq; imperium summa cum tua dignitate secutus es, aut certè illi integram omnem caussam

* De quo proximè subiungit.

* Epist. 19. huius lib. & 8. & 9. lib. 15.

* Ne agri eorum dividerentur.

* Temporibus Syllanis.

* Quam tulit de agro Campano & Stellati dividundo. Suet.

causſam reſervare. Illud verò dubitare non debes quin tam grave, tam firmum, tam honeſtum municipium tibi tuo ſummo beneficio in perpetuum obligare velis. Sed hæc, quæ ſcripta ſunt ſuprà, eò ſpectant, ut te horter & tibi ſuadeam. Reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandum: ut non ſolum tua cauſſa tibi conſilium me dare putes, ſed etiam, quod mihi opus ſit, me à te petere & rogare. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi Volaterranos omnibus rebus integros, incolumesq; eſſe volueris. Eorum ego domicilia, ſedes, rem, fortunas, quæ & à dijs immortalibus, & à* præſtantiſſimis in noſtra repub. civibus ſummo ſenatus, populiq; Rom. ſtudio conſervatæ ſunt, tuæ fidei, iuſtitiæ, bonitatiq; cõmendo. Si pro meis priſtinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere poſſem Volaterranos, quemadmodum conſueui tueri meos: nullum officium, nullum deniq; * certamen, in quo illis prodeſſe poſſem, prætermitterem. ſed quando apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido, quàm valuerim ſemper apud omnes: pro noſtra ſumma neceſſitudine, pariq; inter nos, & mutua benevolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut exiſtiment, cum quaſi divino conſilio iſti *negotio præpoſitum eſſe, apud quem unum nos eorum perpetui defenſores plurimum valere poſſemus. Vale.

* Cæſarem ſignificat, de quo proximè locutus eſt.

* Ep. 6. l. 2. dixit, Omnis non modo contentione ſed etiam dimicatione

* Agrorum diviſionem.

ARGVMENTVM.

Rogat, ne Curtij ager dividatur: idque etiam rationibus conatur perſuadere.

M. CIC. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGATO PROPRAET. S. D.

Non moleſtè fero, eam* neceſſitudinem, quæ mihi te-

* Plus quam amicitia ſignificat.

cum est, notam esse quam plurimis, neq; tamen ob eam caussam, quod tu optimè existimare potes, te impedio, quò minus susceptum negotium pro tua fide et diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam, difficilemq; commisit gerere possis. Nam cum multi à me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent: non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætate familiarissimè sum usus, eius & Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: & cum ijs qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, cùm in eam tanquam è naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Cæsar in senatum legit: quem ordinem ille, ista possessione amissa, * tueri vix potest. Gravissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna: minimeq; convenit ex eo agro qui Cæsaris iussu dividatur, eum moveri, qui Cæsaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de æquitate rei scribere, ne caussa potius apud te valuisse videar, quam gratia. Quamobrem te maiorem in modum rogo, ut C. Curtij rem meam putes esse: quicquid mea caussa facies, ut id C. Curtij caussa cum feceris, meum existimes. quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

*Captat benevolentiam à modestia.

*Nemo enim senator esse poterat nisi possideret D. ccc. milia. Sueton. in Augusto, nemo eques nisi ccc. milia, nemo decurio nisi centum millia, non modò stante repu. verũ & imperatorum ætate, quod Plinij docet epistola.

ARGVMENTVM.

Generatim omnes amicos Cuspij commendat, nominatim L. Iulium, & P. Cornelium.

M. CIC.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS. 6

S. V. B. E. E. Q. V. Credo te memoria tenere, me & coram P. Cuspio tecum locutum esse, cũ te prosequeretur* paludatum: & idem postea plurimis verbis tecum egisse: ut, quoscunq; tibi eius necessarios commendarem haberes eos in numero meorum necessariorum. Id tu pro tua summa erga me benevolentia, perpetuaq; observantia mihi liberalissimè atq; humanissimè recepisti. *Cuspius homo in omneis suos officiosissimus, mirificè quosdam homines ex ista provincia tuetur, & diligit, propterea quod fuit in Africa bis, cùm maximis *societatis negotijs praeesset. itaq; hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate & gratia soleo, quantum possum adiuuare. Quare Cuspianorum omnium commendationis caussam hac tibi epistola exponendam putaui. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam quæ mibi tecum convenit, & simul significem de numero esse Cuspij amicorum. Sed hanc commendationem, quam his literis consignare volui, scito esse omnium gravissimam.* nam P. Cuspius singulari studio contendit à me, ut tibi quàm diligentissimè L. Iulium commendarem. Eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si utar verbis ijs, quibus, cum diligentissimè quid egimus, uti solemus. Nova quædam postulat: & putat me eius generis artificium quoddam tenere. ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte depromturum mirificum genus commendationis. Id quando assequi non possum, tu te velim efficias, ut ille genere meorum literarum incredibili-

* Paludati ibant in provincias, epo 17. lib. 15.

* A promissis Valerii.

* Publicanorum, epo 9.

* A studio suo.

* A studio Cuspij.

li quodam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate & potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, fronte, vultu denique expresseris. Quæ quantum in provincia valeat, vellem* expertus esses. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia: nec id solum, quia mihi Cuspius dicit, credo (tametsi id satis esse debebat) sed quia novi eius iudicium in hominibus & amicis diligendis. Harum literarum vis quanta fuerit, propediem iudicabo, tibique, ut* confido, gratias agam. ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiosè, diligenterque curabo. Cura ut valeas.

* Ergo paulò antè Valerius in provinciam pervenerat.

* Ab opinione sua.

P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus, cuius caussa quantopere cuperem, deberemque, profectò ex me cognovisti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quam primum, quàm sapissimè gratias agat. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit à Cluuio, ne vectigal, Atellano municipio impositum, exigat, sed integram causam Cæsari conservet.

CICERO CLVVIO S. 7

Puto esse Puteolanũ vide ep. 46.

CVm in Galliam proficiscens pro nostra necessitudine tuaque summa in me observantia ad me domum venisses, locutus sum tecum de agro vectigali municipij Atellani, qui esset in Gallia: quantoque opere eius municipij caussa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectionem, cùm & maxima res municipij honestissimi, mihique coniunctissimi, et summum meum officium agere-

ageretur, pro tuo animo in me singulari existimavi me oportere ad te accuratius scribere: etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit: tibiq; * negotium datum esse à C. Cæsare, non iudicium, præclarè intelligo. Quare à te tantum peto, quantum & te facere posse, & * libenter mea causa facturum esse arbitror: & primum velim existimes, quod res est, municipij fortunas omneis in isto vectigali consistere: his autem temporibus hoc municipium maximis * oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi commune ei videtur esse cum multis: tamen, mihi crede, singulareis huic municipio calamitates accidisse: quas iccirco non commemoro, ne de miserijs meorum necessariorum conquerens, * homines, quos nolo, videar offendere. Itaq; nisi magnam spem haberem, C. Cæsari nos caussam municipij probaturos, non erat caussa cur à te hoc tempore aliquid contenderem, sed quia confido, mihiq; persuasi, illum & * dignitatis municipij, & æquitatis, & voluntatis etiam erga se habiturum esse rationem: ideo à te non dubitavi contendere, ut hanc caussam illi integram conservares. Quod etsi nihilominus à te peterem, si nihil audivissem, te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrandi naclus sum, posteaquam mihi dictum est, hoc idem à te Rhegienses impetravisse. * Qui etsi te aliqua necessitudine attingunt: tamen tuus amor in me sperare me cogit, te, quod tuis necessarijs tribueris, idem esse tributurum meis: præsertim cum ego pro his unis petam, habeam autem, qui simili caussa laborent, complureis necessarios. * Hoc me non sine caussa facere, neque aliqua levi ambitione commotum à te contendere, etsi te

* Exigendi vectigalia.

* Ep. 1. huius lib. bis.

* A Cæsare dominante impositis.

* Cæsarem designat.

* Adverte ad commendationē tria sumi, dignitatem eius qui commēdatur, rei æquitatem, & studium erga illū, cui commendatur.

* Ab exemplo.

* A modestia sua.

existimare arbitror: tamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimum: nullum unquam fuisse tempus neq; * honorum, neq; laborum meorum, in quo non huius municipij studium in me extiterit singulare. Quapropter à te etiam atq; etiam pro nostra summa coniunctione, proq; tua in me perpetua & maxima benevolentia maiorem in modum peto atq; contendo, ut, cum fortunas agi eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudine, officijs, benevolentia coniunctissimum, id mihi des. Quod erit huiusmodi, ut, si à Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus: sin minus, pro eo tamen id habeamus, quando à te data sit * opera, ut impetraremus. Hoc cum mihi gratissimum feceris, tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemq; gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; devinxeris. Vale.

* Et supra honores; & labores antithesis posuit. ep. 4.

ARGVMENTVM.

Rogat Rutilium, ut in agrorum divisione Albini prædia ne attingat.

CICERO RVTILIO S. D. 8

CVm & mihi conscius essem quanti te facerem, & tuam erga me benevolentiam expertus essem: non dubitavi à te petere, quod mihi petendum esset. P. * Sextium quanti faciam ipse optimè scis. quanti autem facere debeam, & tu, & omnes homines sciunt. Is cùm ex alijs te mei studiosissimum esse cognosceret, petivit à me, ut ad te quam acuratissimè scriberem de re C. Albini senatoris: cuius ex filia natus est L. Sextius, optimus adolescens, filius P. Sextij. Hoc iccirco scripsi,

* Qui trib. pl. Ciceronem ab exilio reduxit.

* Apparet in oratione pro Sext.

psi. ut intelligeres non solum me pro P. Sextio laborare debere, sed Sextium etiam pro Albino. Res autem hæc est: A. M. Laberio C. Albinus prædia in* æstimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæsare de bonis Plotianis. Ea si dicam non esse è repub. dividi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cum Cæsar Syllanas venditiones & assignationes* ratas esse velit, quo firmiores existimentur suæ: si ea prædia dividentur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus esse poterit auctoritas? Sed hoc quale sit, tu pro tua prudentia considerabis. Ego te plane rogo, atq; ita, ut maiore studio, iustiore de caussa, magis ex animo rogare nihil possim, ut Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modo lætitia, sed etiam quoddammodo gloria si P. Sextius homini maximè necessario per me satisfecerit, cum ego illi plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes, id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

* Ex lege Cæsaris de æstimatione li. 3. comm. de bel. civ.

* Cum tamen Syllanam sectam oderit.

ARGVMENTVM.

Bithynicam publicanorum societatem, nominatimque C. Pupium commendat.

CICERO * CRASSIPEDI S.

* Fortè hic est Crassipes secundus Ciceronis genet, de quo ep. 7, lib. 1.

QVanquam tibi præsens commendavi, ut potui diligentissimè, socios Bithyniæ, teq; cum mea commendatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati quibuscunq; rebus posses commodare: tamen cum ij, quorum res agitur, magni sua interesse arbitrarentur, me etiam per literas declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non dubitavi hæc ad te scribere.

volo enim te existimare, me cum universo ordini publicanorum multum semper libentissimè tribuerim, idque pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic * Bithynicæ societati: quæ societas ordine ipso, hominum genere pars est maxima civitatis. constat enim ex ceteris societatibus: & casu permulti sunt in ea societate valdè mihi familiares, inprimisq; is, cuius præcipuum officium agitur hoc tempore, P. Rupilius P. F. An. qui est magister in ea societate. Quæ cùm ita sint, maiorem in modum à te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnibus tuis officijs, atq; omni liberalitate tueare: curesq; ut eius * operæ (quod tibi facilè factu est) quàm gratissimæ sint socijs: remq; & utilitatem sociorum (cuius rei quantam potestatem quæstor habeat, non sum ignarus) per te quàm maximè defensam & auctam velis. Id cum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto & spondeo, te socios Bithyniæ, si ijs commodaveris, memores esse, & gratos cogniturum. Vale.

* Epistol. 6. Erant multæ publicanorũ societates. ex omnibus Bithynica cõstabat.

* Ii, qui operam navabant societati.

ARGVMENTVM.

Terentium Varronem quæstorem M. Bruto commendat, quem Cæsar Galliæ præfecerat. epist. 6. lib. 6. & in Oratore.

CICERO BRVTO S. D. 12.

Cum ad te tuus quæstor M. * Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum: qui, ut te non sunxit, hanc quæsturæ coniunctionem * liberorum necessitudini proximam voluit esse.

* Romanorum doctissimus. cuius hodieq; libri extãt de re rust. & de ling. lat.

* Vide in divinatione. & hic epist. 10.

Sed

Sed cum sibi ita persuasisset ipse, meas de se accuratè scriptas literas maximum apud te pondus habituras, à meq; contenderet, ut quàm diligentissimè scriberem: malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. Vt igitur debere me facere hoc intelligas, * cum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit. Deinde ut se corroboravit, duæ causæ accesserunt, quæ meam in illum benevolentiam augerent: una, quod versabatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maximè delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria: deinde quòd maturè se * contulit in societates publicanorum: quod quidem nollem, maximis enim damnis affectus est. sed tamen caussa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde versatus in * utriusq; subsellijs optima & fide & fama iam ante hanc commutationem reipub. petitionem sese dedit, honoremq; honestissimum existimavit fructum laboris. His autem temporibus à me Brandusio cum literis & mandatis profectus est ad Cæsarem. Qua in re & amorem eius in suscipiendo negotio perspexi, & fidem in conficiendo ac renunciando. Videor mihi, cum separatim de probitate eius, & moribus dicturus fuissem, si priùs caussam, cur eum tantoperè diligerem, tibi exposuissem, in ipsa caussa exponenda satis etiam de probitate dixisse, sed tamen separatim promitto, in meq; recipio, fore eum tibi & voluptati & usui. nam & modestum hominem cognosces, & prudentem, & à * cupiditate omni remotissimum: præterea magni laboris, summæq; industriæ. Neq; ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipsi, cùm benè cognoveris, iudicanda sunt: sed tamen

* Cum primum caussas agere cœpit.

* Vt particeps esset publicarum conductionum.

* Et patronus fuit, & iudex. vide orat. pro Rosc. Amerino.

* Hoc spectat in eos, qui in provincijs pecunias contra leges cupiebant.

men IN OMNIBVS novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione, amicitiæ quasi fores aperiantur. Quod ego his literis efficere volui: etsi id ipsa per se necessitudo quæsturæ effecisse debet: sed tamen nihilo infirmius illud hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, ut quam primum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse speraret, nec ego dubitarim. Vale.

ARGVMENTVM.

Arpinatis municipij Gallicana vectigalia Bruto, Galliam Cisalpinam administranti, commendat.

CICERO BRVTO S. D. II

QVia semper animadverti studiosè te operam dare, ut nequid meorū tibi esset ignotum, propterea non dubito, quin scias non solam cuius municipij sim: sed etiam quam diligenter solam* meos municipes Arpinates tueri. Quorum quidem omnia commoda, omneq; facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq; communium tueri possint, consistunt in ijs vectigalib. quæ habent in provincia Gallia. Ad ea visenda, pecuniasq;, quæ à colonis debentur, exigendas, totamq; rem & cognoscendam, & administrandam legatos equites Rom. misimus Q. Fusidium Q. F. M. Fauctium, M. F. Q. Mamertium Q. F. Peto à te maiorem in modum pro nostra necessitudine, ut ea res tibi curæ sit: operamq; des, ut per te quàm commodissimè negotium municipij administretur, quamprimumq; conficiatur: ipsosq;, quorum nomina

* Nemo nescit Arpinatem Ciceronem li. 2. de legib. & Plutarch.

nomina scripsi, ut quàm honorificentissimè pro tua natura, & quàm liberalissimè tractes. Bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris: municipiumq; gratissimum beneficio tuo devinxeris: mihi verò etiam eò gratius feceris, quòd cum semper tueri municipes meos consuevi, tum hic annus præcipuè ad meam curam officiumq; pertinet. Nam constituendi municipij causa hoc anno ædilem filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cæsium hominem mihi maximè necessarium (is enim magistratus in* nostro municipio, nec alius ullus creari solet) quos cohonestaris, inprimisq; me, si respub. municipij, tuo studio & diligentia bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo, Vale.

* In aliis enim municipiis erat dictator, ut Lanuvij: in aliis consul, ut Tusculi: in aliis II. viri, ut Fregellis, de quo ep. 76. in aliis quæstor, ut Sidicini, & Perenti

ARGVMENTVM.

Q. Fufidium, Arpinatis municipii legatum, qui tribunus mil. in Cilicia fuerat, diligenter commendat.

CICERO BRVTO S. D. 12

ALia epistola communiter commendavi tibi legatos Arpinatium, ut potui diligentissimè. Hac separatim Q. Fufidium, quorum mihi* omnes necessitudines sunt, diligentius commendo: non ut aliquid de illa commendatione diminuam, sed ut hanc addam. nam & privignus est M. Cæsij, mei maximè & familiaris & necessarij: & fuit in Cilicia* mecum tribunus mil. quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Est præterea (quod apud te valet plurimum) à nostris studijs non abhorrens. Quare velim eum quàm liberalissimè complectare: operamq; des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suam

* Non solum amicus, sed etiam necessarius.

* Cum Ciliciam Proconsul administraret.

suum commodum, secutus auctoritatem meam, quàm maximè eius excellat industria. Vult enim, id quod optimo cuiq; * natura tributum est, quàm maximam laudem cùm à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio consequi. Quod ei continget, si hæc mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus. Vale.

* Laudis cupiditas optimo cuiq; à natura tributa.

ARGVMENTVM.

Castronium ex Lucensi municipio commendat.

CICERO BRVTO S. 13

LVcius Castronius Pætus longè princeps municipij * Lucensis, est honestus, gravis, plenus officij, bonus planè vir: & cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius. Quare & ut meum amicum, & ut tua dignum amicitia tibi commendo, cui quibus unque rebus commodaveris, tibi profectò * iucundum mihi certè erit gratum. Vale.

* Luca primum Cisalpinæ oppidum. Plut. in Cæsare & Pompeio.

* Excius in re officiis.

ARGVMENTVM.

Petit ut exactionem pecuniæ, quàm Straboni Cornelius debebat, pro potestate, imperioq; curet.

M. T. CIC. BRVTO S. D. 14

LVcio Titione Strabone, equite Rom. in primis * honesto & ornato, familiarissimè utor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à * Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto à te hoc diligentius, quàm si mea res esset, quò est honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de

* Honestus ad existimationem: ornatus ad fortunæ bona refertur.

* Prætore urbano, qui ceteris prætoribus nobilitate præstabat. Festus.

sua,

sua, ut negocium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas, operamq; des, quod tibi æquum & rectum videbitur, ut quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui eius ei caussa missus est, negotium conficiat, ad nummosq; perveniat. Id & mihi gratissimum erit, & tu ipse L. Titionem cognosces amicitia tua dignissimum. quod ut tibi curæ sit, ut omnia solent esse, quæ me velle scis, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Præcilium adolescentem, patre natum Cæsari amicissimo, commendat.

CICERO C. CAESARI IMP. S. 15

PRæcilium tibi commendo unicè,* tui necessarij, mei familiarissimi, viri optimi filium. quem cùm adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum & amorem erga me singularem mirificè diligo: tum patrem eius, re doctus, intellexi & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est, de illis maximè, qui irridere, atq; obiurgare me soliti sunt, quod me non tecum, præsertim cum abs te honorificentissimè invitarer, coniungerē. *ἀλλ' ἐμὸν ἄστοτι θυμὸν ἐνὶ φρεσὶν ἔπληθεν. audiebam enim nostros proteres clamitantes, *ἄλκιμός ἐσσ', ἵνα τίς σε χόλῳ ὀνείδειεν ἔπεσσιν, * ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Sed tamen ydem me consolantur: etiam hominem perustum inani gloria volunt incendere, atq; ita loquuntur: μὴ μὲν ἀπερδέγε κῆρ ἀκλειῶς ὀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσομένοισι πυθέσθαι. Sed me minus iam movent, ut vides. itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐρι-

* Vide quatuor commendatitionis caussas.

* Ho. Od. H. 60.

* Ho. Od. A. 8. & Γ. 21.

* Hom. Od. Ω. 209.

* Hic versus non invenitur in Euripide.
* Il. A. 8. & Od. Ω. 212. Il. Z. 67. & A. 147.

Εὐριπίδε, Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Quem versum senex Præcilius laudat egregiè & ait posse eundem & ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω videre & tamen nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπατέτοχον ἔμμεναι ἄλλων. Sed, ut redeam ad id unde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis: & ad id quod ipsorum Præciliorum caussa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere* novo sum literarum ad te usus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem. Vale.

* Ob interpositos Græcos versus.

ARGVMENTVM.

Apollonium P. Crassi libertum Cæsari, bellum in Hispania contra Pompeij liberos gerenti, commendat.

CICERO CAESARI IMP. S. 16

Qui cum M. Crasso patre à Parthis est interfectus.

PVblium Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum: & de eo cùm ab ineunte eius ætate benè sperauissem, tum optimè existimare, cœpi ex ijs iudicijs, quæ de eo fecerat, cognitis. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viveret, & magni faciebam, & probabam. erat enim & studiosus Crassi, & ad eius optima studia vehementer aptus, itaq; ab eo admodum diligebatur. Post mortem autem Crassi, eò mihi etiam dignior visus est, quem in

* Epist. 17. li. 7. dixit, conferre se in fidem & amicitiam.

* fidem atq; amicitiam meam reciperem, quod eos à se observandos & colendos putabat, quos ille dilexisset, & quibus carus fuisset. itaq; & ad me in Ciliciam venit, multisq; in rebus mihi magno usui fuit & fides eius, & prudentia: &, ut opinor tibi in Alexandrino bello, quantum studio & fidelitate consequi potuit non

defuit

defuit. quòd cùm speraret te quoque ita existimare, in Hispaniam ad te maximè ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus: non quin eam valituram apud te arbitrarer: sed neq; mihi egere commendatione videbatur, qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam * Crassis de tuis unus esset: & si uti commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium mei de eo iudicij, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognoui & studijs optimis deditum, idq; à puero. Nam domi meæ cum * Diodoro Stoico, homine meo iudicio eruditissimo, multùm à puero fuit. Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas literis Græcis mandare cupiebat. posse* arbitror: valet ingenio: habet usum: iampridem in eo genere studij, literarumq; versatur: satisfacere* immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meæ testimonium: sed tu hoc facilius multò pro tua singulari prudentia iudicabis, & tamen quod negaveram, commendo tibi eum. Quicquid ei commodaveris, erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

* Nam P. Crassus in Gallia Cæsaris legatus fuerat.

* Vide ep. 4. lib. 9.

* Similis figura, ep. 55 lib. 16.

* Quas nulla dies extinguet.

ARGVMENTVM

Sulpicio Achaiæ præfecto, M. Curium commendat, vide ep. 4. lib. 4 & lib. 6. & 19. lib. 7. & 50. huius lib. & 1. lib. 16.

M. C. SER. SVLPICIO S. 17

MCurius, qui Patris negotiatur, multis & magnis de caussis a* me diligitur, nã & amicitia pervetus

* Ab ipso, qui commendat.

uetus mihi cum eo est, ut primum in forum venit, instituta: & Patris cum aliquoties antea, tum proximè hoc miserrimo* bello domus eius tota mihi patuit. Qua si opus fuisset, tam essem usus, quam mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est, quasi sanctioris cuiusdam* necessitudinis, quòd est Attici nostri familiarissimus, eumq; unum præter cæteros observat ac diligit. Quem si tu iam forte cognovisti, puto, me hoc, quod facio, facere seriùs. ea enim est humanitate & observantia, ut eum tibi iam ipsum per se commendatum putem. Quod tamen si ita est, magnoperè à te quæso, ut ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quàm maximus* postea mea commendatione cumulus accedat. Sin autẽ propter verecundiam suam minus se tibi obtulit, aut nondum eum satis habes cognitum, aut si qua caussa est, cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo, ut neq; maiore studio quenquam, neq; iustioribus de caussis commendare possim. Faciamq; id, quod debent facere ij, qui religiose & sine ambitione commendant. spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meq; recipio, eos esse M. Curij mores, eamq; tum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum & amicitia tua, & tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certè gratissimum feceris, si intellexero, has literas tantum, quantum scribens confidam, apud te pondus habuisse. Vale.

* Inter Cæsarem & Pompeium.

* A communib. amicis.

* Ab eo qui commendatur.

ARGVMENTVM.

Primum agit gratias de optima in Pompeium Atticum voluntate: deinde non necessariam commendationem addit, ut neq; in Epiroticis negotijs, neque alijs in rebus Attico desit.

CIC.

NOn concedam ut Attico nostro, quem elatum lætitia vidi iucundiores tuæ suavissimè ad eum et humanissimè literæ fuerint, quàm mihi. Nam etsi utriq; nostrûm propè aquè gratæ erant, tamen ego admirabar magis, quàm si rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico respondisses (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) te ultrò ad eum scripsisse, eiq; * nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. De quo non modò rogare te, ut cò studiosius mea quoq; caussa facias, non debeo (nihil enim * cumulatius fieri potest, quàm pollicerù) sed ne gratias quidem agere quod tu & ipsius caussa, & tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, esse gratissimum, tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unicè diligo, non potest mihi non summè esse iucundum. Quod cum ita sit, esse gratum necesse est, sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra vel peccare apud te in scribendo licet: utrung; eorum, quæ negaui mihi facienda esse, faciam. Nam & ad id, quod Attici caussa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest: & quod modò verebar, tibi gratias agere, nunc planè ago: teq; ita existimare volo, quibuscung; officijs in * Provincia, reliquq; rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

* Nunquam apud Ciceronem legas inopinanti, semper nec opinanti. ep. 4. lib. 15.

* Pollicetis te ita cumulatè omnia facturū Attici caussa, ut nihil addi possit.

* Vide Nepotē in Attici vita.

ARGVMENTVM.

Rogat, ut Lysonem, iam antea commendatum, Sulpicius in fidem necessitudinemq; suam recipiat.

M. CICERO SER. SVLPICIO
S. D. 19

* Ep. 1. & 6. & 9. lib. 6.

CVm * Lysone Patrensi est mihi quidem hospitiũ vetus, quam ego necessitudinem sanctè colendã puto: sed ea caussa est etiam cum alijs compluribus familiaritas tanta nullo cum hospite, & ea cùm officijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is cùm Romæ annum propè ita fuisset, ut mecum viveret: etsi eramus in magna spe, te meis literis, commendationeq; diligentissimè facturum id quod feciſti, ut eius rem & fortunas absentis tuerere. tamen quod in unius potestate erant omnia, & quòd Lyso fuerat in * nostra causa, nostrisq; præsidijs, quotidie aliquid timebamus. effectum tamen est & ipsius splendore, & nostro, reliquorumq; hospitum studio, ut omnia, quæ vellemus, à Cæsare impetrarentur. quod intelligis ex ijs literis, quas Cæsar ad te dedit. Nunc non modò non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: sed eo vehementius à te contendimus, ut Lysonem in fidem, necessitudinemq; tuam * receptas. Cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes ne quid accideret eiusmodi, ut ne tu quidem mederi posses. Explorata verò eius * incolumitate, omnia à te studia summa cura peto. Quæ ne singula enumerẽ, totam tibi domũ commendo: in his adolescentem filiũ eius, quem C. Memmius Gemellus cliens meus, cum in calamitate exsilij sui Patrensis eius factus esset, Patrensium legibus adoptauit, ut eius ipsius hæreditatis iuscausſamq; tueare. Caput illud est, ut Lysonem, quem ego

* Pompeium secutus erat.

* Supra ep. 16.

* Cum ei Cæsar ignouerit. Demutatione ciuitatis vide orat. pro Balbo.

ego virum optimum, gratissimumq; cognovi, recipias in necessitudinem tuam, quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo, cæteriq; postea commendando idem quod ego, sis iudicij & voluntatis habiturus. Quod cum fieri vehementer studeo: tum etiam illud vereor, ne, si minus cumulatè videberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet, non te oblitum mei. quanti enim me faceres, cum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere.

ARGVMENTVM.

Commendat Asclaponem medicum, ut amicum, ut doctum, ut fidelem.

M. CIC. SER. SVLPICIO. S. D. 20

ASclapone Patrensi medico utor valdè familiariter: eiusq; tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiã ars, quam sum expertus in valetudine * meorum: in qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, benevolentiaq; satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, & à te peto ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsisse de se, meamq; commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

* Tirchis quem Patris ægrum reliquit, ep. 1. & 6. & 9. lib. 16.

ARGVMENTVM.

Domum, & rem familiarem M. Aemilij, maximeq; C. Ammonium, libertum eius, commendat.

M. C. SER. SVLPITIO S. D. 21

MArcus Aemilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperq; dilexit, vir cùm bonus, tũ per humanus, & in omni genere officij diligentissimus:

quem si arbitrarer esse Sycione, et nisi audirem ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cibyræ commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. perficeret enim ipse profecto suis moribus, suaq; humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non minus, quàm & à me, & à cæteris suis familiarib. Sed cum illum abesse putem, commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sycione, reinq; familiarem maximè C.* Avianum Ammonium libertum eius: quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam cùm propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio & fide singulari, tum etiam quod in me ipsum magna officia* contulit. mihiq; molestissimis meis temporibus ita fideliter benevoleq; præstò fuit, ut si à me manumissus esset. Itaq; peto à te, ut eum Ammonium & in patroni eius negotio sic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi commendo: & ipsum suo nomine diligas, habeasq; in numero tuorum. Hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Vale.

* De quo epist. 27.

* Temporibus exilij mei.

ARGVMENTVM.

Manlium suo Varronisq; nomine commendat.

M. C. SER. SVLPICIO S. D. 22

TItum Manlium, qui negotiatur Thespijs, vehementer diligo. nam & semper me coluit, diligentissimeq; obseruauit: & à studijs nostris non abhorret. Accedit eò, quòd Varro Murena magnopere eius causa velit omnia, qui ita existimauit, etsi suis literis, quibus tibi Manlium cōmendabat, valdè consideret: tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidem cùm

cùm Manlij familiaritas, tum Varronis studium commovit, ut ad te quàm accuratissimè scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est, si T. Manlium quàm maximè, quibuscunq; rebus honestè, ac pro tua dignitate poteris, iuveris atq; ornaveris. Ex ipsius præterea gratissimis & humanissimis moribus confirmo tibi, eum te, quem soles, fructum à bonorum virorum officijs exspectare, esse capturum. Vale.

ARGVMENTVM.

Cossinium Libertum commendat.

M. C. SER. SVLPICIO S. 25

LVcio Cossinio, amico & tribuli meo, valdè familiariter utor. nam & inter nosmetipsos vetus usus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. itaq; tota Cossinij domus me diligit, inprimisq; libertus eius L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessarijs, quo in numero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset, eodemq; apud me loco esset, quo est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis: atq; eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuveris. Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum. hominem enim summa probitate, humanitate, observantiaq; cognosces. Vale.

ARGVMENTVM.

Primum agit gratias Sulpicio, quod se totum Lysoni rem-

ni remisisset, deinde rogat, ut eundem omnibus officiis omniq; liberalitate complectatur.

M. CIC. SER. SVLPICIO S. D. ep. 24.

* Cum eum commendavit. ep. 19.

CVm antea capiebam ex* officio meo voluptatem, quod memineram, quam tibi diligenter Lysonem hospitem & familiarem meum commendassem: tum verò posteaquam ex literis eius cognovi, tibi eum falsò suspectum fuisse, vehementissimè lætatus sum, me tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui solitum esse. De quo etsi pro tua facilitate & humanitate purgatum se tibi scribit esse: tamen primum, ut debeo, tibi maximas gratias ago, cum tantum literæ meæ potuerunt, ut his lectis omnem offensionem suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lysone magis, quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso verò cùm mecum propè quotidie esset, unaq; viveret, non solum quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua & facta & dicta laudabat. Quapropter etsi à te ita tractatur, ut iam non desideret commendationem meam, unusq; se literis meis omnia consecutum putet: tamen à te peto maiorem in modum, ut eum etiam atq; etiam tuis officijs, liberalitate* complectare. Scriberem ad te qualis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi eum iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer. Vale.

* Omissa copula, ut ep. 18. & lib. 1. ep. 17. & Acad. 1. Sermones Socratis præscripti variè, copiosè sunt. & lib. 4. ad Attic. epist. 1.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Hageſaretum breviter, ſed accuratè commendat.

M. C. SER. SVLPICIO S. D. 25

HAgeſaretus Lariſſæus magnis meis beneficijs ornatus, in conſulatu meo memor & gratus fuit, meq; poſtea diligentiſsimè coluit, eum tibi magnopere commendo, ut & hoſpitem, & familiarem meum, & gratum hominem, & virum bonum, & principem civitatis ſuæ, & tua neceſsitudine digniſsimum pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Meſcinij Achaica negotia ex fratris hæreditate.

CIC. SER. SVLPICIO S. 26

LVcius Meſcinius ea mecum neceſsitudine coniunctus eſt, quod mihi quæſtor fuit. ſed hanc cauſſam, quam ego, ut à maioribus accepi, ſemper * gravem duxi, fecit virtute & humanitate ſua iuſtiorem. Itaq; eo ſic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius. Is quanquam conſidere videbatur, te ſua cauſſa, quæ honeſtè poſſes, libenter eſſe facturum. magnum tamen eſſe ſperavit apud te meas quoq; literas * pondus habituras. id cum ipſe ita iudicabat, tum pro familiari conſuetudine ſæpe ex mea audierat, quàm ſuavis eſſet inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur à te, tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario & tam familiari, ut eius negotia quæ ſunt in Achaia, ex eo quod hæres eſt, M. * Mindio

Epiſt. 20. & 21. lib. 5. & 6. lib. 16.

* Supra ep. 10.

* Abſunt ab antiquis aliquot lib. hæ duæ dictiones. Pondus habituras.

* De quo lege ep. quæ ultimam antecedit.

fratri suo, qui Elide negotiatus est, explices & expedias tum iure & potestate, quàm habes, tum etiam auctoritate & consilio tuo. Sic enim præscripsimus ijs, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controversiam vocarentur te arbitro, & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur, id ut honoris mei caussa suscipias, vehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud præterea, si non alienum à tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum, si qui difficiliores erunt, ut rem sine controversia confici nolint, si eos quando cum senatore res est, Romam reieceris. quod quò minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido G O S. non quæ te aliquid iuberent (neq; enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodammodo, & quasi commendatitias sumsimus. Scriberem quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire considerem, & mihi peterem, sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. Sed cùm illum studeo quàm facillimè ad suum pervenire, tum laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

* Quod sine molestia tua fiat, dixit ep. 23.

ARGVMENTVM.

Gratias agit Sulpicio, quod Aemilium Avianum liberaliter honorificeque tractasset: eundemque denuò commendat. laudat in extremo Servium filium.

M. C. SER. SVLPICIO S. D. 27

Licet eodem exemplo sæpius tibi huius generis mittam, cùm gratias agam, quod meas cõmendationes tam diligenter observes: quod feci in alijs, & faciam ut vi-

ut vídeo, sæpius: sed tamen non parcam operæ, & ut vos in vestris formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. Auianus igitur Ammonius incredibiles mihi gratias per literas egit, & suo, & Aemilij Auiani patroni sui nomine, nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari, nec se præsentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum caussa, quos ego tibi summa necessitudine, & summa coniunctione adductus commendaveram, quod M. Aemilius unus est ex meis familiarissimis atq; intimis maximè necessarius, homoq; & magnis meis beneficijs devinctus, & propè omnium, qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus: tùm multò iucundius, te esse in me tali voluntate, ut plus profis amicis meis, quàm ego præsens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem quid illorum caussa facerem, quàm tu quid mea. sed hoc non dubito quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoq; gratos homines esse putes. quod ita tibi esse tibi promitto atq; confirmo. Quare velim, quicquid habent negotij, des operam, quod* commodo tuo fiat, ut te obtinente Achaiam conficiant. Ego cum tuo Servio iucundissimè, coniunctissimeq; vivo magnamq; cùm ex ingenio eius, singulariq; studio, tum ex* virtute & probitate voluptatem capio. Vale.

* De quo epist. 21.

* Epist. 16.

* Etiam l. 4. ep. 4. disiungit virtutem à doctrina.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de Mesinio humanissimè tractato: rogatq; ut sua in eum beneficia quibus rebus possit, augeat; commendat etiam Lacedæmonios.

M. CIC. SER. SVLPICIO S. 28

Etsi libenter petere à te soleo, si quid opus est meo-

rum cuipiam: tamen multò libentius gratias tibi ago, cùm feciſti aliquid commendatione mea, quod ſemper facis. incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter à me tibi commendati. Quæ mihi omnia grata, ſed de L. Meſcinio gratiſſimum. ſic enim eſt mecum locutus, te, ut meas literas legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitum eſſe omnia, multò verò plura & maiora feciſſe. id igitur (puto enim etiam atq; etiam mihi dicendum eſſe) velim exiſtimes, mihi te feciſſe gratiſſimum. Quod quidem hoc vehementius lætor, quod ex ipſo Meſcinio te video magnam capturum voluptatem. eſt enim in eo cum virtus, & probitas, & (tum mum officium, ſummaq; obſervantia, tum ſtudia illa noſtra, quibus antea* delectabamur, nunc etiam vivimus. Quod reliquum eſt, velim augeas tua in eum beneficia, omnibus rebus quæ te erunt dignæ: ſed duo te nominatim rogo: primum, ut ſi quid ſatisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures ut ſatisdetur fide mea: deinde cum ferè conſiſtat hæreditas in ijs rebus, quas avertit Oppia, quæ uxor Mindij fuit, adiuues, inzaq; rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. quod ſi putarit illa fore, ut opinio noſtra eſt, negocium conficiemus. hoc ut aſſequamur, te vehementer etiam atq; etiam rogo. * Illud, quod ſupra ſcripſi, id tibi confirmo, in meq; recipio, te ea, quæ feciſti Meſcinij cauſſa, quæq; feceris, ita benè collocaturum, ut ipſe iudices, homini te gratiſſimo,* & iucundiſſimo benignè feciſſe. volo enim ad id, quod mea cauſſa feciſti, hoc etiam accedere. * Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipſi ſua, maiorumq; ſuorum auctoritate ſatis commendati ſint fidei & iuſtitiæ

* Ep. 2. l. 9. à quib. antè delectationem modò petebamus, nunc verò etiam ſalutem.

* Sic locutus Tuſc. 1. & lib. 2. de nat. deor.

*Omiſſa copula ep. 21.
* Fortè initium epiſtolæ fuit.

tiæ tuæ: & ego, qui te optimè noviſſem, non dubitavi quin tibi notiſſima & iura & merita populorum eſſent. Itaq; cum à me peteret Philippus Lacedæmonius, ut tibi civitatem commendarem: etſi memineram me ei civitati omnia debere, tamen reſpondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaq; ſic velim exiſtimes, me omneis Achaiæ civitates arbitrari* pro horum temporum perturbatione feliceis, quòd tu his præſis: eundemq; me ita iudicare, te, quòd unus optimè noſſes non noſtra ſolum, ſed etiam Græciæ monumenta omnia, tuæ ſponte amicum Lacedæmonijs & eſſe & fore. Quare tantum à te peto, ut cum ea facies Lacedæmoniorum cauſſa, quæ tua fides,* amplitudo, iuſtitia poſtulat, his, ſi tibi videbitur, ſignifices te non moleſtè ferre, quod intelligas, ea, quæ facias, mihi quoq; grata eſſe. pertinet enim ad officium meum, eos exiſtimare, curæ mihi ſuas res eſſe. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

* Ep. 2. l. 6. dixit, pro malis temporum & ut in malis. ep. 2. li. 12. & ep. 16. lib. 11. ad Att.

* Pro dignitate.

ARGVMENTVM.

Diligentiſsima commendatio Capitonis pro hæreditate Antiſtij.

M. CIC. L. PLANCO S. D. 30

NOn dubito quin ſcias, in ijs neceſſarijs, qui tibi à patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel coniunctiſſimum, non his modo cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis, ſed ijs etiam, quæ familiaritate & conſuetudine tenentur, quam ſcis mihi iucundiſſimam cum patre tuo, et ſummâ fuiſſe. ab his initijs noſter in te amor profectus auxu paternam neceſſitudinem, & eò magis quod intellexi, ut primum per ætatem iudicium facere potuc-

* Principia longe ducũtur vel in magnis, peroptatisque rebus, vel ubi, quod cupimus, nõ valdè ſperamus.

potueris, quanti quisq; tibi faciendus esset, me à te in primis cœptum esse observari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se grave: tum eorum studiorum, earumq; artium, quæ per se ipsæ eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate devinciunt. Exspectare te arbitror, hæc tam longè repetita principia quò spectent. Id primùm ergo habeto, non sine magna iustaq; caussa hanc à me commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone utor familiarissimè. Notæ sunt tibi varietates meorum temporum in omni genere & honorum, & *laborum meorum, & animus, & opera, & auctoritas, & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis præstò fuit, & patuit & temporibus, & fortunæ meæ. Huius propinquus fuit T. Antistius: qui cum* sorte quæstor Macedoniam obtineret, neq; ei successum esset, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit: facere Antistius nihil potuit, nam si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quam ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reverti, præsertim cum sciret, quanti is Cæsarem faceret, semperq; fecisset. sed oppressus tantum attigit negotij, quantum recusare non potuit. Cum signaretur argentum Apolloniæ, non possum dicere, eum præfuisse, neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus, aut tribus mensibus, deinde abfuit à castris: fugit omne negocium, hoc mihi ut testi velim credas. meam enim ille mœstitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quàm potuit longissimè à castris, non modò ut nō præesset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem. Is post prælium se ad hominem necessarium A. Plantium

in Bi-

* Epist. 4.

* Quæstores quoque provincias sortiebātur, ep. ult. li. 2.

in Bithyniam contulit, ibi eum Cæsar cùm vidisset, nihil asperè, nihil acerbè dixit: Romam iussit venire. Ille in morbum continuò incidit, ex quo non convaluit, æger Corcyram venit: ibi est mortuus. testamento, quod Romæ Paullo & Marcello coss. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia est Capito in* sextante sunt ij, quorum pars sine ulla cuiusquam querela publica potest esse. ea est ad LLS. XXXCIↃ. Sed de hoc Cæsar viderit. Te mi Plance pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studijs, & omni cursu nostræ totius vitæ simillimo rogo, & à te ita peto, ut maiore cura, maiore studio, non possim ut hanc rem suscipias, meam putes: enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hæreditatem propinqui sui C. Capito obtineat. omnia quæ potui in hac summa gratia tua ac potentia à te impetrare, si petiissem, ultrò te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero. illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Cæsar esse optimus iudex potest. semper Cæsarem Capito & dilexit & coluit. sed ipse huius rei testis est: noui hominis memoriam. Itaq; te nihil doceo: tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum meminisse senties. ego quod in me ipso experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis. quam partem in repub caussamq; defenderim, per quos homines ordinesq; steterim, quibusq; * munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas, si quid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum feciisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quòd fuerim moderatior, temperantiorq;, quam

* Ad quem sextans pertinet: nam videtur Antistius hæredes instituisse ex sextante Pompeianos nonnullos, quorum bona, iure belli ad, Cæsarem pertinebant.

* Suspicor de mendo: & legendum fortasse inimicus vel iunctus.

quàm in ea parte quisquam, id me fecisse auctoritate Capitonis. cuius similes si reliquos necessarios habuissem, reipub. fortasse nonnihil, mihi certè plurimum * profuissem. Hanc rem mi Plance si effeceris, meam de tua erga me benevolentia spem confirmaveris, ipsumq; Capitonem gratissimum, officiosissimum, optimum virum ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.

* Non navigassem ad Pompeium: quod feci dissuadente Capitone.

ARGVMENTVM.

L. Manlium in hæreditate fraterna, & omnibus in rebus commendat.

CIC. ACILIO PROCOS. 31

LVcius Manlius est Susis: is fuit Catinensis: sed est una cum reliquis Neapolitanis* civis Romanus factus, Decurioq; Neapoli: erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem socijs & Latinis datam. Eius frater Catinæ nuper mortuus est. nullam omninò arbitramur de ea hæreditate controversiam cum habiturum: & est hodie in bonis, sed quando habet præterea negocia vetera in Sicilia sua, & hanc hæreditatem fraternam, & omnia eius tibi commendo, in primisq; ipsum, virum optimum, mihiq; familiarissimum, his studijs literarum doctrinaq; præditum, quibus ego maximè delector. Peto igitur abs te, ut cum sive aderit, sive non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeq; necessarijs scias esse: itaq; tractes, ut intelligat, meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

* Legis Iuliæ quæ belli Italici tempore ciuitatem Italis cunctis arma deponentibus, largita est.

ARGVMENTVM.

Flavium, Pisonis generi sui, cum viveret, perneccessarium commendat.

CIC.

Caio Flauio, honesto & ornato equite Rom. utor valdè familiariter. fuit enim generi mei C. Pisonis per necessarius, meq; diligentissimè observat & ipse, & L. Flavius frater eius. Quapropter velim honoris mei caussa, quibus rebus honestè, & pro tua dignitate poteris, quàm honorificentissimè & quàm liberalissimè C. Flavium tractes. id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed præterea tibi affirmo, neq; id ambitione adductus facio sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate, te ex C. Flauij officio & observantia & præterea splendore, atq; inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

* Tres generos habuit, Pisonem Crassipedē, Dolabellā,

ARGVMENTVM.

Commendat duos hospites suos Aselinos.

CIC. ACILIO PROCOS. S. 33

*IN Halesina civitate tam lauta, tamq; nobili, coniunctissimos habeo & hospitio & familiaritate M. & C. Clodios, Archagatum & Philonem. sed vereor, ne quia complureis tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadā commendationes meas, quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi, & meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam, & hos homines mihi maximè esse coniunctos vetustate, officijs, benevolentia. Quamobrem peto à te maiorem in modum, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fidesq; * patietur, commodes. id si feceris, erit mihi vehementissimè gratum. Vale.

* Ep. 32. dixit, Quibus rebus honestè & pro tua dignitate poteris.

ARGVMENTVM.

Libertes & Negotia Nasonis, commendat.

CIC.

CIC. ACILIO. PROCOS. S. 34

CNæo Otacilio Naſone utor familiariſſimè, ita prorſus, ut illius ordinis nullo familiarius. nam & humanitate eius, & probitate in conſuetudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam opus eſt exſpectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo ſic utar, ut ſcripſi. Habet is in provincia tua negocia, quæ procurant liberti Hilarius, Antigonus, Demoſtratus: quos tibi, negociaq; omnia Naſonis non ſecus commendo, ac ſi mea eſſent. gratiſſimum mihi feceris, ſi intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Lyſonem, hoſpitem ſuum.

CIC. ACILIO PROCOS. S. 35

AVitum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Lilybætano valdeq; ab eo obſervor: cognoviq; dignum & patre & auo. eſt enim nobiliſſima familia. Quapropter commendo tibi maiorem in modum rem, domumq; eius: magnoq; opere abs te peto, cures ut is intelligat, meam commendationem maximo ſibi apud te & adiumento & ornamento fuiſſe. Vale.

ARGVMENTVM

Commendat hoſpitem & familiarem ſuum Philoxenum.

CIC. ACILIO PROCOS. S. 36

CAius Avianus Philoxenus antiquus eſt hoſpes meus, et præter hoſpitiũ, valdè etiam familiaris: quem Cæſar * meo beneficio in * Nouocomenſeis retulit. Nomen

* Me rogante.

Omnes enim tranſpadanæ coloniæ ius Latij habebant. Pedianus in commentario orationis in Piſonem.

men autem Aviani consecutus est, quod homine nullo plus est usus quàm Flacco Aviano, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ego omnia colligi, ut intelligere, non vulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes, habeasq; in numero tuorum, perficiasq; ut intelligat, has literas meas magno sibi usui fuisse. erit id mihi maiorem in modum gratum, Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Demetrium Megam in iure Civitatis, omnibusq; in rebus.

CIC. ACILIO PROCOS S. 87

CVm Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est: familiaritas autem tanta quanta cum Siculo nullo. ei* Dolabella rogatu meo civitatem à Cæsare impetravit. qua, in re ego interfui. itaq; nunc P. Cornelius* vocatur. cumq; propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli iussisset: idem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega veteretur: beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, ut eum in civium Rom. numero haberes. cæteriq;. in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarim. gratissimum mihi feceris. si eum ita tractaris, ut intelligat, meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.

* P. Cornelius Dolabella.

* Cives R. qui efficiebantur, nomen mutabant.

ARGVMENTVM.

Commendat Hippiam in liberatione bonorum, & omnibus in rebus.

CIC. ACILIO PROCOS. S. 38

Hippiam Philoxeni filium, Calactinum, hospitem & necessariũ meum, tibi commendo maiorem in modum. Eius bona quemadmodum ad me delata res est, publicè possidentur alieno nomine contra leges Calactinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subuenias. Quoquo modo autem se res habet, peto à te ut honoris mei caussa eum expedias, tantumq; ei commodes & in hac re, & in ceteris, quantum tua fides, *Epist. 52. *dignitasq;* patietur. id mihi vehementer gratum erit. Vale.

ARGVMENTVM.

Brutij negotia, procuratoresq; commendat.

C. ACILIO PROCOS. S. 39

*Lucius Brutius eques Rom. adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meq; obseruat diligentissimè cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quæstura mea Siciliensi. omnino nunc ipse Brutius Romæ mecum est: sed tamen domum eius, & rem familiarem & procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat Brutius, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

ARGVMENTVM

Commendat Titurnium Rufum.

C. ACILIO PROCOS. S. 40

*Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit

vetus,

vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atq; officio est tuendus. est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi præsidij putet esse. Quapropter cum tibi commendo maiorem in modum, & abs te peto, effucias, ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

ARGVMENTVM.

L. & C. Aurelios fratres commendat.

M. C. Q. *ANCHARIO Q. F. PROCOS. S. D. 41

*De Ancharia familia Suetonius in August. hic Macedoniam Proprætor administrauit, in Pisonem pro Sextio.

L. ET C. Aurelios L. F. quibus & ipsis, & patre eorum optimo familiarissimè utor, commendo tibi maiorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos perneccessarios, tua amicitia dignissimos. Si illa mea apud te commendatio valuit, quod scio multas plurimum valuisse, hæc ut valeat rogo. Quòd si eos honorificè, liberaliterq; tractaris, & tibi gratissimos, optimosq; adolescentes adiunxeris, & mihi gratissimum feceris. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratias agit & suo, & Pompeij nomine de Lucceio benignissimè tractato: eundemq; denuò commendat.

M. CIC. L. CVLLEOLO S. D. 42

QVæ feceris L. Lucceij caussa, scire te plane volo, te homini gratissimo commodasse: & cum ipsi, quæ feceris, pergrata sunt, tum Pompeius, quotiescunq; me videt (* videt autem sapissimè) gratias tibi agit singulares, addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse

* Ep. 1. 3. & 5. lib. 6.

certò scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate maxima voluptate affici. Quod superest, quanquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra caussa, nunc iam etiam tuæ constantiæ gratia mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atq; etiam peto, ut ea, quæ initio ostendisti, deinceps feceris, ad exitium augeri & cumulari per te velis, id & Luceio & Pompeio valde gratum fore, teq; apud eos præclarè positurum confirmo & spondeo. De repub. deq; his negotijs, cogitationibusq; nostris perscripseram ad te diligenter paucis antè diebus, easq; literas dederam pueris tuis. Vale.

ARGVMENTVM.

Lucceium commendat iam ante commendatum.

M. CIC. L. CVLLEOLO COS S. 41

L. Lucceius meus familiarissimus, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, omnia te cumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse, cum oratio tua tam ei grata fuerit, quàm gratam rem ipsam existimas fore, cum, ut spero, quæ pollicitus es, feceris. Omninò ostenderunt Bylliones sese Lucceio Pompeij arbitratu satisfacturos. Sed vehementer opus est nobis & voluntate & auctoritatem & imperium tuum accidere. quod ut facias, te etiam atq; etiam rogo. Illudq; mihi gratissimum est, quòd ita sciunt Lucceij procuratores, & ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus, quàm meam. Id ut te experiatur, iterum & sæpius te rogo. Vale.

ARGV-

tionem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Egnatium, communem amicum, commendat.

M. CIC. SILIO S. D. 48

QVid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires, eum à me non diligi solùm, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa, & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat & se à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Vtamur igitur vulgari consolatione. quid, si hoc melius? sed hæc coram. Tu fac, quod facis, ut me ames, teq; amari à me scias. Vale.

ARGVMENTVM.

Omnes Cyprios, maximeq; Paphios commendat.

M. CIC. C. SEXTILIO RVFO QVAES. S. D. 49

OMnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu, quæcunq; commodaris, erunt mihi gratissima, eoq; facio libentius, ut eos tibi commendem, quòd tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cùm* primùm in eam insulam quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequantur alij. quæ, ut spero, facilius consequêre, si & P. Lentuli necessarij tui legem, & ea quæ à me constituta sunt, sequi volueris. quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.

* Nam antea regnum fuerat, non provincia pop. Rom. de lege Clodia, qua Cyprus insula publicata est, sæpe Cic. in orationibus meminit, præterea omnes historici.

ARGVMENTVM.

Commendat Q. Pompeium.

cum eo necessitudo est, familiaritasq́, ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes: idq́ ut facias, vehementer te rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Egnatii & servum Anchialum, & negotia Apuleio commendat.

M. CIC. APVLEIO PRO-QVAEST. S. D. 46

LVcio Egnatio uno equite Rom. vel familiarissimè utor, eius Anchialum servum negotiaq́ quæ habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quàm si rem meam commendarem. Sic enim existimes velim, mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna, & mutua nostra inter nos esse. Quamobrem etiam atq́ etiam peto, ut cures, ut is intelligat, me ad te satis diligenter scripsisse. nam de tua erga me voluntate non dubitabat. id ut facias, te etiam atq́ etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Nostium cohæredem suum commendat.

M. C. APVLEIO PROQVAEST. S. D. 47

L. Nostius Zoilus est cohæres meus, hæres autem patroni sui. ea re utrunq́ scripsi, ut & mihi cũ illo causam amicitiæ scires esse, et hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi igitur sic commendo, ut unum ex nostra domo. Valdè mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat, hanc commendatio-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0472
DFG

tionem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Egnatium, communem amicum, commendat.

M. CIC. SILIO S. D. 48

QVid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires, eum à me non diligi solùm, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa, & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat & se à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Vtamur igitur vulgari consolatione. quid, si hoc melius? sed hæc coram. Tu fac, quod facis, ut me ames, teq; amari à me scias. Vale.

ARGVMENTVM.

Omnes Cyprios, maximeq; Paphios commendat.

M. CIC. C. SEXTILIO RVFO QVAES. S. D. 49

OMnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu, quæcunq; commodaris, erunt mihi gratissima, eoq; facio libentius, ut eos tibi commendem, quòd tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cùm* primùm in eam insulam quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequantur alij. quæ, ut spero, facilius consequêre, si & P. Lentuli necessarij tui legem, & ea quæ à me constituta sunt, sequi volueris. quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.

* Nam antea regnum fuerat, non provincia pop. Rom. de lege Clodia, qua Cyprus insula publicata est, sæpe Cic. in orationibus meminit, præterea omnes historici.

ARGVMENTVM.

Commendat Q. Pompeium.

M. C. CVRIO PROCOS S. D. 50

Q. Pompeius Sext. F. multis & veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. Is cùm antea meis commendationibus & rem, & gratiam, & auctoritatem suam tueri consueverit, nùc profectò te provinciam obtinente meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendatiorem unquam fuisse. Quamobrem à te maiorem in modum peto, ut cum omneis meos æquè ac tuos observare pro nostra necessitudine debeas, hunc inprimis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, quàm meam commendationem, esse potuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit, ut Manium Curium ab omni incommodo, detrimento, molestia integrum conservet, vide ep. 16.

CICERO ARISTO, AL. AVCTO, AL. AVCIO PROCOS. S. D. 51

SVmsi hoc mihi pro tua in me observantia, quam penitùs perspexi, quandiu Brundusij fuimus, ut ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem, si qua res esset, de qua valdè laborarem, M. *Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse coniunctius. Multa illius in me officia, multa in illum mea: quodq; maximum est, summus inter nos amor & mutuus. Quæ cum ita sint, si ullam in amicitia mea spem habes: si ea, quæ in me officia & studia Brundusij contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere, quanquam sunt gratissima: si me à tuis omnibus amari videri, hoc mihi da atque largire, ut M. Curium sartum

* Epist. 29. lib. 17.

& te-

& rectum, ut aiunt, ab omni q; incommodo, detrimento, molestia sincerum, integrumq; conserves. Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum, summamq; voluptatem esse capturum. Vale.

ARGVMENTVM.

Messienum commendat.

M. CIC. P. CAESIO S. D. 52

DMessienum, equitem Rom. omnibus rebus ornatũ, meumq; perfamiliarem tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias, eiusq; rem famamq; tueare. Virum bonum, tuaq; amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq; gratissimum feceris. Vale.

ARGVMENTVM.

Hospitem suum Aristotelem commendat.

CICERO * REGI S. 53

A. Licinius Aristoteles Militensis, antiquissimus est hospes meus, & præterea mihi coniunctus magno usu familiaritatis. Hæc cum ita sint, non dubito quin tibi satis commendatus sit, etenim ex multis cognosco, meam commendationem plurimum apud te valere. Hunc ego à Cæsare liberavi. frequens enim fuerat * nobiscum: atq; etiam diutius in caussa est, quam nos, commoratus: quo melius te de eo existimaturũ arbitror. Facigitur mi Rex, ut intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vale.

* Rex Martiæ gentis cognomen.

* In partibus Pompeianis

ARGVMENTVM.

Genucilium Curuum commendat.

M. CICERO Q. THERMO PRO-PRAET. S. 54

Q. Thermus Ioniæ præerat, cuius caput est Ephesus. ep. 18. li. 2. & ad At. ep. 11. lib. 5. & 11. in seqq. epistolis.

L. Genucilio Curuo iam pridem familiarissimè utor, optimo viro, & homine gratissimo. Eum tibi penitus commendo atq; trado: primum ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua, dignitasq; patietur: patietur autem in omnibus. nihil enim abs te unquam, quod sit alienum tuis aut etiam suis moribus postulabit. Præcipuè autem tibi commendo negotia eius, quæ sunt in Hellesponto: primum, ut obtineat id iuris in agris, quod ei Pariana ciuitas decreuit, & dedit, & quod semper obtinuit sine ulla controuersia: deinde siquid habebit cum aliquo Hellespontio controuersiæ, ut in illam διοίκησιν reijcias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentissimè commendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. Summa illa sit: quicquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in meipsum, atq; in rem meam contulisse. Valè.

ARGVMENTVM.

Primum agit gratias Thermo, quod Marcilium liberalissimè tractauisset: deinde petit, operam det, ne socrus Marcilij rea fiat.

CICERO THERMO PRO-PRAET. S. 55

*Cvm multa mihi grata sunt, quæ tu adductus mea commendatione feci*sti. tum inprimis, quod M. Marcilium amici, atq; interpretis mei filium liberalissimè tracta-

tractaviſti. Venit enim* Laodiceam, & tibi apud me, mihiq; propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquum eſt, à te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eò libentius his commodes, operamq; des, quoad fides tua patietur, ut ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. Ego cùm antea ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtudioſius, quòd in longa * apparitione ſingularem, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abſtinentiam, modeſtiamq; cognovi. Vale.

* Quæ erat in imperio Ciceronis. ep. 5. l. 1.

* Interpretes igitur præibant in provincia proconſulibus.

ARGVMENTVM.

Commendat Anneium, legatum ſuum, in controverſia Sardiana.

CIC. THERMO PROPRAET. S. P. D.

ETſi mihi videor intellexiſſe, cùm tecum Epheſi de re M. Anneij legati mei locutus ſum, te ipſius cauſſa vehementer omnia velle: tamen & M. Anneium tanti facio, ut mihi nihil putem prætermittendum, quod illius interſit: & me à te tanti fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cùm iamdiu diligerem M. Anneium, deq; eo ſic exiſtimarem, ut res declarat, quòd ultrò ei detulerim legationem, quam multis petentibus denegaſſem, tum verò, poſteaquam mecum in* bello atq; in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me benevolentiam cognovi, ut hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis habere controverſiam ſcis: cauſſam tibi expoſuimus Epheſi: quam tu tamen coram facilius, meliusq; cognoſces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potiſſimum ſcriberem. ius enim

* De quo lib. 15. in ep. ad Caton.

enim quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum est. nobis autem in hac caussa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. Sed tamen cum me non fugiat, quanta sit in *prætore auctoritas, præsertim ista integritate, gravitate, clementia, qua te esse inter omneis constat, peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisq; officijs paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut M. Anneius intelligat, te & sibi amicum esse (quod non dubitat: sæpe enim mecum locutus est) & multo amiciorem his meis literis esse factum, in tuo toto imperio atq; provincia nihil est, quod mihi gratius facere possis. Iam apud ipsum gratissimum hominem, atq; optimum virum, quàm benè positurus sis studium tuum atq; officium, dubitare te non existimo. Vale.

* In prætore oportet esse integritatem, gravitate, clementiam.

ARGVMENTVM.

Negotia Cluvij Puteolani commendat.

CIC. THERMO PROPRAET. S. 56

CLuvius Puteolanus valdè me observat, valdeq; est mihi familiaris. Is ita sibi persuadet, quod in tua provincia negocij habet, nisi te provinciam obtinente meis condemnationib. cõfecerit, id se in perditis & desperatis habiturum. Nũc quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoq; tibi imponam pro tuis in me summis officijs, ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. Mylasij & Alabandenses pecuniã Cluvio debent, dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturum, ut ecdici Mylasij Romam mitterentur, id factum non est. legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto à te, ut eos,

* Vide ep. 7.

eos, & Alabandenſeis iubeas edicos Romam mittere. Præterea Philotes Alabandenſis ὑποθήκας Cluuio dedit: hæ commiſſæ ſunt. Velim cures, ut aut de hypothecis decedat, easq; procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam ſolvat. Præterea Heracleotæ & Bargyletæ, qui item debent, aut pecuniam ſoluant, aut ſuis ſatisfaciant. Caunij præterea debent: ſed aiunt, ſe depoſitam pecuniam habuiſſe. Id velim cognoſcas: & ſi intellexeris, eos neque ex edicto, neque ex decreto depoſitam habuiſſe, des operam, ut uſuræ Cluuio inſtituto tuo conſerventur. His de rebus eò magis laboro, quod agitur res etiam Cn. Pompeij noſtri neceſſarij: & quod is magis etiam mihi aborare videtur, quam ipſe Cluius: cui ſatisfactum eſſe à nobis valde volo. his de rebus te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit à Thermo, vt Anneium, legatum ſuum, remittat, eumq; in negotio ſuo commendat.

CIC. THERMO PRO PRAET. S.

QVo magis quotidie ex literis, nuntijs, bellum magnum eſſe in Syria cognoſco, eò vehementius à te pro noſtra neceſſitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoq; tempore remittas. nam eius opera, conſilio, ſcientia rei militaris vel maximè intelligo me, & rempub. adiuuari poſſe. Quod niſi tanta res eius ageretur: nec ipſe adduci potuiſſet, ut à me diſcederet, nec ego, ut eum à me dimtterem. Ego in Ciliciam proficiſci cogito circiter Kal. Maias. ante eam diem Anneius ad me redeat, oportet. Illud, quod tecum

& eo-

& coràm, & per literas diligentissimè egi, id te nunc etiam atq; etiam rogo, curæ tibi sit ut suum negotium, quod habet cum populo Sardiano, pro caussæ veritate, & pro sua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, cum tecum Ephesi locutus sum, te ipsius Anneij caussa omnia velle: sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quàm si intellexero per te illum ipsum negotium ex sententia confecisse, idq; quàm primum ut efficias, te etiam atq; etiam rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat L. Custidium.

M. CIC. C. TITIO L. F. RVFO PRAET. VRB. S. 72

L. Custidius est* tribulis, & municeps, & familiaris meus. Is caussam habet quam caussam ad te deferet, commendo tibi hominem, scuti tua fides & meus pudor postulat, tantum, ut facileis ad te aditus habeat: quæ æqua postulabit ut iubente te impetret: sentiatq; meam sibi amicitiam, etiam cum longissimè absim, prodesse inprimis apud te. Vale.

* In mea tribu suffragium ferr.

ARGVMENTVM.

Commendat M. Fabium.

M. CIC. C. CVRTIO PEDVCEANO PRAET. S. D. 73

M. Fabium unicè diligo, summaq; mihi cum eo consuetudo & familiaritas est pervetus. In eius controversijs ut aliquid decernas, à te non peto (servabis, ut tua fides & dignitas postulat, edictum & institutũ tuum) sed ut quam facillimos ad te aditus habeat, quæ erunt æqua iubente te impetret: ut meam amicitiam

* Puto esse quem commendat Cœlio lib. 2.

citiam sibi, etiam cum procul absim, prodesse sentiat, præsertim apud te. Hoc vehementer etiam atq; etiam te rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Liuineium libertum.

M. C. C. MVNATIIO C. S. 60

L. Liuineius Tripho est omnino L. Reguli familiarissimi mei libertus, cuius calamitas etiam officiosiorem me fecit in illum, nam benevolentior, quam semper fui, esse non possum: sed ego libertum eius per seipsum diligo. Summa enim eius erga me officia extiterunt ijs nostris temporibus, quibus facillimè benevolentiã hominum, & bonam fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendo, ut homines grati & memores benemeritos de se commendare debent. pergratum mihi feceris, si ille intellexerit se, quod pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hyeme summa navigavit, pro tua erga me benevolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

* Liuineius gentis cognomẽ Regulus fuit, quod argentei nummi testantur.

ARGVMENTVM.

Commendat Pinnium in exactione pecuniæ, quam ei Nicæenses debent.

M. T. C. P. SILIO PROPRAET. S. D. 61

T. Pinnio familiarissimè me usum esse scire te arbitror. Quod quidem ille testamento declaravit, qui me tum tutorem, tum etiam secundum hæredem instituerit. Eius filio mirè studioso, & erudito, & modesto pecuniam Nicæenses grandem debent ad L LS* octogies: & (ut audio) in primis volunt ei solvere. Pergratum mihi

* Ducenta quadragiesta milia scutatorũ.

mihi igitur feceris, quando non modo reliqui tutores, qui sciunt quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea caussa facturum esse, si dederis operam, quoad tua fides, dignitasq; patietur, ut quàm primum pecunia Pinnio solvatur Nicæensium nomine. Vale.

ARGVMENTVM.

Primùm de Atilio gratias agit, deinde Quintum fratrem commendat.

M. T. CICERO P. SILIO PRO-PRAET. S. D. 62

Et in Atilij negotio te amavi: cùm enim serò venissem, tamen honestum equitẽ Rom. beneficio tuo conservavi: & meherculè semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter* Lamiæ nostri coniunctionem & singularem necessitudinem. Itaq; primum tibi ago gratias, quod me omni molestia liberas: deinde impudentiæ prosequor. sed idem* farciam. te enim semper sic colam & tuebor, ut quem diligentissimè. Quintum fratrem meum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. Ita magnum beneficium tuum magno, cumulo auxeris. Vale.

* Ep. 15. li. 13. & ea quæ ultimam antecedit libr. 14.

* i. remunerabo.

ARGVMENTVM.

Commendat M. Lenium studiosè admodum.

M. CIC. P. SILIO PRO-PRAET. S. D. 63

NOn putavi fieri posse, ut mihi verba deessent: sed tamen in C. *Lenio commendando desunt. Itaq; tibi exponam paucis verbis, ita tamen ut planè perspicere

* De quo ep. 4. lib 14. & in oratione pro Plancio, & Varro lib. 3. de re ru. fuit autẽ equestris ordinis, ut Plin. li. 10. c. 50.

tere possis voluntatem meam. Incredibile est quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi carissimus est, C. Lenium. id fit cùm plurimis eius officijs, tum summa probitate & singulari modestia. Eum ego à me invitissimus dimisi, cum propter familiaritatem, & consuetudinis suauitatem, tum quòd consilio eius fideli ac bono libenter utebar. sed vereor ne iam mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis, me eum, de quo ea suprà scripserim, debere commendare: à teq; vehementer etiam atq; etiam peto, ut quod habet in tua provincia negocij, expedias: quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. hominem facillimum, liberalissimumq; cognosces: itaq; te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negotijs per te quam primum ad me remittas. Id mihi, fratriq; meo gratissimum feceris. Vale.

ARGVMENTVM.

Agit gratias de Nerone honorificentissimè tractato: eumq; in omnibus rebus vehementer commendat.

M. CICERO P. SILIO PRO. PRAET. S. D.

NEro meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibileis, ut nullum honorem sibi haberi potuisse diceret: qui à te prætermissus esset. Magnum fructum ex ipso capies. nihil est enim illo adolescente gratius. Sed mehercule mihi quoq; gratissimum feceris, pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. Itaq; si ea feceris, quæ ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris. Primum de Pausania Alabandensi sustentes rem, dum Nero veniat, vehementer enim eius cau-

Puto esse hũc T. Claudium Neronem, à quo postea Liviam prægnantem Augustus abduxit.

sa cupere eum intellexi. Itaq; hoc valde te rogo. Deinde Nisæos, quos Nero inprimis habet necessarios, diligentißimeq; tuetur, ac defendit, habeas tibi commendatißimos: ut intelligat illa civitas, sibi in Neronis patrocinio summum esse præsidium. Strabonem Servilium tibi sæpè commendavi: nunc eò facio id impensius, quod eius caussam Nero susscepit. Tantum à te petimus, ut agas eam rem, nec relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dißimilis quæstum. Id tum gratum mihi erit, tum etiam existimabo te humanitate tua esse usum. Summa huius epistolæ hæc est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicut instituisti atq; fecisti. Magnum* theatrum habet ista provincia, non ut hæc nostra, adolescentis nobilis, ingenioſi, abstinentis commendationem atq; gloriam. Quare si te fautore usus erit, sicut & utetur profectò, & usus est, amplissimas clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit, & benesiijs suis obligare. Hoc in genere si eum adiueveris eo studio, quo ostendisti, apud ipsum præclarissimè posueris: sed mihi etiam gratißimum feceris. Vale.

* In quo spectari Neronis virtutes possint.

ARGVMENTVM.

Cupit pactiones per Hisponem cum civitatibus confici: in eoq; illum Silio commendat.

M. CICERO P. SILIO PRO. PRAET. S. D. 65

CVm P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas, consuetudoq; est multaq; & magna inter nos officia paria & mutua intercedunt. Eius summa existimatio agitur in eo, ut pactiones cum civitatibus reliquis conficiat: non mi-

* Ad Attic. lib. 11.

me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse, neq; ab Ephesijs ullo modo impetrare potuisse. sed quando, quemadmodum omnes existimant, & ego intelligo, tua cum summa integritate, tum singulari humanitate & mansuetudine consecutus es, ut libentissimis Græcis nutu quod velis, consequare: peto à te maiorem in modum, ut honoris mei caussa hac laude Hisponem affici velis. Præterea cum socijs * scripturæ mihi summa necessitudo est, non solum ob eam caussam, quod ea societas universa in mea fide est, sed etiam quod pleriq; socijs utor familiarissimè. Ita & Hisponem meum per me ornaris, & societatem mihi coniunctiorem feceris: tuq; ipse & ex eius observantia, gratissimi hominis, & ex * sociorum gratia, hominum amplissimorum maximum fructum capies, & me summo beneficio affeceris. sic enim velim existimes, ex tota tua provincia, omniq; isto imperio nihil esse, quod mihi gratius facere possis. Vale.

* Scripturæ quid sit Pedianus exponit.

* Publicanorum.

ARGVMENTVM.

Cæcinam in colligendis Asiaticæ negotiationis reliquis commendat.

M. C. P. SERVILIO S. D. 68

A * Cæcinam maximè proprium clientem familiæ vestræ non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me & patris eius, quo sum familiarissimè usus, memoria, & huius * fortuna ita moveret, ut hominis omnibus mecum studijs, officijsq; coniunctissimi movere debeat. A te hoc omni contentione peto, sic ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim, ut ad ea quæ tua

* Hic est, ad quem scribit lib. 6.

* Exsulabat quia & Pompeianas partes secutus erat, & Cæsari maledixerat. ep. 7. lib. 6.

sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum, & talem, calamitosum, aliquem afferant cumulum meæ literæ: quo studiosius eum, quibus cunq; rebus possis, iuves. Quod si Romæ fuisses, etiam salutem A. Cecinæ essemus (ut opinio mea fert) per te consecuti. De qua tamen magnam spem habemus, frequenti clementia collegæ tui. Nunc quando iusticiam tuam secutus, tutissimum sibi portum provinciam istam esse duxit: etiam atq; etiam te rogo atq; oro, ut eum & in reliquijs veteris* negotiationis colligendis iuves, & ceteris rebus tegas atq; tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.*

* Cæsaris. nam consulatum simul gesserant. li. 1. comment. de bel. civ. Asiaticæ ep. 8. lib. 6.

ARGVMENTVM.

Commendat Andronem Arthemonis filium Laodicensem.

M. CIC. P. SERVILIO S. D. 67

Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τὰς Φοινικάδας Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, quàm Androne Arthemonis filio Laodicensi: eumq; habui in ea civitate tum hospitem, tum vehementer ad meæ vitæ rationem & consuetudinem accommodatum. Quem quidem multò etiam pluris, posteaquam decessi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus sum gratum hominem, meiq; memorem. Itaq; cum Romæ libentissimè vidi. non enim te fugit, qui plurimis in ista provincia benignè feceris, quàm non multi grati reperiantur. Hæc propterea scripsi, ut & me non sine caussa laborare intelligeres, & ut tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis quanti me facias, id est, si recepe-*

* Videtur hoc tempore Laodicea non ad Ciliciæ administrationem, sed ad Asiam pertinuisse. Asiæ enim Servilius præerat. ep. 68.

peru

peris eum in fidem tuam. & quibuscunq; rebus* bonestè, ac sine molestia tua poteris, adiuveris. Hoc mihi vehementer erit gratum, idq; ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

* Quantum fides dignitasque tua patitur. ep. 22. 31. & 32.

ARGVMENTVM.

Significat, quàm sibi gratum fuerit cursum illius navigationis cognoscere. petit ut de statu provinciæ institutisque suis scribat. postremo suum officium ad omnia pollicetur.

M. C. P. SERVILIO ISAVRICO PROCOS. COLLEGAE S. D. 68

GRatæ mihi vehementer tuæ literæ fuerunt, ex quibus cognovi cursus navigationum tuarum significabas enim memoriam tuã nostræ necessitudinis, quæ mihi nihil poterat esse iucundius. Quod reliquum est, multò etiam erit gratius, si ad me de repub. id est, de statu provinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. Ego ad te de reip. summa quid sentiam, non sæpe scribam propter periculum eiusmodi literarum. Quid agatur autem, scribam sæpius. sperare tamen videor, Cæsari collegæ* nostro fore curæ, & esse, ut habeamus aliquam rempubl. cuius consilijs magni referebat te interesse. Sed si tibi utilius est, id est, gloriosius, Asiæ præesse, & istam partem reip. malè afflictam tueri: mihi quoq; idem, quod tibi, & laudi tuæ profuturum est, optatius debet esse. Ego quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio, diligentiaq; curabo: in primisq; tuebor omni observantia clarissimum virum* patrem tuum: quod

* Collega fuit Ciceronis in auguratu.

* In augurat. Phil. 2. & Dio. libr. 42.

* Qui cognomen Isaurici, capta Isauro, adeptus, filioq; tradidit.

quod & pro vetustate necessitudinis, & pro beneficijs vestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit ut C. Curtium in fidem recipiat, habeatq; in numero suorum.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. D. 69

C. Curtius Mitres est ille quidem, ut scis, libertus Postumi familiarissimi mei. sed me colit et observat æquè atq; illum ipsum patronum suum. Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunq; fui, tanquam domi meæ: multaq; acciderunt, in quibus & benevolentiam eius erga me experirer, & fidem. Itaq; si quid aut mihi, aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consuevi: huius cum opera & fide, tum domo, & re uti tanquam mea. Hæc ad te eò pluribus scripsi, ut intelligeres me non vulgariter, nec ambitiosè, sed ut pro homine intimo, ac mihi perneccessario scribere. Peto igitur à te, ut in ea controversia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumq; tuo commodo poteris, tantum ei honoris mei caussa commodes. etsi, ut eius modestiam cognovi, gravis tibi nulla in re erit. Si & mea commendatione, & sua probitate assecutus erit, uti de se benè existimes, omnia se adeptum arbitrabitur. Vt igitur eum recipias in fidem tuam, habeasq; in numero tuorum, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Ego, quæ te velle, quæq; ad te pertinere arbitror, omnia studiosè, diligenterq; curabo. Vale.

ARGV-

ARGVMENTVM.

T. Ampium Menandrum non vulgariter commendat.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE. S. 70

*Q*Via non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerunq; necessarijs, ut hoc tempore, nam cum T. Ampio* Balbo mihi summa familiaritas, necessitudoq; est. Eius libertum T. Ampium Menandrum, hominem frugi, & modestum, & patrono & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, si, quibuscunq; rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris. Quod ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

* Ad quem scribit, lib. 6.

ARGVMENTVM.

Commendat T. Agusium, veterem amicum.

M. CIC. P. SERVILIO COLLEGAE S. 71

*M*Vltos tibi commendem necesse est, quoniam omnibus nota nostra necessitudo est, tuaq; erga me benevolentia. Sed tametsi omnium caussa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi caussa est. T. Agusius & comes meus fuit illo miserrimo* tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius: neq; hoc tempore discessisset à me, nisi ego ei permisissem. Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis & maximè necessarijs. Pergratum mihi feceris, si eum ita

* Tempore exsilii.

tractaris, ut intelligat, hanc commendationem sibi magno usui atq; adiumento fuisse. Vale.

ARGVMENTVM.

Petit à Servilio, ut omnibus rebus Cærelliæ benignè faciat, quemadmodum receperat.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE. S. 72.

De hac vide quæ scribit Dio. lib. 46.

CÆrelliæ necessariæ meæ rem, nomina, possessiones Asiaticas commendavi tibi præsens in hortis tuis quàm potui diligentissimè: tuq; mihi pro tua consuetudine, proq; tuis in me perpetuis, maximisq; officijs omnia te facturum liberalissimè recepisti. Meminisse te id spero. scio enim solere. sed tamen Cærelliæ procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciæ, multitudinemq; negotiorum etiam atq; etiam esse commonefaciendum. Peto igitur ut memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulatè recepisse. Equidem existimo habere te magnam facultatem (sed hoc tui est consilij & iudicij) ex eo S. C. quod in hæredes C. Vennonij factum est, Cærelliæ commodandi. id S. C. tu interpretabere pro tua sapientia. scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, sic velim existimes quibuscunq; rebus Cærelliæ benignè feceris, mihi te gratissimum esse factum. Vale.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de reditu incolumi: gratias agit quodam modo de Egnatio, & Oppio: petit ut Antipatri filios sibi condonet.

M.CIC.

M. CIC. Q. PHILIPPO PRO. COS. S. D. 73

GRatulor tibi, quod ex provincia salvum te ad tuos recepisti incolumi fama & repub. Quod si Romæ te vidissem, coram gratias egissem, quòd tibi L. Egnatius familiarissimus meus absens, L. Oppius præsens curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit. Ei te vehementer succènsuisse audivi & molestè tuli. De re nihil possum iudicare: * nisi illud mihi persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. A te autem pro veteri nostra necessitudine etiam atq; etiam peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones, nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam: quod ego si arbitrarer, nunquam te rogarem, mihiq; tua fama multo antiquior esset, quam illa necessitudo est. sed mihi ita persuadeo (potest fieri, ut fallar) eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. quid fieri possit, & quid mea caussa facere possu (nam quid velis non dubito) velim, si tibi grave non erit, certiorem me facias. Vale.

Hic opinor L. Philippi frater fuit, vittici Augusti, L. F. Q. N.

* Nisi, pro sed, ut ep. 1.

ARGVMENTVM

Oppium præsentem, & Egnatij absentis negotia commendat.

M. CICERO Q. PHILIPPO PROCOS. S. 74

ETsi non dubito pro tua in me observantia, proq; nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atq; etiam eundem tibi L. Oppium familiarem meum præsentem, et L. Egnatij fami-

familiarissimi mei absentis negotia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq; ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat me à te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes, idq; ut facias, te vehementer rogo. Vale.

ARGVMENTVM.

Commendat Avianum Flaccum.

M. CICERO T. TITIO T. F. LEGATO S. D. 73

Etsi non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat: tamen obsequor homini familiarissimo C. Auiano Flacco: cuius caussa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo, de quo & præsens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissimè respondisti: & scripsi ad te accuratè antea. sed putat interesse sua, me ad te quàm sæpissimè scribere. Quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantiæ tuæ. A te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, & de tempore Auiano commodes. Quorum utrumq; per eundem me obtinuit triennium, dum * Pompeius isti negotio præfuit. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Auianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciat. erit id mihi pergratum. Vale.

* Vide ep. 1. lib. 4. ad Atticum.

ARGVMENTVM.

Petit, ut C. Valgius emtam possessionem in agro Frecellano, liberam, immunemque habeat.

M. T.

M. T. C. *QVATVOR VIRIS ET DECVRIONIBVS S. D. 76

* Ergo Fregella municipium, non colonia. nã municipiis quatuor viri, colonij, duumviri præerant.

TAntæ mihi cum Q. Hippio caussæ necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quàm nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, uterer mea consuetudine ut vobis nulla in re molestus essem etenim vos mihi optimi testes estis, cum mihi persuasum esset, nihil esse, quòd à vobis impetrare non possem, nunquam me tamen gravem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos etiam atq; etiam rogo, ut honoris mei caussa liberalissimè C. Valgium Hippianum tractetis, remq; cum eo constituatis, ut, quàm possessionem habet in agro Fregellano à vobis emtam, eam liberam & immunem habere possit. id si à vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor. Valete.

ARGVMENTVM.

Narrat officium suum: commendat M. Bollanum: petit, ut sibi servum suum Dionysium restituendum curet.

M. CICERO P. SVLPITIO IMP. S. D. 77

CVm his temporibus non sanè in senatum venitarem, tamen ut tuas literas legi, non existimavi me, salvo iure nostræ veteris amicitiæ, multorumq; inter nos officiorum, facere posse, ut honori tuo deessem. itaq; affui, supplicationemq; tibi libenter decrevi: nec reliquo tempore ullo aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. atq; ut hoc tui necessarij sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, ut si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denunciare. M. Bollanum, virum bonum & fortem, & omni-

Opinor huic & P. Vatinio ad quē sunt ep. l. 5. mandatam esse à Cæsare Illyrici curã, imperio cõmuni. nam P. Sulpitius eius in Gallia legatus fuerat. Cæsar l. 4. & 7. de bel. Gal.

omnibus rebus ornatum, meumq; veterem amicum, tibi magnopere commendo. pergratum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. Ipsum virum optimum gratissimumq; cognosces, promittoq; tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Præterea à te peto maiorem in modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elabores. * Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, nec se impunè laturum putaret, aufugit. is est in provincia tua, eum & M. Bolanus familiaris meus, et multi alii Naronæ viderunt, sed cum se à me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere quam mihi gratum futurum sit. res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. ubi sit, & quid fieri possit, Bolanus te docebit. ego, si hominem per te recuperaro, summo me à te beneficio affectum arbitrabor. Vale,

* Ep. 9. libr. 15.

* Videtur hic Alienus Siciliæ præfuisse, ut ex ep. sequenti colligitur; eoq; Oppius in libr. de bel. Africo modo prætotem, modo proconsulē vocat.

ARGVMENTVM.

Petit, ut Democritum Sicyonium in suam fidem recipiat.

M. C. ALLIENO PROCOS. S. 78

DEmocritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam quod non multis contingit. Græcis præsertim, valde familiaris. est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas & observantia: meq; præ ceteris & colit, & observat, & diligit. eum tu non modo suorum civium, verùm etiam pænè Achaiæ principem cognosces. huic ego tantumdò

dò aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio. cognitum per te ipsum qua tua natura est, dignum tua amicitia atq; hospitio iudicabis. Peto igitur à te, ut his literis lectis recipias eum in tuam fidem: polliceare omnia te facturum mea caussa. De reliquo, si, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia, hospitioq; cognoueris, peto ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

ARGVMENTVM.

Caium, & Marcum Avianos, fratres, commendat, alterum præsentem, alterum absentem.

M. C. ALLIENO PROCOS.
S. D. 79

ET te scire arbitror quanti fecerim C. * Avianum Flaccum, & ego ex ipso audieram optimo & gratissimo homine, quàm à te liberaliter esset tractatus. eius filios dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego unicè diligo, commendo tibi, ut maiore studio nullos commendare possim. C. Avianus in Sicilia est. Martius est nobiscum. ut illius dignitatem præsentis ornes, rem utriusq; defendas, te rogo hoc mihi gratius in ista provincia facere nihil potes. Idq; ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

* Cum Avianæ gentis antea fuisset, in Valeriam, cuius cognomen Flaccus fuit, adoptione transiit.

M. TVL.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XIIII. AD TERENTIAM vxorem & liberos.

ARGVMENTVM.

Exul deflet suam suorumq; calamitatem, eiusq; culpam confert in amicorum consilia: vici venditionem prorsus improbat: alia quædam scribit.

M. CIC. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. D.

Scripta est Pisone & Galbinio cos. cum exsularet.

ET LITERIS multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse, teq; nec animi, nec corporis laboribus defatigari. me miserum! te ista virtute, fide, probitate, humanitate in tantas ærumnas propter me incidisse! Tulliolamq; nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cùm primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasq; percepit. quæ si, ut tu scribis, fato facta putarem, ferrem paullò facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amari putabam, qui invidebant: eos non sequebar, qui petebant. Quod si nostris* consilijs usi essemus, neq; apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum: beatissimi viveremus. nunc quando sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit, res quanta sit intelligo, quantoq; fuerit facilius

* Vt pugnarem potius, quàm in exsilium irem.

lius manere domi, quàm redire: sed tamen, si omneis tribunos pleb. habemus, si * Lentulum tam studiosum, quàm videtur, si verò etiam Pompeium & Cæsarem, non est desperandum. De familia, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco, nunc quidem iam abijt pestilentia: sed quam diu fuit, me non attigit. * Plancius homo officiosissimus me cupit esse secum, & adhuc retinet. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quò neq; * Hispo veniret, neq; milites: sed adhuc Plancius me retinet. Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam * decedat. Quem ego si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos, & meipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse, & vestræ pietatis & meæ Pisonis humanitas, virtus, amor in omneis nos tantus est, ut nihil supra possit. Vtinam ea res ei voluptati sit: gloriæ quidem video fore. De Q. fratre nihil ego te accusavi: sed vos, cum præsertim tam pauci sitis, volui esse quàm coniunctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi, & me à te certiorem factum esse scripsi.

QVOD ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram. quid, obsecro te (me miserum) quid futurum est? &, si nos * premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Non queo reliqua scribere (tanta vis lacrymarum est) ne te in eundem fletum adducam, tantū scribo: si erunt in officio amici, pecunia non deerit: si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. * Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum perdamus: cui si aliquid erit, ne egeat, mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, ut cetera consequatur. Fac Valeas, & ad me tabellarios mittas, ut sciam quid

* Consulem designatum.

* Ad Attic. ep. 12. lib. 3.

* Hisponem nominat Quint. li. 6. c. de risu.

* Erat enim in Macedonia quæstor Plancius: ut in oratione pro eo constat.

* Epist. 2.

* Sæpe hæc locutio usurpatur in re misera vide ep. 16. lib. 8. & ad At. ep. 20. 6.

agatur, & vos quid agatis. Mihi omninò iam brevis expectatio est. Tulliolæ & Ciceroni salutem dices. Valete. D. ante diem VI. Kalend. Decemb. Dyrrachij. Dyrrachium veni, quod & libera civitas est & in me officiosa, & proxima Italiæ. sed si offendet me loci celebritas, alio me conferam, & ad te scribam.

ARGVMENTVM.

Brevitatem suarum literarum excusat: Pisoni generi officia in se laudat: dolet Terentiæ vicem. rogat ne suam dotem proijciat, & ut valetudini serviat.

M. C. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE, ET CICERONI SVIS S. 2

Iisdem consulibus scripta.

NOli putare, me ad quenquam longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere, nec enim habeo quod scribam: nec hoc tempore quicquam difficilius facio. ad te verò, & ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrymis scribere. vos enim video esse miserrimas, quas ego beatissimas semper esse volui: idq; præstare debui, &, nisi tam timidi fuissemus, præstitissem. Pisonem * nostrum merito eius amo plurimum, eum, ut potui, per literas cohortatus sum, gratiasq; egi ut debui. In novis tribunis pl. intelligo spem te habere, id erit firmum, si Pompeij voluntas erit: sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè video, nec miror: sed mereo casum eiusmodi, ut tantis tuis miserijs meæ miseriæ * subleventur. nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vestæ ad tabulam Valeriam ducta esses. Hem mea lux, meum desiderium. unde

* Generum.

* Simile illud, ex meis angustijs illius sustento tenuitatē ep. 21. li. 16.

omnes

omnes opem petere solebant, te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic iacere in lacrymis & sordibus, idq; fieri mea culpa, qui ceteros servavi, ut nos perremus? Quod de domo scribis, hoc est, de area: ego verò tum demùm mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restituta. Verum hæc non sunt in nostra manu. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius partem te miseram & despoliatam venire: quòd si conficitur negotium, omnia consequemur. sin eadem nos fortuna* premet, etiámne reliquias tuas misera proïcies? Obsecro te mea vita, quod ad sumtum attinet, sine alios, qui possunt, si modò volunt, sustinere: & valetudinem istam *infirmam, si me amas, noli vexare. nam mihi ante oculos dies, noctesq; versaris. omnes labores te excipere video, timeo ut sustineas: sed video in te esse omnia. Quare ut id, quod speras, & quod agis, consequamur, servi valetudini. Ego, ad quos scribam, nescio, nisi aut ad eos, qui ad me scribunt: aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longius, quoniam vobis ita placet, non discedam: sed velim quam sæpissimè literas mittatis, præsertim si quid est primùm, quod speremus. Valete mea desideria, valete. D. ad III. Non. Octobris Thessalonicæ.

* Epist. 12.

*Vixit tamen Terentia ultra annos centum, ut ait Plinius lib. 7. c. 48.

ARGVMENTVM.

Quæritur, quod sua culpa & ipse, & omnes sui maximas in miserias inciderint. deinde ad varia capita respondet, sed ita dolenter, ut ideo à nonnullis iure fortasse, tanquam mollis, reprehendatur.

M. T. C. TERENTIAE SVAE, ET TVLLIAE ET CICERONI S. D.

Iisdem consulibus scripta.

ACcepi ab Aristocrito treis epistolas, quas ego lacrymis

crymis propè delevi. conficior enim mœrore, meâ Terentia: nec me meæ miseriæ magis excruciant, quàm tuæ, vestræq; Ego autem hoc miserior sum, quàm tu, quæ es miserrima, quòd ipsa calamitas communis est utriusq; nostrum, sed culpa mea propria est. meum fuit officium, vel * legatione vitare periculum, vel diligentia & copijs resistere, vel cadere fortiter, hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cum dolore conficior, tum etiam pudore. pudet enim me uxori meæ optimæ, suavissimis liberis * virtutem & diligentiam non præstitisse. nam mihi ante oculos dies noctesq; versatur squallor vester, & mœror, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis pertenuis ostenditur. inimici sunt multi, invidi penè omnes. ejicere magnum fuit, excludere facilè est. Sed tamen quandiu vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videantur. Vt tutò sim quòd laboras, id mihi nunc facillimũ est. quem etiam inimici volunt vivere in his tantis miserijs. Ego tamen faciam quæ præcipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: & eas literas Despippo dedi: meq; de eorum officio scripsi à te certiorem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos, & officio, & ego perspicio, & omnes prædicant. Dij faciant, ut tali genero mihi præsenti tecum simul, & cum liberis nostris frui * liceat. Nunc spes reliqua est in novis tribunis pl. & in primis quidem diebus. nam si inveterarit, actum est. ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuò initia rerum, & rationem totius negotij posses scribere: etsi Despippo quoque ita imperaui, statim ut recurreret: & ad fratrem misi, ut crebrò tabellarios mitteret. nam ego eo nomine

jam

* Lib. 3. ad Att. ep. 15.

* Copijs enim resistere aut cadere fortiter meũ officium fuit.

* Non licuit. petiit enim ante reditum Ciceronis.

sum Dyrrachij hoc tempore, ut quàm celerrimè, quid agatur, audiam, & sim tutò. civitas enim hæc semper à me defensa est. cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod scribis te, si velim, ad me venturam: ego verò, cum sciam magnam partem istius oneris abs te sustineri, te istic esse volo. si perficitis quod agitis, me ad vos venire oportet: sin* autem. Sed nihil est opus reliqua scribere. ex primis, aut summum secundus literis tuis constituere poterimus, quid nobis faciendum sit. Tu modò ad me velim omnia diligentissimè perscribas: etsi magis iam rem, quàm literas debeo expectare. Cura ut valeas, & ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse, nec unquam fuisse. Vale mea Terentia, quam ego videre videor: itaq; debilitor lacrymis. Vale. Prid. Kal. Decemb. Dyrrachij.

* ἀπροσδοκήτως

ARGVMENTVM.

Scripta est hæc epistola non solum dolenter, sed etiam molliter. argumentum est multiplex. quia respondet ad varia capita literarum Terentiæ.

M. T. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE ET CICERONI SVIS S. D.

EGo minùs sæpè ad vos do literas, quàm possum propterea quod cum omnia mihi tempora sunt miserabilia, tum verò cùm aut scribo ad vos, aut vestras literas lego, conficior lacrymis sic, ut ferre non possim. Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. quòd si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum à nobis. sin hæc mala fixa sunt: egò verò te quamprimum, mea vita,

Iisdem consulib. scripta.

cupio videre, & in tuo complexu emori, quando neq; dij, quos tu castissimè coluisti, neq; homines, quos ego servavi semper, nobis gratiam retulerunt. Nos Brundusij apud M.* Lenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum & capitis sui pro mea salute neglexit: neq; * legis improbissimæ pœna deductus est, quò minus hospitij & amicitiæ ius, officiumq; præstaret. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus: habebimus quidem semper. Brundusio profecti sumus ad XI. Kal. Maias: per Macedoniam Cyzicum petabamus. O me perditum! ó me afflictum! quid nunc rogem te, ut venias, mulierem ægram, & corpore & animo confectam? non rogem? sine te igitur sim? Opinor, sic agam. Si est spes nostri reditus, eam confirmes, & re adiuves. sin, ut ego metuo,* transactum est: quoquo modo potes, ad me fac venias. unum hoc scito: si te habebo, non mihi videbor planè periisse. Sed quid Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi deest consilium. Sed certè quoquo modo se res habebit, illius miselle, & matrimonio & famæ serviendum est. Quid Cicero meus, quid aget? iste verò sit in sinu semper, et complexu meo. Non queo iam plura scribere: impedit mœror. Tu quid egeris, nescio: utrum aliquid teneas, an quod metuo, planè sis spoliata. Pisonem, ut scribis, spero fore semper nostrum. De familia liberata, nihil est, quod te moveat. primum tuis ita promissum est, te facturam esse, ut quisq; esset meritus. est autem in officio adhuc Orpheus præterea magnopere nemo. ceterorum servorum ea causa est, ut, si res à nobis abesset, liberi nostri essent, si obtinere potuissent; sin ad nos pertinerent, servirent,

* Vide epi. 63. lib. 13.

* Clodiæ quæ vetabat Ciceronem tecto recipi intra quadringenta millia passuum ep. 4. lib. 3. ad At. & in oratione pro domo.

* Spes nulla superest: actum est.

virent, præterquam oppido pauci. Sed hæc minora sunt. Tu quod me hortaris, ut animo sim magno, & spem habeam recuperandæ salutis: id velim sit eiusmodi, ut rectè sperare possimus. Nunc miser quando tuas iam literas accipiam? quis ad me perferret? quas ego expectassem Brundusii, si esset licitum per nautas, qui * tempestatem prætermittere noluerunt. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia * ut potes. honestissimè vixi- * Facultatem navigandi.
mus, floruimus. non vitium nostrum, sed virtus nostra nos afflixit. peccatum est nullum, nisi quòd non unà animam cum ornamentis amisimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos vivere: cetera quanquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum. Clodium Philetærum, quod valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelem remisi. Sallustius officio vincet omnes spes. Pescennius est perbenevolus nobis: quem semper spero tui fore observantem. Sicca dixerat se mecum fore, sed Brundusio discesset. Cura, quoad potes, ut valeas. & sic existimes, vehementius me tua miseria, quam mea commoveri. Mea Terentia, fidissima atq; optima uxor, & mea carissima filiola, & spes reliqua nostra Cicero, valete. Prid. Kal. Maias, Brundusio.

ARGVMENTVM.

Scripsit hanc aliquot annis post superiores, L. Paullo C. Marcello coss. cum ex provincia Romam rediret, significat de navigatione sua, de literis acceptis, de hæreditate Præiana.

M. TVLLIVS TERENTIAE, ET TVLLIOLAE SVAE S. S

Si tu & Tullia lux nostra valetis, ego & suavissimus

Cicero valemus. Prid. Id. Octobreis Athenas venimus, cum sanè adversis ventis usi essemus, tardèq; & incommodè navigassemus. De navi exeuntibus nobis * Acastus cum literis præstò fuit uno & vicesimo die, sanè * strenuè. Accepi tuas literas: ex quibus intellexi te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent. omnes sunt redditæ: diligentissimeq; à te perscripta sunt omnia: idq; mihi gratissimum fuit. Nq; sum miratus, hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse. iam enim me ipsum exspectas, sive * nos ipsos: qui quidem quamprimum ad vos venire cupimus: etsi, in quam rempub. veniamus, intelligo. cognovi enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, ad * aemulationem spectare: ut mihi, cum venero, dissimulare non liceat quid sentiam. Sed quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam, ut veniamus, quò facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quam longissimè poteris, obviam nobis prodeas. De hæreditate Prætiana, quæ quidem mihi magno dolori est (valdè enim illum amavi) hoc velim cures: si auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius, aut si is minus poterit, * Camillus nostrum negotium curet. nos, cum venerimus, reliqua per nos agemus. sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. nos, si dij adiuvabunt, circiter Idib. Novembreis in Italia speramus fore. Vos mea suavissima & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate ut valeatis. Athenis. ad XV. Kalend. Novembris.

* Vide ad Attic. ep. 9. lib. 6.
* Celeriter ep 18. lib. 14. ad Att.
* Etat enim cum ipso, & filius, & frater, & fratris filius.
* Bellum imminere inter Cæsarem & Pompeium.
* Is de quo ep. 20. lib. 5. & ad Attic. ep. 23. 11.

ARGVMENTVM.

Excusat infrequentiam literarum; mandat, ut creditori

ditoribus satisfiat. gratias actas à nescio qua, non mirabitur. Pollicem exspectat.

M. TVLLIVS TERENTIAE, SVAE, ET TVLLIOLAE S. D. 6

NEc sæpè cui literas demus: nec rem habemus ullam, quam scribere velimus. Ex tuis literis, quas proximè accepi, cognovi, prædium nullum venire potuisse. Quare videas velim quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Cura ut valeas. Idib. Quinctilib. Vale.

*Scripta est Lentulo & Marcello coss. cum iam in Græcia ad Pompeium transisset.

ARGVMENTVM.

Exponit, quæ fuerit molestiarum causa, quoque modo liberatus sit: deinde scribit de sua ad Pompeium navigatione.

M. TVLLIVS TERENTIAE SVAE, ET TVLLIOLAE S. D. 7

OMneis molestias & sollicitudines, quibus & te miserrimam habui, id quod mihi molestissimū est, Tulliolamq; quæ nobis nostra vita dulcior est, deposui & ejecti. quid causæ autē fuerit postridiè intellexi, quam à vobis discessi. Χολὴν ἄκρατον noctu ejecti, statim ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. cui quidem tu Deo quemadmodum soles piè & castè satisfacias velim. * Navim spero nos valde bonam habere. in eam simul atq; conscendi, hæc scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas: quibus te, & Tulliolam nostram diligentissimè commendabo

* Lentulo & Marcello coss.

* Quia in Græciâ ad Pompeium transmitteret.

dabo. Cohortarer vos, quo animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerem quàm quenquam virum. Et tamen eiusmodi spero negotia esse, ut et vos istic commodiùs me sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri rempub. defensurum. Tu primùm valetudinem tuam velim cures deinde, tibi si videbitur, villis ijs utare, quæ longissimè aberunt à militibus, fundo Arpinati benè poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atq; etiam vale. VII. Id. Iun.

ARGVMENTVM.

Rogat uxorem, ut valetudinem curet. laudat eius diligentiam eaq; ut deinceps utatur mandat.

M. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 8

#Lentulo & Marcello cos.

S. V. B. E. E. Q. V. Valetudinem tuam velim cures diligentissimè. nam mihi & scriptum, & nuntiatum est, te in febrim subitò incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiorem, fecisti mihi gratum. item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura ut valeas. D. IIII. Non. Iun.

ARGVMENTVM.

Significat dolorem suum ex Dolabellæ generi sui, Tulliolaq; filiæ valetudine.

M. TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 9

Iisdem consulibus, opi

AD ceteras meas miserias accessit dolor è Dolabellæ valetudine, & Tulliæ. omninò de omnibus rebus nec quid consilij capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

ARGV-

ARGVMENTVM

Mandat, ut cum Attico colloquatur, literas mittat.

M. TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D. 10

Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium serius, quam oportuit cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim: apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re & de ceteris rebus quampri-mum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Id. Quinctiles.

Iisdem consulibus antequam ad Pompeium in Græciam navigares.

ARGVMENTVM.

Tulliam ad se venisse dicit, sibi autem in animo esse, Ciceronem filium ad Cæsarem mittere.

M. TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D. 11

SI V. B. E. E. V. Tullia nostra venit ad me prid. Id Iunias, cuius summa virtute & singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longè alia in fortuna esset, atq; eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Silium, si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. XVII. Kal. Quinctiles.*

Scripta videtur post victum Pompeium, ut etiam ex epistolæ cognoscitur.

* Ep. 17. li. 11. ad Att.

ARGVMENTVM.

Fere consilium suum reprehendit, quod victo in Pharsalia Pompeio, in Italiam redierit, monetq; ut ei ne ad ipsum eat.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuo

gaudeas velim. sed perturbati dolore animi, magnisq; iniurijs,* metuo ne id consilij ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adiuva. quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam, quòd te des hoc tempore, nihil est: & longum est iter, & non tutum: & non video quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. prid. Nonas Nou. Brunduſio.

* Epiſt. 2. li. 11. ad Attic.

ARGVMENTVM.

Permittit uxori, ut de nuncio remittendo consilium capiat ex tempore.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D.

Eiſdem conſulibus. Diuortium, ad dotem conſeruandam, ſimulare cogitabat.

QVòd scripsi ad te proximis literis de nuncio remittendo, quae sit istius vis hoc tempore, & quae concitatio multitudinis, non ignoras. si metuendus iratus est, quies tamen ab illo fortasse nascetur. Totum iudicabis quale sit, & quod in miserrimis rebus minimè miserum putabis, id facies. Vale. VI. Id Quinctilcis.

ARGVMENTVM.

Rogat uxorem & filiam, conſulant & ipſæ & cum amicis, ab urbe diſcedant, necne, adventu Cæſaris.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE: PATER Tulliolæ, duabus animis ſuis: Cicero matri optimæ, & ſuaviſsimæ ſorori S. P. D.

Lentulo & Marc. coſſ.

SI vos valetis, nos valemus. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Si ille Romam modestè venturus est, rectè in praesentia domi esse potestis. sin homo amens diripiendam urbem daturus est, vereor ut * Dolabella ipse satis vobis prodesse possit.

* Gener Ciceronis qui eum Cæſare erat ad Attic. lib. 13. li. 7.

possit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini. ut, cum velitis, exire non liceat. Reliquum est, quod ipsæ optimè considerabitis, vestri* similes fœminæ sint ne Romæ. si enim non sunt, verendum est ut honestè vos esse possitis. Quomodocunq; nunc se res habet, modò ut hæc vobis loca tenere liceat, bellissimè vel mecum, vel in nostris prædijs esse poteritis. Etiam illud verendum est, ne brevi tempore fames in urbe sit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis: ad summam animo fortè sitis. *Labienus rem meliorem fecit, adiuvat etiam Piso, quod ab urbe discedit, & sceleris condemnat* generum suum. Vos meæ carissimæ animæ quàm sæpissimè ad me scribite, & vos quid agatis & quid istic agatur. Quinctius pater, & filius, & Rufus vobis salutem dicunt. Valete. VIII. Kal. Quinctileis, Minturnis.

*Ep. 18. isto loco fœminæ, dixit. unde ep. 14. l. 7. ad Att.

*Qui à Cæsare discesserat. ep. 11. lib. 17.

*Cæsarem qui arma inferat patriæ.

ARGVMENTVM.

Dicit se mutasse consilium de mittendo ad Cæsarem Cicerone filio. hæc autem epistola videtur scripta post eam, quæ XI. loco impressa est.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D.

SI vales, benè est: ego valeo. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Cæsari mittere: sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. *Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Kal. Quinctileis.

*Epist. 11.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Argumentum est de liberis, & de Volumnia.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D. 16

*Lentulo & Marcello coss. extremo consulatus die

Si vales benè est: ego valeo. Etsi eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut a te literarũ exspectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quomodo & ipse vestras literas exspecto, & scribo ad vos, cum habeo qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, quàm fuit: & idipsum, quod fecit, potuit diligentius facere & cautius: quanquam alia sunt, quæ magis curemus, magisq; doleamus: quæ me ita conficiunt, ut ij voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Cura ut valeas. Prid. Non. Ianuarias.

* Quorum consilio in Italiam post devictum Pompeium reverrit.

ARGVMENTVM.

Doloris index epistola.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE
S. D. 17.

Scripta post reditũ eius in Italiam, victo Pompeio.

*Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id & pluribus verbis, & sæpius. nunc quæ sint negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac ut tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

ARGVMENTVM.

Monet uxorem, & filiam, ut maturè considerent, num Romæ turò esse possint, & cum dignitate.

TVLLIVS TERENTIAE PATER SVA-
vissimæ filiæ, Cicero matri & sorori S. P. D 18

*Lentulo & Marcel. coss.

*Considerandum vobis etiam atq; etiam, animæ meæ, dili-

*diligenter puto quid faciatis, Romæne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem hæc, Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam, eamq; rem posse nobis adiumento esse, si qua vis, aut si quæ rapinæ fieri cœperint: sed rursus illud me movet, quod video, omneis bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere hæc autem * regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam prædiorum, ut & multum esse mecum, & cum abieritis, commodè etiam in nostris prædijs esse possitis. Mihi planè non satis constat adhuc, utrum sit melius. Vos videte quid aliæ faciant * isto loco fœminæ, & ne, cum velitis, exire non liceat. Id velim diligenter etiam atq; etiam vobiscum, & cum amicis consideretis. Domus ut propugnacula & præsidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas à vobis literas accipiam. Maximè autem date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. VIII. Kal. Februarias, Formijs.*

* Campana ep. 11, l. 10.

* i. ista dignitate, qua vos estis. ep. 14.

ARGVMENTVM.

Dolorem significat ex filiæ valetudine, & difficultatem, quò minus possit propiùs accedere.

TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D. 19

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ, de qua nihil est quòd ad te plura scribam. tibi enim æquè magnæ curæ esse certò scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum. etiam ante fecissem: sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt, sed à Pompeio expecto literas,

Scripta ut opinor, post reditu eius, in Italiam superato in Pharsalia Pompeio.

literas, quas ad me quamprimum perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

ARGVMENTVM.

Mandat, ut in Tusculano omnia sint parata ad hospites excipiendos.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 21

Post reditum eius in Italiam, victo Pompeio.

IN Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis, aut postridie. Ibi fac ut sint omnia parata. plures enim fortasse nobiscum erunt: & ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balneo non est, fac ut sit: item cetera quæ sunt ad victum, & ad valetudinem necessaria. Vale. Kalend. Octob. de Venusino.

ARGVMENTVM.

Scribit, ut quæ tempus postulabit, provideat, sibiq; absenti administret, literasq; mittat.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 21

Eodem tempore.

SI vales, benè est: ego valeo. Da operam ut convalescas: quod opus erit, ut res, tempusq; postulat, provideas atq; administres, & ad me de omnibus rebus quàm sæpissimè literas mittas. Vale.

ARGVMENTVM.

Dicit se tabellarios exspectare: ut consilium capere possit.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 22

Eodem tempore.

SI vales, benè est: ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros exspectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores quid nobis faciendum sit, faciemusq; te statim

statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kal. Septembribus.

ARGVMENTVM.

Scribit de literis à Cæsare acceptis, de eius adventu, de obviam itione.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 23

SI vales benè est: ego valeo. Redditæ mihi iam tandē sunt à Cæsare literæ satis liberales: & ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum exspectem, cum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quàm primùm remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Prid Id. Sextileis.*

Eodem tempore ad Att lib. 11. * Epist. 15. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Nondum se neq; de Cæsaris adventu, neq; de eius literis quidquam scire dicit.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE S. D. 24

SI vales, benè est: ego valeo. Nos neq; de Cæsaris adventu neq; de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac cures. Vale. III. Id. Sextileis.

Eodē tempore Pharnace devicto, redeunte ad urbem Cæsare.

M. TVL.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER XV. AD CONSULES & ceteros,

ARGUMENTUM.

Cum Parthi maximis copijs Euphratem qui terminus erat imperij Romani, transissent, sollicitus Cicero de sua provincia, item de reliquis, quæ ab impetu belli non longè abessent, monet ut maiores exercitus summittantur.

M. TULLIUS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. prætor. trib. pl. S. P. Q. R.

Sulpicio & Marcello coss.

SI vos valetis, bene est: ego quidem valeo. Etsi non dubiè mihi nunciabatur Parthos transisse * Euphratem cum omnibus ferè suis copijs. tamen quod arbitrabar à M. Bibulo procos. certiora de his rebus ad vos scribi posse statuebam mihi non necesse esse publicè scribere ea, quæ de alterius provincia nunciarentur. Postea verò quàm certissimis auctoribus, legatis, nuntijs, literis sum certior factus: vel quod tanta res erat, vel quòd nondum audieramus, Bibulum in Syriam venisse, vel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo pænè est communis: quæ ad me delata essem, scribenda ad vos putavi. Regis Antiochi * Commageni legati mihi primi nunciarunt, Parthorum, magnas copias * Euphratem transire cœpisse. Quo nuncio allato, cùm essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statuò

* Terminum imperij Romani.

* Ep. 1. & 4.

* Iusti. l. 41.

statui exspectandam esse, si quid certius afferretur. Ad XIII. Kal. Octob. cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniæ & Cappadociæ mihi literæ redditæ sunt à *Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusq; populi Rom. existimatur: *Pacorum *Orodi regis Partborum filium cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem, & castra posuisse Tybæ: magnumq; tumultum esse in provinciæ Syria excitatum. Eodem die ab *Iamblico phylarcho Arabum, quem homines opinantur benè sentire, amicumq; esse reipub. nostræ, literæ de ijsdem rebus mihi redditæ sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam, socios infirmè animatos esse, & novarum rerum exspectatione suspensos: sperabam tamen, eos, ad quos iam acceßeram, quiq; nostram mansuetudinem integritatemq; perspexerant, amiciores populo Rom. esse factos. *Ciliciam autem firmiorem fore, si æquitatis nostræ particeps facta esset: & ob eam causam, & ut opprimerentur ij, qui ex Cilicum gente in arma essent, & ut hostis is, qui esset in Syria, sciret, exercitum populi Rom. non modò non cedere his nuncijs allatis, sed etiam propius accedere, exercitum ad Taurum institui ducere. Sed si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in ijs, præsertim rebus, quas vos audistis, ego pænè cerno: magnoperè vos & hortor, & moneo, ut his provincijs serius vos quidem, quàm decuit, sed aliquando tamen consulatis. *Nos quemadmodum instructos, & quibus præsidijs *munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. Quod ego negotium non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non recusaui. neq; enim unquam ullum periculum tan-

* Strab. lib. 14. Dio. lib. 41. 50. & 54.
* Ep. 18. lib. 5. ad Attic. Iustinus lib. 42. cæsum à Ventidio Pacorum cū universo exercitu tradit.
* Tarcondimoti filio. Strab. l. 16.
* In quam nondū pervenerat, cū tamen esset in provincia sua. Vide ep. 67. lib. 13.
* Ep. seq.
* Ep. 5. l. 8.

tum putaui, quod subterfugere mallem, quàm vestræ auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet, ut nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, maturè in has provincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendæ sint omnes hæ provinciæ, quibus vectigalia populi Rom. continentur. Quamobrem autem in hoc provinciali delectu spem habeatis aliquam, caussa nulla est: neq; multi sunt: & diffugiunt, qui sunt, metu oblato: & quod genus hoc militum sit, iudicauit vir fortissimus M. Bibulus in Asia qui, cùm ei perniciosetis, delectum habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbitatem atq; iniurias imperij nostri, aut ita imbecillia sunt, ut non multum nos iuuare possint: aut ita alienata à nobis, ut neq; exspectandum ab ijs, neq; committendum ijs quicquam esse videatur. Regis Deiotari & voluntatem, & copias, quantæcunq; sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. Reliqui reges, tyranniq; neq; opibus satis firmi, neq; voluntate sunt. Mihi in hac* paucitate militum, animus certè non deerit: spero, ne consilium quidem. quid casurum sit, incertum est, utinam saluti nostræ consulere possimus: dignitati certè consulemus. Valete.

* Duas legiones habebat, epist. 15. lib. 5. ad Attic.

ARGVMENTVM.

Exponit, quid in provincia, audito Parthorum aduentu, egerit, ad tuendam provinciam, & socios in fide continendos: & de Ariobarzane rege ab insidiis liberato.

M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS S. D. COSS. prætt. tribb. pl. S P. Q. R.

Sulpicio & Marc. coss.

S. V. B. E. E. Q. V. Cùm prid. Kalend. Sextilis in provin-

provinciam * venissem, neq; maturius propter itinerum & navigationum difficultatem venire potuissem: maximè convenire officio meo, reiq; pub. conducere putaui, parare ea, quæ ad exercitum, quæq; ad rem militarem pertinerent. Quæ cum essent à me cura magis, & diligentia, quàm * facultate & copia constituta, nuntijq; & literæ de bello à Parthis in provincias Syriam illato quotidie ferè afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam & per Isauros, & per Cappadociam arbitratus sum. erat enim magna suspicio Parthos, si ex Syria egredi atq; irrumpere in meam provinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quod ea maximè pateret, esse facturos. Itaq; cum exercitu per * Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci: castraq; ad Cibystra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi: ut * Artuasdes Rex Armenius, quocunq; animo esset, sciret non procul à suis finibus exercitum populi Rom. esse: & Deiotarum fidelissimum regem, atq; amicissimum reipub. nostræ, maximè coniunctum haberem hominem, cuius & consilio, & opibus adiuvari posset respub. Quo cum in loco castra haberem, * equitatumq; in Ciliciam misissem, & ut meus adventus ijs civitatibus, quæ in ea parte essent, nunciatus, firmiores animos hominum faceret, & ego maturè, quid ageretur in Syria, scire possem: tempus eius tridui, quod in his castris morabar, in magno officio, & necessario mihi ponendum putaui. Cum enim vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem, *Eusebem, & *Philorthomaum tuerer, eiusq; regis salutem & incolumitatem regni defenderem, regi, regnoq; præsidio esse m: adiunxisseiq; salutem

* Ep. 6. l. 1. & ad Attic. ep. 13. l. 5.

* De hoc modestè quæritur ex antecedenti.

* Idem scribit ad App. ep. 6. lib. 3. *Cuius soror nupta erat Pacoro, regis Parthorum filio, Appianus in Parthico, infra ep. 3.

** Vide infra ep. 4.

* Sic appellatur à Romanis, Græcis nominibus ad Latinam consuetudinem traductus. Ipius, & amicus Romanorum, vide ep. 17. lib. 2.

lutem eius regis populo, senatuiq; magnæ curæ esse, quod nullo unquam de rege decretum esset à nostro ordine: existimaui me iudicium vestrum ad regem deferre debere, eiq; præsidium meum, & fidem, & diligentiam polliceri: ut, quando salus ipsius, & incolumitas regni mihi commendata esset à vobis, diceret, si quid vellet. Quæ cum essem in consilio meo cum rege locutus, initio ille orationis suæ vobis maximas, ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit, quod ei permagnum & per honorificum videbatur, senatui populoq; Rom. tantæ curæ esse salutem suam, meq; tantam diligentiam adhibere, ut & mea fides & commendationis vestræ auctoritas perspici posset. Atq; ille primò, quod mihi maximæ lætitiæ fuit, ita mecum locutus est, ut nullas insidias neq; vitæ suæ, neq; regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ego ei gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, cohortatus ut recordaretur casum illum interitus* paterni, & vigilanter se tueretur, atq; admonitus senatus consuleret saluti suæ: tum à me discessit in oppidum Cibystra. Postero autem die cum Ariarathe fratre suo, & cum paternis amicis maioribus natu ad me in castra venit: perturbatusq; & flens, cum idem & frater faceret, & amici, meam fidem, vestram commendationem implorare cœpit. Cum admiraret quid accidisset novi: dixit, ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quæ essent ante adventum meum occultata: quod ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent: eo autem tempore spe mei præsidij complureis ea, quæ scirent, audacter ad se detulisse: in his amantissimum sui, summa pietate præditum fratrem dicere ea, quæ is me

quoq;

* Videtur Ariobarzanes rex, cui senatus Cappadociæ regnum largitus erat, insidiis interfectus, de quo Iustinus li 38. & hic ep. 17. li. 2.

quoq; audiente dicebat, se sollicitatum esse, ut regnare vellet: id vivo fratre suo accidere non potuisse: se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quæ cum esset locutus, monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet: amicosq; iam patris eius iudicio probatos hortatus sum, regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura, custodiaq; defenderent. Cùm rex à me equitatum, cohortesq; de exercitu meo postularet: etsi intelligebam vestro S. C. non modò posse me id facere, sed etiam debere: tamen cum respubl. postularet propter quotidianos ex Syria nuntios, ut quam primum exercitum ad Ciliciæ fines adducerem; cumq; mihi rex patefactis iam insidijs non egere exercitu populi Rom. sed posse se suis opibus defendere videretur: illum cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum regnare * disceret: à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio, pœna afficeret eos. quos necesse esset, reliquos metu liberaret: præsidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quàm ad contentionem uteretur. fore autem ut omnes quando S. C. nossent, intelligerent, me regi, si opus esset, ex auctoritate vestra præsidio futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco castra movi, & iter in Ciliciam facere instituì: cum hac opinione è Cappadocia discederem, ut * consilio vestro, casu incredibili, ac pænè divino regem, quem vos honorificentissimè appellassetis nullo postulante, quemq; meæ fidei commendassetis, & cuius salutem magnæ vobis curæ esse decrevissetis, meus adventus præsentibus insidijs liberasset. Quod ad vos à me scribi non

* Erat enim adolescens appellatus à senatu rex Cicerone consule. ep. 17. lib. 2.

* Qui' providistis multa ante, ne acciderent, quæ pænè acciderunt, facto. S. C. de Ariobarzane.

non alienum putavi, ut intelligeretis ex ijs, quæ pænè acciderunt, vos multò antè, ne ea acciderent, providisse: eoq; vos studiosius feci certiores, quod in *rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenij, fidei, benevolentiæq; erga vos perspexisse, ut non sine caussa tantam curam, diligentiamq; in eius vos salutem videamini contulisse.

*De quo decrevistis, quod nullo unquam de rege.

ARGVMENTVM.

Scribit de rumore Parthici belli, & affert excusationem, cur publicè non scripserit.

M. CIC. IMP. S. D. M. CATONI. 3

CVm ad me legati missi ab Antiocho *Commageno, venissent in castra ad Iconium ante diem III. Non. Septembres, ijq; mihi nuntiassent *regis Parthorum filium, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copijs, multarumq; præterea* gentium magna manu venisse, *Euphratemq; iam transire cœpisse, dicia, Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putavi pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publicè propter duas caussas nihil scripsi: quod & ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuncios literasq; misisse: & existimabant M. *Bibulum procoss. qui circiter Id. Sextileis, ab Epheso in Syriam navibus profectus erat, quod secundos ventos habuisset, iam in provinciam suam pervenisse: cuius literis omnia *certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, ut in huiusmodi re, tantoq; bello, maximæ curæ est, ut quæ copijs & opibus vix tenere possumus, ea mansuetudine & continentia nostra, sociorum

*Ep. 1. & 4.

*Artuasdis epist. 2.

*Arabum epist. 4.

*Euphrates erat terminus Parthiæ provinciæ.

*Quo cum nupta erat filia Catonis. Plut. in Bruto.

*Quia Syria, Bibuli provincia Parthis finitima.

rum fidelitate teneamus. Tu velim, ut consuesti, nos absentes diligas & defendas. Vale.

ARGVMENTVM.

Narrat, quæ in Provincia gesserit: pro quibus rebus a Catone petit, ut in senatu supplicationes sibi decernat.

M. C. I. M. P. S. D. M. CATONI. 4

SVmma tua auctoritas fecit, meumq; perpetuum de tua singulari virtute iudicium, ut magni mea interesse putarem, & res eas, quas gessissem, tibi notas esse, & non ignorari à te, qua æquitate & continentia tuerer socios, provinciamq; administrarem. His enim à te cognitis, arbitrabar facilius me tibi quæ vellem probaturum. Cum in provinciam prid Kal. Sextil. venissem, & propter anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eundum viderem: biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ quadriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomeli. *Quibus in oppidis cum magni conventus fuissent, multas civitates acerbissimis* tributis, *& gravissimis usuris, & falso ære alieno liberavi. Cumq; ante adventum meum seditione quadam exercitus esset dissipatus, quinq;* cohortes *sine legato, sine tribuno mil. denique etiam sine centurione ullo apud Philomelum consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Anneio legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, coactoq; in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad VII. Kal. Sept. veni: cum interea superioribus diebus ex S. C. & evocatorum firmam*

*Ad Att. ep. 16. lib. 5. & hic epist. 8. lib. 3.
* Vide ep. 7. 8. & 10. li. 30
* Puto significari eas de quib. ad Applũ scribit ep. 6. l. 8.

manum, & equitatum satis idoneum, & populorum liberorum, regumq; sociorum auxilia voluntaria comparavissem. Interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem, Kal. Sept. legati à Rege * Commageno ad me missi, pertumultuosè, neq; tamen non verè, Parthos in Syriam transisse nuntiaverunt. Quo audito, vehementer sum commotus cùm de Syria, tum de mea provincia, de reliqua denique Asia. Itaq; exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putavi. Nam si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani in naturâ facilè tenuissem (duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterq; parvis præsidijs propter angustias intercludi potest: nec est quicquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia movebat, quæ patet à Syria, regesq; habet finitimos, qui etiamsi sunt amici nobis, tamen apertè Parthis inimici esse non audent. Itaq; in Cappadocia extremâ non longè à Tauro apud Oppidum Cibystra castra feci, ut & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens, nova finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaq; exspectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non sine caussa plurimum semper & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, vir cum benevolentia & fide erga populum Roman. singulari, tum præstanti magnitudine & animi, & consilij, legato ad me misit, se cum omnibus suis * copijs in mea castra esse venturum. Caius ego studio, officioq; commotus, egi ei per literas gratias: idq; ut maturaret, hortatus sum. Cum autem ad Cibystra propter rationes belli quinq; dies essem commoratus, regem

Ep. 1. lib 13.

* Cohortes xxx. equitum M M. vide ad At. lib. 18. ep. 1.

regem Ariobarzanem, cuius salutem à senatu te auctorem commendatam habebam, præsentibus insidijs * nec opinantem liberavi: neq; solum ei saluti fui, sed etiam curavi, ut cum auctoritate regnaret. Metram & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Athenæum, importunitate Athenaidis exsilio multatos, maxima apud regem auctoritate, gratiaq; constitui. Cumq; magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescens & equitatu & peditatu, & pecunia paratus, & omninò ijs, qui novari aliquid volebant: perfeci vt è regno ille discederet, rexq; sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. Interea cognovi multorum literis, atq; nuncijs, magnas Parthorum copias, & Arabum ad oppidum Antiochæam accessisse, magnumq; eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab * equitum meorum turmis & à cohorte prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidij caussa, occidione occisum. Quare cum viderem à Cappadocia Parthorum copias aversas, non longè à finibus esse Ciliciæ: quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Quo ut veni hostem ab Antiochea * recessisse, Bibulum Antiochiæ esse cognovi, Deiotarumq; confestim iam ad me venientem cum magno & firmo equitatu & peditatu, & cum omnibus suis copijs, certiorem feci, non videri esse caussam, cur abesset à * regno: meq; ad eum, si quid novi fortè accidisset, statim literas, nunciosq; missurum esse. Cumq; eo animo venissem, ut utriq; provinciæ, si ita tempus ferret, subvenirem: tamen id, quod iam ante statueram vehementer interesse utriusq; provinciæ,

* Epist. 18. lib. 13.

* Quos in Cilicia præmiserat. vide supra ep. 2.

* Cassio insequente. vide ep. 20. li. 5. ad Attic.

* Galatia.

vinciæ, pacare * Amanum & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. Cumq; me discedere ab eo monte simulassem, & alias parteis Ciliciæ petere, abessemq; ab Amano iter unius diei, & castra apud Epiphaneam fecissem: ad IIII Id. Octobreis, cùm advesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad IIII. Idus Octobr. cum lucesceret, in Amanum ascenderem: distributisq; cohortibus & auxilijs, cum alijs Quinctus frater legatus mecum simul, alijs C. Pomponius legatus, reliquis M. Anneius, & L.* Tulleius legati præessent, plerosq; nec opinantes oppressimus, qui occisi, captiq; sunt interclusi fuga. Erananam autem, quæ fuit non vici instar, sed urbis, quod erat Amani caput, itemq; Sepyram & Commorim, acriter & diu pugnantibus, Pomtino illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore usq; ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellaq; sex capta, complura incendimus. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum: & in reliquijs Amani* delendis, agroq; vastandis, quæ pars eius montis meæ provinciæ est, id tempus omne consumsimus. Confectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilicum Pindemissum exercitum adduxi. Quod cum esset altissimo & munitissimo loco, ab ijsq; incoleretur, qui ne regibus quidem unquam paruissent, cum & fugitivos reciperent, & Parthorum adventum acerrimè exspectarent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum, comprimere eorum audaciam, quò facilius etiam ceterorum animi qui alieni essent ab imperio nostro, frangeretur. Vallo & fossa circumdedi sex castellis castrisq; maximis sepsi: agge-

*Ep. 20. lib.

* Ad Att. ep. 20. lib. 5.

* Cuius avaritiam carpit ep. ult. li. 5. ad Att.

* Vide ep. 10. lib. 2 & ad Att. ep. 20. lib. 5.

aggere, vineis.* turribus oppugnavi: usuq; tormentis multis, multis sagittarijs, magno labore meo, sine ulla molestia sumtuue sociorum septimo quinquagesimo die rem confeci, ut omnibus partibus urbis disturbatis aut incensis, compulsi in potestatem meam pervenirent. His erant finitimi pari scelere & audacia Tibareni, ab his Pindenisso capto obsides accepi: exercitum in hiberna dimisi. Quinctum fratrem negotio præposui, ut in vicis aut captis, aut * malè pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic persuadeas, si de his rebus ad senatum* relatum sit, me existimatum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. idq; etsi talibus de rebus gravissimos homines & rogare solere, & rogari scio: tamen admonendum potius te à me, quàm* rogandum puto. Tu es enim is, qui me tuis sententijs sæpissimè ornasti: qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cœlum extulisti: cuius ego semper tanta esse verborum pondera putavi, ut uno verbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia assequi me arbitrarer. Te deniq; memini, cum cuidam clarissimo, atq;* optimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decreturum si referretur ob eas res, quas is consul in urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decrevisti togato, non ut multis, reipub. benè gesta, sed ut nemini, reipubl. conservata. Misto quod invidiã, quod pericula, quod omneis meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris: quod deniq; inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, ut facilè intelligerem mihi quantũ tribueres,

* Vnica turri ep. 20. l. 5. ad Att.

* Ep. 20. lib. 5 ad Attic.

*. Vt mihi supplicationes decernantur.

*Rogamus enim quorum voluntati non valdè confidimus: admonemus quos optimè animatos erga nos credimus li. 1. ep. 9. pænè in extremo.

* Opinor C Antonio: cui detracta supplicatio. Nic. lib. 37. Ob extinctã conjurationẽ. Quinct. in Pisonem Phil. 14.

* Si armis contra Clodiũ certare voluissem.

Milo-

Vide Pedianum.

Milonis cauſſa in ſenatu defendenda approbaris. A me autem hæc ſunt profecta, quæ ego in beneficij loco non pono, ſed in veri teſtimonij atq; iudicij: non ut præſtantiſſimas tuas virtutes tacitus admirarer (quis enim in te id non facit?) ſed in omnibus orationibus, ſententijs dicendis, cauſis agendis, omnibus ſcriptis, Græcis, Latinis, omni deniq; varietate literarum mearum te non modo ijs, quos vidiſſemus, ſed ijs, de quibus audiſſemus, omnibus anteferrem. Quæ res fortaſſe quid ſit, quòd ego hoc neſcio quid gratulationis & honoris à ſenatu tanti æſtimem. Agam iam tecum familiariter, ut eſt & ſtudijs & officijs noſtris mutuis, & ſumma amicitia dignum, & neceſſitudine etiam paterna. Si quiſquam fuit unquam remotus & natura, & magis etiã (ut mihi quidem ſentire videor) ratione atq; doctrina, ab inani laude, & ſermonibus vulgi: ego profectò is ſum. Teſtis eſt conſulatus meus: in quo ſicut in reliqua vita, fateor, ea meſtudioſè ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet: ipſam quidem gloriam per ſe nunquam putavi expetendam. Itaq; & * provinciam ornatam, & ſpem non dubiam * triumphi neglexi, ſacerdotium deniq;, cum (quemadmodum te exiſtimare arbitror) non difficiliùs conſequi poſſem, non appetivi. Idem poſt * iniuriam acceptam, quam tu reip. calamitatem ſemper appellas, meam non modo non calamitatem, ſed etiam gloriã ſtudui quàm ornatiſſima ſenatus, populiq; Roma. de me iudicia intercedere. Itaq; & augur poſtea fieri volui, quod antea neglexeram: & eum honorem, qui à ſenatu tribui rebus bellicis ſolet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Hæc meæ voluntati, in qua inest aliqua vis deſiderij

Græcè etiam Cicero ſcripſit, ut commentarium de conſulatu ſuo. epiſt. 1. libr. 2. ad Att.

* Ep. 2. li. 5.

* Si in provinciam ire.

* Exſilium ſuum ſignificat.

* Vide oratione 2. in Antonij, & in principio de claris orat. & Plut.

rij ad sanandum vulnus iniuriæ, ut faveas, adiutorq; sis, quod paulò ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo. sed ita si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, & contemnendum videbitur, sed tale atq; tantum, ut multi nequaquam paribus rebus* honores summos à senatu consecuti sint. Equidem etiam mihi illud animadvertisse videor (scis enim quam attentè te audire soleam) te non tam res gestas, quàm mores, instituta, atq; vitam imperatorum spectare solere in habendis, aut non habendis honorib. Quod si in mea causa consideravis, reperies me exercitu* imbecillo contra metum maximi belli firmissimum præsidium habuisse, æquitatem et continentiã. His ego subsidijs ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: ut ex alienissimis sociis amicissimos & infidelissimis firmissimos redderem, animosq; novarum rerum exspectatione suspensos, ad veteris imperij benevolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te, à quo uno omniũ sociorum querelæ audiuntur. Cognosces ex ijs, qui meis institutis se* recreatos putant. Cumq; omnes uno propè consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt: tum duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus insula & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur, puto etiam regem Deiotarum, qui uni tibi est maximè necessarius. Quæ si etiam maiora sunt, & in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quàm qui hostium copias vincerent: est, profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas* iustiores esse & maiores putare. Extremum illud est, ut quasi diffidens

* Triumphum.

* Cum in senatu sententiam dicit.

* Duab. legionibus ep. 15. lib. 5. ad Attic. & hic ep. 9. li. 3. & 1. huius lib.

* Cum Appij institutis afflicti essent, ad Attic. li. 5. ep. 16. & lib. 6. ep. 1.

* Magis placeret, illas Cæsaris.

diffidens rogationi meæ, Philosophiam ad te allegem? qua nec mihi carior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à dijs munus ullum est datum. Hæc igitur quæ mihi tecum communis est, societas studiorum atq; artium nostrarum, quibus à pueritia dediti ac devincti, soli * propemodum nos Philosophiam illam veram & antiquam, quæ quibusdam otij esse ac desidiæ videtur, in forum atq; in rempub. atque in ipsam aciem pænè deduximus, tecum agit de meis laude: cui * negari à Catone fas esse non puto. Quamobrem sic tibi persuadeas velim, si mihi tua sententia tributus honos ex meis literis fuerit, me existimaturum cum auctoritate tua, tum benevolentia erga me mihi, quod maximè cupierim, contigisse. Vale.

* Vide procemium paradoxorum.

* Negavit tamen, ut patet in ep. sequenti, & 1. 15. lib. 8. & 1 & 2. l. 7.

ARGVMENTVM.

Excusar se quod Ciceroni supplicationem non decreverit: & tamen decretam gaudet: seque de illo honorificentius dicit sensisse, quam eos, qui supplicationem decreverunt.

M. CATO M. CICERONI IMP. S. P. D.

* Hoc addidit, quia nō potest esse virtus sine innocentia: nec desunt exempla.

QVod & respub. me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, * innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris, pari industria administrari gaudeam. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui, ut innocentia consilioq; tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum, sociorum revocatum ad studium imperij nostri voluntatem, sententia mea & decreto laudarem, feci. * supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil sortitio, sed summa tua ratione & conti-

* Vide ad Att. ep. 1. & 2. lib. 7.

continentia reipubl. provisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mauis, gaudeo. Quòd si triumphi prærogativam putas esse supplicationem, & idcirco casum potius, quam te laudari vis: neq; supplicationem sequitur semper triumphus: & triumpho multò clarius est, senatum iudicare potius mansuetudine, & innocentia imperatoris provinciam, quàm vi militum, aut benignitate deorum retentam atq; conservatam esse: quod ego mea sententia censebam. Atq; hæc idcirco ad te contra* consuetudinem meam pluribus scripsi, ut quod maximè volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus, & quod tu maluisti, factum esse* gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itinere severitatem, diligentiam q; socijs, & reip. præsta.

Excusat se, quod supplicationem non decreverit. epist. 11. lib. 5.

* Stoicorum enim brevis oratio.

* Stoicus autem Cato. in orat. pro Murena.

ARGVMENTVM

Exponit eximia cum Catonis laude quantam voluptatem ceperit ex eius sententia, & ex gratulatione literarum: petitq; ut sibi in adipiscendo triumpho adiutor sit, aut saltem, si adipiscatur, gaudeat.

M. CIC. M. CATONI S. D. 6

LÆtus sum laudari me (inquit Hector, * opinor apud Nauium) abs te pater, laudato viro. ea est enim profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude viuerunt. Ego verò vel gratulatione literarum tuarum, vel testimonijs sententiæ dictæ, nihil est, quod me non affectum putem. idq; mihi tum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse, quod liquido veritati dares. quod si non modò

* Opinor, ait, videatur homo consularis, & pæne sexagenarius, poetas legitare.

omnes,

omnes, verum etiam* multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum extitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione contemnerem? nam ad meum sensum, & ad illud sincerum ac subtile iudicium, nihil potest esse laudabilius, quàm ea tua oratio, quæ est ad me perscripta à meis necessarijs. Sed caussam meæ voluntatis (non enim dicam cupiditatis) exposui tibi superioribus literis: quæ etiamsi* parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscendus sit honos, sed ut, si deferatur à senatu, minimè aspernandus esse videatur. Spero autem, illum ordinem pro mei ob rempub. susceptis laboribus, me non indignum* honore, usitato præsertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantùm abs te peto, quod amicissimè scribis, ut, cum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribuatur, si id, quod maluero acciderit, gaudeas. sic enim fecisse te, & sensisse, & scripsisse video: resq; ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundissimum, quod scribendo* adfuisti. Hæc enim S.C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te propediem videbo, atq; utinam reipub. meæ melius, quàm* timeo. Vale.

* Plures erant Catones sed unus vere Cato, nominatur, n. C. Cato. ep. 2.4.5. 6. l. 1.

* Quia supplicationem non decreuit.

* Triumpho

* Ad Attic. ep. 1.li.7.

* Iam emergebat inter Cæsarem & Pompeium discordia.

ARGVMENTVM.

Marcello de consulatu gratulatur: suamq; illi dignitatem commendat.

Hic est qui in Octavia, Augusti sorore, Marcellum genuit, de quo Virg. lib 6.

M. CICERO PROCOS. M. MARCELLO COS. DES. S. D.

MAxima sum lætitia affectus, cum audivi, te consule factu esse: eumq; honorem tibi deos fortunare vole,

volo, atq; à te pro tua, parentiq; tui dignitate administrari. Nam cum te semper dilexi, amauiq;, quod mei amantissimum cognoui in omni* varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficijs, vel defensus tristibus temporibus vel ornatus secundis, necesse est ut & sim totus vester, & esse debeam: cum præsertim matris tuæ, grauissimæ atq; optimæ fœminæ, maiora erga salutem dignitatemq; meam studia, quam erant à muliere postulanda, perspexerim. Quapropter à te peto maiorem in modum, ut me absentem diligas, atq; defendas. Vale.

* In honoribus & laboribus, dixit ep. 4. lib. 13. & ep. 29. eiusdem lib. & hic in ea, quæ sequitur, proxima.

ARGVMENTVM.

Gratulatur C. Marcello de filio consule facto. erat autem collega Ciceronis in auguratu: ac libros quoq; de iure augurali composuit. lib. 2. de Divi. & Carisius.

M. CIC. PROCOS. C. MARCELLO COLLEGAE S. D.

MArcellum* tuum consulem factum, teq; ea lætitia affectum esse, quam maximè optasti, mirum in modum gaudeo: idq; cum ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem benevolentiam vel in* labore meo, vel honore perspexi: totam denique domum vestram vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimã, cupidissimamq; cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuæ* Iuniæ, grauissimæ atq; optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod consuevisti, peto, ut me absentem diligas, atq; defendas. Vale.

* Filium.

* Epist. 4. & 29. lib. 13.

* Matri consulis designati.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Marcello de fratre patruele consule designato.

signato petitq; ab eo, ut sibi quamprimum, anno imperio finito, successor mittatur.

M. CIC. PROCOS. S. D. MARCELLO COS.

Ep. ſ. l. 8.

TE & pietatis in tuos, & animi in rem, & clarissimi atq; optimi consulatus C. Marcello* consule facto fructū capisse, vehementer gaudeo. Non dubito quid præsentes sentiant. nos quidem longinqui, & à te ipso missi in* ultimas gentes ad cœlum me herculè te tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Nam cum te à pueritia tua unicè dilexerim, tuq; me in omni genere semper amplissimum esse & voluerit & iudicarit: tamen hoc vel* tuo facto vel populi Rom. de te iudicio, multò acrius vehementiusq; diligo: maximaq; lætitia afficior cum ab hominibus prudentissimis, viriq; optimis, omnibus dictis, factis, studijs, institutis, vel me tui * similem esse audio, vel te mei. Unum verò si addis ad præclarissimas res* consulatus tui, ut aut mihi succedat quam primum aliquis: aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & S. C. & lege finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura ut valeas, & me absentem diligas atq; defendas.

* Vltimas non orbis terræ, sed imperij Romani.

* Eius gratis consulem factum C. Marcellum significat.

* Idem in l. de claris orat.

* Marcello enim & Sulpicio sors. tuit in provinciam.

Quæ mihi de Parthis nunciata sunt: quia non putabam à me * etiam nunc scribenda esse publicè, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere: ne cùm ad consulem scripsissem, publicè viderer scripsisse. Vale.

* Nondum enim satis certa.

ARGVMENTVM.

Commendat studiosè suam existimationem consuli Marcello in supplicatione decernenda.

M. CIC.

M. C. IMP. C. MARCELLO C. P.
COS. S. D. 10

*QVoniam id accidit, quod mihi maximè fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorumque etiam, (mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quoniam ergo ita accidit, ut omnium vestrûm * studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ, * laus, & * honor earum potissimum incideret: peto à te id, quo facillimum factu sit, non aspernante ut confido, senatu, ut quàm honorificentissimum S. C. literis meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad illos, à quibus intelligi me præcipuè diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima. neq; enim saluti meæ, neq; honori amicior quisquam dici potest. * frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem domus tua denique tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est: neq; verò tu in me diligendo cuiquã concessisti tuorum. Quare à te peto maiorem in modum, ut me per te quàm ornatissimum velis esse, meamq; & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus * existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.*

Marcellos & Marcellinos gentiles fuisse Pedianus scribit.

* Ergame.

* Vt laudari & honorari te consule possem, supplicatione decernenda.

* Patruelis, M. Marcellus Suetonius in Iulio.

a Ep. 11. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Agit gratias consuli Marcello, quòd supplicationem sibi decreverit.

M. C. IMP. C. MARCELLO
COS. S. D.

*QVantæ tibi curæ meus honos fuerit, & quàm idem

extiteris consul in me ornando & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etsi res *ipsa loquebatur, cognovi tamen ex meorum omnium literis. Itaq; nihil est tantum, quod ego non tua caussa debeam, facturusq; sim cùm studiosè, tum libenter. Nam magni interest, cui debeas, debere autem nemini malui, quàm tibi, cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaq; iam antè coniunxerant: tum accedit, mea quidem sententia maximum vinculum, quod ita remp. geris, atq; gessisti, qua mihi carius nihil est, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantundem ego unus debeam, non recusem. Quamobrem tibi velim ij sint *exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me navigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsas Etesias, propediem te, ut spero, videbo. Vale.

* Cum decretam mihi supplicationem audirem.

* Eum honorem tibi deos fortunare volo, duxit ep. 8. & 12.

ARGVMENTVM.

Gratulatur de consulatu, petitq; ut operam det, ne quid sibi temporis ad suum annuum provinciale munus addatur.

M. CIC. IMP. L. PAVLLO COS. DES. S. 12

ETsi mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Ro. pro tuis summis in rempub. meritis, & pro *amplissima familiæ dignitate, summo studio, cunctis suffragijs consulem facturus esset: tamen incredibili lætitia sum affectus, cum id mihi nunciatum est: eumq; honorem tibi deos fortunare volo, à teq; ex tua, maiorumq; tuorum dignitate administrari. Atq; utinam præsens illum diem mihi optatissimum videre potuissem, proq; tuis

Qui Catilinam lege Plautia interrogarat. Sallustius.

* Erat enim Aemilia gēs patricia.

suis amplissimis erga me studijs, atq; beneficijs tibi operam meam, studiumq; navare. Quam mihi facultatem quando hic *nes opinatus, & improvisus provinciæ casus eripuit: tamen ut te consulem remp. pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere à te peto, ut operam des, efficias, nequid mihi fiat iniuriæ, néve quid temporis ad meum annuum munus accedat. quòd si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

* Acad. t. sic locutus, alibi tamen dixit, inopinatum.

ARGVMENTVM.

Petit, ut de suis rebus gestis quam honorificentissimè decernendum curet. suamq; illi etiam ceteris in rebus existimationem commendat.

M. CIC. IMP. L. PAVLLO COS. S. D. 13

MAximè mihi fuit optatum, Romæ esse tecum multas ob caussas sed præcipuè, ut & in petendo, & in gerendo consulatu, meum tibi debitum studium perspicere posses *Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen navare operam volebam. In consulatu verò cupio equidem te minus habere negotij: sed molestè fero, me consulem tuum studium adolescentis perspexisse, te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. Sed ita fato nescio quo comigisse arbitror, ut tibi ad me ornandū semper detur facultas, mihi ad remunerandum nihil suppetat præter voluntatem.* Ornasti consulatum ornasti reditum meum, incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaq; cum & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnaq; existimatio postulare videa-

* Correctio ad id, quod dixerat in petendo.

* Studiis & officijs tuis.

videatur, ut à te pluribus verbis contendam ac petam, ut* quàm honorificentißimum S. C. de meis rebus gestis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare ut te velle arbitror, ita faciam, atq; ab eo, quem omnes* gentes sciunt de me optimè meritum, breviter petam. Si alij consules essent, ad te potißimum Paulle mitterem, ut eos mihi quàm amicißimos redderes: nunc cùm tua summa potestas, summaq; auctoritas, notaq; omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo, ut & quàm honorificentißimè cures decernendum de meis rebus gestis, & quàm celerrimè. dignas res esse & honore & gratulatione cognoscas ex ijs literis, quas ad te, & *collegam, & senatum publicè misi, omniumq; mearum reliquarum rerum, maximeq; existimationis meæ procurationem* susceptam velim habeas: in primisq; tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoq; literis petivi, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem videre, omniaq; quæ spero, cùm* absens, tum etiam præsens te consule assequi. Vale.

*In Amano Epist. 4.

* Significat prædicari à se etiam in provincia, quantum à Paullo debeat.

*C. Marcellum ea literæ nō extant.

*Quem antea suscepisti.

*Absens supplicationes, præsens triumphum.

ARGVMENTVM.

Significat se ea facturum Fabii causſa, quæ Cassius rogarat: doler, se Cassium non vidisse ad urbem ex provincia redeuntem, rogat, operam det, ne quid sibi ad-

Quæstor cū M. Crasso in Syriā iverat.

ditum annuam provinciam temporis prorogetur.

M. T. C. C. CASSIO PROQVAES. S. D. 14

* Puto esse quē l. 2. cōmendat Cælio, & Papirio Præto ep. 15, li. 9.

M Fabium quòd mihi amicum tua commendatione dis, nullum in eo facio quæstum, multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & à me* diligitur propter sum-

summam suam humanitatem et observantiam. Sed tamen quòd te ab eo egregiè diligi sensi, multò amicior ei sum factus. Itaq; quanquam profecerunt literæ tuæ: tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspectus & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiosè quæ rogas. Tu multis de causis vellem me convenire potuisses: primùm ut te, quem iamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem: deinde ut tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari: tum ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: postremò, ut amicitia nostra, quæ summis officijs ab utroq; culta est, sed longus* intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementiùs. Id quando non accidit, utemur bono literarum, & eadem ferè absentes, quæ si coràm essemus, consequemur. Vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, is quidem exilior, quàm si tibi, teipsum intuens, gratularer. Sed tamen & feci antè, & facio nunc, tibiq; cùm pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de provincia decedentem summa laus & summa gratia provinciæ prosecuta est. Tertium est, ut id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem literis. Ego ceterarum rerum caussa tibi Romam properandum magnoperè censeo. nam & ea, quæ reliqui, tranquilla de te erant: & hic tua recenti victoria tanta clarum adventum tuum fore intelligo. Sed si qua sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis, propera: nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius: sin maiora, considera, ne in alie-

* Triennio enim antè in Syriâ quæstor Cassius erat, cũ M. Crasso, L. Domitio, & Ap. Claudio coss.

Parthos post necem Crassi devicerat. Iustinus lib. 42. Vell. lib. 2.

nissimum tempus cadat adventus tuus. huius rei totum consilium tuum est, tu enim scis quid sustinere possis. si potes, laudabile atq; populare est: sin planè non potes, absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem, idem tecum his ago literis, quod superioribus egi, ut omneis tuos nervos in eo contendas, nequid mihi ad hanc provinciam, quam & * senatus, & * populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc à te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem. Habes* Paullum nostrum nostri cupidissimum, est Curio, est Furnius. Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de iis, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ: de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti. Ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. fuisti etiam præsidio tristissimis meis temporibus. Accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto* tuo maxima. Itaq; in vestro ingenio & industria mihi plurimum & suavitatis, & dignitatis constitutum puto. id tu ut tuo studio confirmes, te vehementer rogo: literasq; ad me & continuò mittas, & cùm Romam veneris, quàm sæpissimè. Vale.

* Idem dixit ep. 7. & 5. C & lege.

* Paullum consulē designatū: Curionem tribunum ple. designatum item Furniū. ep. 18. li. 3. ad Attic.

* Cuius soror uxor erat Cassii. Plut. in Bru.

ARGVMENTVM.

Probat suum consilium de bello civili non renovando.

M. CIC. S. D. C. CASSIO. 15

ETsi* uterq; nostrûm spe pacis, & odio civilis sanguinis abesse à belli pertinacia voluit: tamē quando eius consilij princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi præstare ipse debeo, quàm à te exspectare, etsi, ut sæpe soleo mecum recordari, servio familiaris meus tecum, & item

* Vterque enim victo in Thessalia Pompeio se Cæsari tradidit.

item mecum tuus adduxit utrumq; nostrum ad id consilium, ut uno prælio putaremus, si non totam causſam, at certè nostrum * iudicium definiri conuenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam verè unquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius esse deleri omninò remp. quàm imminutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem * scilicet mihi proponebam, ex reliquijs magnam. sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quàm nos non vidisse ea futura, nec, cum homines essemus divinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut * illo quasi quodam fatali prælio facto, & victores communi saluti consulere vellent, & victi suæ. utrunq; autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. Quæ si fuisset, eandem clementiam experta esset * Africa, quàm cognovit Asia, quam etiam Achaiæ, & (ut opinor) ipso legato ac deprecatore. Amissis autem temporibus, quæ plurimum valent, præsertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarem, * alios ut ipsum vinci contemnerent. Atq; horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri, aut * nescio quem istum Pharnacem Asiæ terrorem illaturum putaret? Nos tamen in consilio pari, casu dissimili usi sumus. tu enim eam partem petisti, ut & consilijs interesses, & quod maximè curam leuat, futura animo prospicere posses: ego, qui festinavi ut Cæsarem in Italia v d rem (sic enim arbitrabamur) eumq; multis honestissimis viris conservatis redeuntem, ad pacem currentem, ut aiunt, iuuarem, ab illo * longissimè & absum, & abfui. Ver-

* Vt statueremus de ponendane essent arma an retinenda.

* Eleganter usurpatum pro nimirũ ep. 6. lib. 1.

* Pharsalico

* Quæ tum bellum Scipione duce reparabat.

* Cæsarẽ reliquias Pompeianorum contemnentem.

* Mithridatis filium, quem mox Cæsar unica pugna profligavit, unde illud Veni, vidi, vici.

* Cum Cæsar contra Pharnacem in Ponto bellum gereret.

sor autem in gemitu Italiæ et in urbis miserrimis querelis: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisq; parte ferre potuisset, si auctor affuisset. Quare velim pro tua erga me perpetua benevolentia scribas ad me quid videas, quid sentias, quid exspectandum, quid agendum nobis existimes. magni erunt mihi tuæ literæ. Atq;* utinam primis illis, quas Luceria miseras, paruissem: sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.*

> * Cæsar quo auctore publicis vulneribus mederemur.
>
> * Suadebat enim, ut ab armis abstinerem.

ARGVMENTVM.

Iocatur in opiniones Epicureorum, id est, in ipsum Cassium, qui Epicuri sectam sequi cœperat.

M. CIC. C. CASSIO S. D. 16

> Scripta videtur gerēte bellū Cæsare in Hispania contra Pompeij liberos, quod indicat ep 17.
>
> * Quasi debitas.
>
> * Epicurei ep. 19.
>
> * Scripsit quædam Quinct. li. 10. ca. 1. & Horat.
>
> * Epicurus à Gargetto patria Gargettius appellatus, ex pago de quo Laert.

PVto te iam suppudere, quòd hæc te tertia iam epistola antè oppreßit, quàm tu syllabam aut literam: sed non urgeo. longiores enim exspectabo, vel potius exigam. Ego si semper haberem cui darem, vel ternas in hora darem. fit enim nescio quo modo, ut quasi coram adesse videare, cum scribo ad te: neq; id* κατ' εἰδώλων φαντασίας*, ut dicunt tui* amici novi, qui putant etiam* διανοητικὰς φαντασίας *spectris Catianis excitari. nam ne te fugiat,* Catius Insuper Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille* Gargettius, etiā antè Democritus* εἴδωλα*, hic spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quòd cum velis ipsa accurrunt: animus qui poßit, ego non video. Doceas tu me oportebit, cum salvus veneris, in meáne potestate sit spectrum tuum, ut, simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud accurrat: neque solum de te qui mihi hæres in medullis: sed si insulam Britanniam cœ-*

Tu haeres in medullis virginibus
13. Die Jungfrauen haben dich lieb

pero cogitare, eius εἰδωλον mihi advolet ad pectus? Sed hæc posterius. tento enim te, quo animo accipias. si enim * stomachabere, & molestè feres, plura dicemus, postulabimusq́, ex qua hæresi vi hominibus armatis dejectus sis, in eam restituare. In hoc interdicto non solet addi, IN HOC ANNO. Quare si iam biennium aut triennium est, cum virtuti nuncium remisisti, delenitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit. quanquam qui cum loquor? cum uno fortissimo viro: qui postea quam forum attigisti, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimæ dignitatis: in ista ipsa ἐιζήτησι metuo ne plus nervorum sit, quàm ego putarim, si modò eam tu plus probas. Quid tibi in mentem venit, inquies? Quia nihil habebam aliud, quod scriberem. de republ. enim nihil scribere possum. neq́ enim quod sentio, libet scribere. Vale.

* Quod irridere videar Epicureorum sententias.

Perfecta Metaphora, nuncium remisisti delenitus illecebris voluptatis.

Cæsarianis omnia ex libidine administrantibus.

ARGVMENTVM.

Queritur de tabellariorum importunitate: scribit de Syllæ morte, de rumoribus Hispanici belli, de Pansa, de Cassii commoratione Brundusina.

M. CIC. S. D. C. CASSIO.

PRæposteros habes tabellarios: etsi me quidem non offendunt: sed tamen cùm à me discedunt, flagitant literas: cum ad me veniunt, nullas afferunt. Atque idipsum facerent commodias, si mihi aliquid spatij ad scribendum darent: sed petasati veniunt: comites ad portam exspectare dicunt. Ergo ignoscis: alteras habebis, has breves. sed exspecta * πάντα περὶ πάντων. Etsi quid ego me tibi purgo, cùius ad me inanes veniãt, ad te

* Epist. 20 lib. 12.

ad te cum epistolis revertantur? Nos hic (tamen ad te scribam aliquid) D.* Syllam patrem, mortuum habebamus: alij à latronibus, alij cruditate dicebant. populus non curabat, combustum enim esse constabat. hoc tu pro sapientia tua feres æquo animo, quanquã πρόσωπον πόλεως amisimus. Cæsarem putabant molestè laturum, verentem ne* hasta refrixisset. Mindius Marcellus, & Attius pigmentarius valdè gaudebant se adversarium perdidisse. De Hispania novi nihil: sed exspectatio valdè magna: rumores tristiores, sed ἀδέκαστοι. Pansa noster* paludatus ad III. Kal. Ian. profectus est. ut quivis intelligere posset, id quod tu* nuper dubitare cœpisti, τὸ καλὸν ἑαυτὸ ἀγαθὸν esse. nam quod multos miserijs* levavit, & quod se in his malis hominem præbuit, mirabilu eum virorum bonorum benevolentia prosecuta est. Tu quod adhuc Brundusij moratus es, valdè probo & gaudeo, & meherculè puto te sapienter facturum, si ἀκινδύνως fueris. nobis quidem, qui te amamus, erit gratum: & amabo te, cùm dabu posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego nunquam quenquam ad te, cum sciam, sine meu literis ire patiar. Vale.

* Vide ep. 19. huius li. & 10. lib. 9. & lib. 2. de officiis.

* Ad quam emebat Syl. da Pompeianorum bona ep. 19.

* Philip. 5. & Festus.

* Quia nuper Epicureus factus est.

* Cum gratia & auctoritate valeret apud Cæsarem.

ARGVMENTVM.

Excusat brevitatem epistolæ, festinatione tabellarij. scribit de statu reip. de Hispania, de Cassii absentia.

M. CICERO. C. CASSIO S. D. 18

LOngior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset à me, cum iam iretur ad te: longior etiam, si φλυαρῆσαι aliquæ habuisset. nam σωθῆναι sine periculo vix possumus. Ridere igitur, inquies, possumus. Non

*meherculè facillimè: verùntamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus. Vbi igitur, iniquies, *philosophia? tua quidem in culina, mea molesta est, pudet enim servire. Itaq; facio, me alias res agere, ne convicium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omninò novi. Te abesse, meæ caussa molestè fero: tua, gaudeo. sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meq;, ut à *puero feciſti, amabis.*

* Cur à philosophia solatium & oblectationem non petis? NB

* Epist. 16.

ARGVMENTVM.

Respondet ad duas epistolas, quæ ante proximam superiorem leguntur. maximè autem Epicurum, & Epicureos, quorum ipse in numero erat, à studio virtutis & iustitiæ laudat.

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI. 19

NOn meherculè in hac mea peregrinatione quicquã libentius facio, quàm scribo ad te. videor enim tum præsente loqui & iocari. Nec tamẽ hoc usus venit propter spectra *Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos *regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Pansam nostrum secunda voluntate hominum *paludatum ex urbe exisse, cum ipsius causa gaudeo, tum meherculè etiam omnium nostrũm. spero enim homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia: atq; ea quæ quæ maximè mali petant & concupiscant, ad bonos pervenire. difficilè est enim hominibus persuadere, τὸ καλὸν δ' αὐτὸ αἱρετὸν esse: ἡδονὴν verò, & εὐταξίαν virtute, iustitia, τῷ καλῷ parari, et verũ & probabile est, ipse enim Epicurus, à quo omnes Catij & Amasinij, mali *verborũ interpretes, proficiscuntur, dicit,

* Epist. 16. * Plin. l. 15. cap. 15.

* Festus in dictione Paludati.

* Epicuri cuius verba ab honesto & iusto deторquens.

dicit οὐκ ἔστι ἀδέως ἄνευ τοῦ καλῶς, καὶ δικαίως ζῆν. Itaq; & Pansa qui ἀδούλως sequitur, virtutem retinet: & ij, qui à nobis φιλήδονοι vocantur, sunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omneisq; virtutes & colunt & retinent. Itaq; Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum dissentire philosophos videret, non quæsiuit quid bonum esset, sed omnia bona * coemit. cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. Nec tamen Cæsar diutius nos eum desiderare patietur. nam habet damnatos quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cùm filium viderit. Nunc, ut ad remp redeam, quid in Hispanijs geratur, rescribe. Peream, nisi sollicitus sum, ac malo * veterem & clementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri. Scis Cnæus quàm sit fatuus: scis quomodo * crudelitatem virtutem putet: Vereor ne nos rustice gladio velit ἀντὶ μυκτηρίσεως. Quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui, quàm velim scire, utrum ista sollicito animo, an * soluto legas. sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior sim, vale: & me, ut facis, ama. Si Cæsar vicit, celeriter me exspecta.

* Emit in auctione, quidquid potuit de bonis proscriptorum civium dominantib. primũ Sylla, deinde Cæsare. ep. 17.

* Cæsarem potius, quã Cn. Pompeium, Magni filium.

* Ep. 14. l. 4. & 2 lib. 7.

* Hilari. tristes enim curis detinentur.

ARGVMENTVM.

Scribit se ad illum mittere librum suum de perfecto oratore: laudat in Sabina gente fidem, & probitatem: Petit ab eo creberrimas literas.

M. CICERO. C. TREBONIO S. D.

ORatorem * meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendauit. natio me hominis impulit, ut ei rectè putarem: nisi fortè * candidatorum licentia his quoq; usus,

* Cum se populo ad magistratus petitionem, quæsita fictis cognominibus gratia, cõmendant.

ipsus hoc subitò cognomen arripuit. etsi modestus eius vultus, sermoq; constans habere quiddam à Curibus videbatur. Sed de Sabino satis. Tu mi Treboni quando ad amorem meum aliquantulum discedens addidisti, quò tolerantius feramus iniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato: atq; ita si idem fiet à nobis, quanquam duæ caussæ sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas, quàm nos: primum quòd olim solebant, qui Romæ erant, ad provinciales amicos de repub. scribere: nunc tu nobis, scribas oportet. res enim publica istic est: deinde, quòd nos aliis officijs tibi absenti satisfacere possumus; tu nobis, nisi literis, non video qua re alia satisfacere possis. Sed cetera scribes ad nos postea. nunc hæc primò cupio cognoscere, iter tuum cuiusmodi sit: ubi * Brutum nostrum videris, quamdiu simul fueris: deinde, cum processeris longius, de bellicis rebus, de toto negotio: ut existimare possimus quo statu simus. ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura ut valeas, meq; amoris amore illo tuo singulari. Vale.

Ibat Trebonius in Asiã à senatu decretam. ep. 16. li. 12.

* Qui metu plebis ab Antonio ẽ citatæ militumq; veteranorũ urbe excesserat.

ARGVMENTVM.

Rogat ut sui absentis desiderium crebris & longis epistolis leniat: enumerat Trebonij erga se officia: exponit, de Caluo iam mortuo quid sentiat: perisse. n. Calium antè, quàm hæc epistola scriberetur. id est, ante Cæsaris necem, patet ex libro, qui Brutus inscriptus est.

M. CICERO TREBONIO S. P. D.

Ε epistolam tuam legi libenter, & * librum libentissimè. Sed tamen in ea voluptate hunc cepi dolorem, quod cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augen-

* De quo vide ep. 16. lib. 12.

augendæ nostræ (nam ad amorem quidem nihil poterat* accedere) tum discedis à nobis, meq; tanto desiderio afficis, ut unam mihi consolationem relinquas, forè ut utriusq; nostrûm absentis desiderium crebris & longis epistolis leniatur. quod ego non modo de me tibi spondere possum sed de te etiam mihi. nullam enim apud me reliquisti dubitationem quantum me amares. Nam ut illa omittam, quæ civitate teste feceris, cum mecum inimicitias communicasti, cum me concionibus tuis defendisti, cum quæstor in mea atque in publica causa consulum partes susceperis, cum * tribuno pl quæstor non paruisti, cui tuus præsertim collega pareret: ut hæc recentia, quæ meminero semper, obliviscar: quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ curæ, qui dolor, cum ad te curæ & dolores mei perferrentur? Brundusium denig, te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses? ut hæc igitur omittam, quæ mihi tanti æstimanda sunt, quanti vitam æstimo, & salutem meam: liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui? Primum, quod tibi facetũ videtur quicquid ego dixi, quod alijs fortasse non item: deinde, quod illa sive facета sunt, sive secus, fiunt narrante te venustissima: quin etiam ante quàm ad me veniatur, risus omnis pænè consumitur. Quod si in his scribendis nihil aliud, nisi, quòd necesse fuit, de uno me tandiu cogitavisses: ferreus essem si te non amarem. Cum verò ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris: non possum existimare plus quenquam à seipso, quàm me à te amari. Cui quidem ego amari, utinam cæteris rebus possem, amore certè respondeo: quo tamen

* Accessisse tamen aliquid in proxima superiore epistola dixit.

παραδειγμα

* P. Clodio.

* Cum post Pharsalicam pugnam in Italiam rediit. ep. 35. lib. 10.

tamen ipso tibi confido facturum satis. Nunc ad epistolam venio: cui copiosè & suaviter scripta, nihil est quod multa respondeam. primum enim ego illas * Calvo literas misi, non plus quam has, quas nunc legis, existimans exituras. aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus: aliter quod multos lecturos putamus. deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id verè potuisse fieri putas. Primùm quod ita iudicabam, acutè movebatur. genus quoddam sequebatur, in quo, iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur quod proharet. multæ erant & reconditæ * litera: vis non erat, ad eam igitur hortabar. In excitando autem et in acuendo plurimum valet; * si laudes eum, quem cohortere. Habes de Calvo iudicium & consilium meum: consilium, quòd hortandi causa laudaui: iudicium, quòd de ingenio eius valdè existimaui benè. Reliquum est, ut tuam profectionem amore prosequar, reditum spe exspectem, absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis, accipiendis, leniam. Tu velim tua in me studia & officia multum tecum recordere. quæ cùm tibi liceat, mihi nefas sit obliviscì. non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te à me amari plurimum * iudicabis. Vale.

* Vide Tacitum in dialogo de oratoribus.

* In lib. de claris orat.

* Id facit epist. 1. l. 2. & ep. 8. lib. 12. & alibi sæpissimè.

* Si tua in me officia tecum recordabere.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER XVI. AD TIRONEM.

ARGVMENTVM.

Quam Tironis desiderium significat.

TVLLIVS ET CICERO, ET Q. Q. ET TIRONI HVMANISS. ET OPTIMO S. P. D. 1

PAVLO facilius putavi posse me ferre desiderium tui: sed planè non fero. & quanquam magni ad* honorem nostrum interest, quam primùm ad urbem me venire: tamen peccasse mihi videor, qui à te discesserim. sed quia tua voluntas ea videbatur esse, ut prorsus, nisi confirmato corpore, nolles navigare, approbavi tuum consilium: neq; nunc mutuo, si tu in eadem es sententia, sin postea, quàm cibum cepisti, videris tibi me posse consequi, tuum consilium est. Marionem ad te eo misi, ut aut tecum ad me quàm primùm veniret: aut, si tu moraretur, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si commodo valetudinis tuæ fieri posit, nihil me malle quàm te esse mecum: sin intelliges opus esse te Patris convalescendi caussa paullum commorari: nihil me malle, quàm te valere. Si statim navigas, nos Leucade consequère. sin te confirmare vis: & comites, & tempestates, & navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. Vnum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis adventus, & hæ literæ moveant. Quod valetudini tuæ maximè conducet, si feceris, maximè obtemperaris voluntati meæ. Hæc pro tuo* ingenio considera. nos ità te desideramus, ut amemus. amor, ut valentem videamus, hortatur, desiderium, ut quàm primùm. illud igitur potius. Cura ergo potissimum, ut valeas: de tuis* innumeralibus in me officijs erit hoc gratissimum. III. Nonas Nov. Vale.

ARGV-

* Triumphū cogitabat: sed, cum ne discordiæ civiles impedirent, verebatur, id quod evenit.

Patris arū Verbi Italici

*Vt tibi faciendum videbitur, ita facies.

* Epist. 6.

ARGVMENTVM.

Scribit de sua sollicitudine, suoq; ad Alyziam accessu: rogat, ut valetudinem diligenter curet.

TVLLIVS TIRONI S.

NOn queo ad te, nec lubet scribere quo animo sim affectus: tantum scribo, & tibi, & mihi maxima voluptati fore, si te firmum quam primum videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia CXX. Leucade aut te ipsum, aut tuas literas à Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te à me scis diligi. Nonis Nov. Alyzia.

ARGVMENTVM.

Rogat ut omni cura valetudini serviat.

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. D. P. ET Q. PATER, ET C. FILIVS.

NOs apud Alyziam, ex quo loco ad te literas antè dederamus, unum diem commorati sumus, quòd Quintus nos consecutus non erat. Is dies fuit Non. Nov. inde ante lucem proficiscentes, ante diem VIII. Idus Nov. has literas dedimus. Tu, si nos omneis amas, & præcipuè me magistrum tuum, confirma te. Ego valde suspenso animo exspecto primùm te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quàm primùm te videre, sed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris, satis quotidie te videro si valebis. Utilitatibus tuis possum carere. te valere, tua caussa primum volo. tum mea, mi Tiro. Vale.

ARGVMENTVM.

Fere tota est hortatio ad curandam valetudinem.

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D. ET CIC. F. ET Q. PATER ET Q. F. 4

VAriè sum affectus tuis literis, valdè priore pagina perturbatus, postilla aliera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin quoad planè valeas, te neq; navigationi, neq; viæ committas. satis te maturè videro, si planè confirmatum videro. De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio. Sed planè curationes eius non probo. ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοσόμους esses. Sed tamen & ad illum scripsi accuratè, & ad *Lysonem. Ad curium verò, suavissimum hominem, & summi officij, summæq; humanitatis, multa scripsi: in his etiam, ut, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primùm, quia omnes Græci: deinde, quod cum à me literas accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. tu igitur quid faciendum sit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumtui ne parcas vlla in re, qua ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium quod dixisses,* daret, medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innumerabilia tua in me sunt officia, domestica, forensia, urbana, provincialia: in re privata, in publica: in studijs, in literis nostris: omnia vicerit, si ut spero, te valentem videro. Ego puto te belliss. mè, si recte erit, cum quæstore Mescinio decursurum. non inhumanus est, teque, ut mihi visus est, diligit. Et cum valetudini tuæ diligentissimè consulveris, tum, mi Tiro, consulito navigatio-

* Ep. 10. lib. 14. & 1. & 9. huius lib.

* Ep. 9. & ad Art. ep. 5. & 6. lib. 8. L. Mescinio de quo ep. 20. & 21. l. 5. & ep. 26. l. 13. habuit & alterum quæstorem C. Cœlium, de quo l. 2. ep vltim.

gationi, nulla in re iam te festinare volo, nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet, & cum tua, & mea maximè interest te valere, tum mihi est curæ. adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti. nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori servi. Quantam diligentiam in valetudinem tuam conferis, tanti me fieri à te iubebo. Vale mi Tiro, vale, Vale, & salve. Lepta tibi salutem dicit, & omnes. Vale. VII. Idu. Nov. Leucade.

ARGVMENTVM.

Cùm rediret Romam Cicero ex Cilicia, ægrum Tironem libertum Patris reliquit: quem his ferè omnibus epistolis rogat, ut valetudinem curet.

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. P D.

Vide quanta in te sit suavitas, duas horas * Thyrei fuimus. Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus.* facturũ puto. mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares, ut ibi te planè confirmares. Videbis quid * Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere: quem, cum meliusculè tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi, unas literas Marionem adferre posse, me autem crebras exspectare. Poteris igitur, & facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt quibus rectè literas dare possis, qui ad me libenter perferant equidem Patras cuntem neminem prætermittam. Ego omnem

* Oppidum fuit Messeniorum.

* Similis figura ep. 16. lib. 13.

* Ep. 29. li. 7. & ep. 17. lib 13. Asclaponi ep. 29 l. 13. & 9. h. l.

spem tui diligenter curandi in* Curio habeo, nihil potest illa fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade, malò te paullò post valentem, quàm statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas: cetera ego curabo. Etiam atq; etiam vale. Leucade proficiscens, V Il. Id. Non.

* Attici amicissimo. ep. 17. l. 13. & ad At. ep. 5. & 6. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Idem argumentum, ut Tiro valetudinem cures.

M. TVLLIVS M. CICERO PATER ET FIL. Q. Q. TIRONI S. P. D. 6

TErtiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis instituti mei tenēdi caussa, quia nactus eram cui darem, quàm quòd haberem quod scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ, ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. Cùm valetudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam navigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura, cura te, mi Tiro. Quando non contigit, ut simul navigares, nihil est quod festines: nec quòd quàm cures, nisi ut valeas. Etiam atq; etiam vale. V Il. Id. Novembr. * Actio, vesperi.

* Ad hoc promontorium Antonius ab Augusto maritima pugna victus est.

ARGVMENTVM.

Scribit se adversis rebus Corcyræ teneri: hortaturq; Tironem, ut se curet, nec nisi confirmatus naviget.

TVLLIVS ET CICERO S. D. TIRONI SVO 7

SEptimum iam diem Corcyræ tenebamur. Quintus autem pater, & filius Buthroti. Solliciti eramus de tua vale-

valetudine mirum in modum: nec mirabamur, nihil à te literarum: ijs enim ventis istinc navigatur, qui si esset. nos Corcyræ non *sederemus. Cura igitur te, & confirma: & cum commodè et per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat qui te non diligat. Carus omnibus, exspectatusq; venies. Cura ut valeas etiam atq; etiam Tiro noster. Vale. X V. Kal. Decemb. Corcyræ.

*Nihil agentes. sic Ter. Sedere domi virginis tam grandis.

ARGVMENTVM.

Etiam Q. Cicero significat, quantæ curæ sibi Tironis valetudo sit.

Q. CIC. TIRONI S. D.

Magnæ nobis est sollicitudini valetudo tua. nã tamen est qui veniant, & κινδυνωδέστερα ἀγγέλλωσι nunciant: tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, si diutius à nobis afuturus es is, cuius usum & suavitatem desiderando sentimus. Attamen quanquam videre te tota cogitatione cupio, tamẽ te pernim rogo, ne te tam longæ navigationi & viæ per hiemem, nisi bene firmum committas: néve naviges, nisi exploratè. Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari & via. Tu facilè abesse ab iniuria temporis. τύχος ἦ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, inquit Euripides: cui tu quantum credas, nescio: ego certè singulos eius versus, singula testimonia puto. Effice, si me diligis, ut valeas, & ut ad nos firmus ac valens quàm primum veniat. Ama nos, & vale. Q. F. tibi salutem plurimam dicit.

Hic versus in Euripidis tragœdiis, quæ nunc extant, non reperitur, multas nominant quæ desiderantur Athenæus, & Suidas. ep. 15. l. 13. fortasse ab Hipoc. fuit.

ARGVMENTVM.

Navigationis descriptio, & ad curandam valetudinem benevolentiæ plena cohortatio.

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. P. D.

NOs à te, ut scis, discessimus ad IIII. Nonas Nov. Leucàdem venimus ad VIII. Idus Nov. ad VII. Actium, ibi propter tempestatem ad VI. Id. morati sumus. inde ad V. Idus Corcyram bellissimè navigavimus. Corcyræ fuimus usq; ad XVI. Kalendas Decemb. tempestatibus retenti. ad XV. Kalendas à portu Corcyreorum ad * Cassiopen stadia CXX. processimus. Ibi retenti ventis fuimus usq; ad IX. Kalendas. Interea qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cœnati solvimus. Inde austro lenissimo, cœlo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus: eodemq; vento postridie (id erat ad VII. Kalend. Decemb.) hora quarta Brundusium venimus. eodemq; tempore simul nobiscum in oppidum introïit Terentia, quæ te facit plurimi. Ad V. Kalend. Decemb. servus Cn. Plancij Brundusij tandem aliquando mihi à te exspectatissimas literas reddidit, datas Idibus Nov. quæ me molestia valde levarunt: utinam omnino liberassent. Sed tamen * Asclapo medicus planè confirmat, propediem te valentem fore. Nunc quidem ego te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi: scio, te omnia facturum, ut nobiscum quamprimum sis. sed tamen ita velim, ut nequid properes. Symphoniam * Lysonis velim vitasses, ne in quartã hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini reliqua cura. Curio misit, ut medico * honos haberetur, & tibi daret, quod

opus

* De qua Plinius & Strab.

* Epist. 20. lib. 16.

* Epist. 19. lib. 13. item 1. & 6. huius lib.

* De pecunia intelligenda non de honore, & he-

opus esset: me, cui iussisset, curaturum. Equum & mulum Brundusij tibi reliqui. Romæ vereor ne ex Kalendarium, magni tumultus sint, nos agemus omnia modicè. Reliquum est, ut te hoc rogem, à te petam, ne temere naviges. solent nautæ festinare quæstus sui caussa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum & difficilè tibi restat. si poteris, cum Mescinio: cautè is solet navigare. sin minus cum * honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teq; nobis incolumem præstiteris omnia à te habebo. Etiam atq; etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissimè. Vale, salve.

notarium præmio honoris evidatum, vide supra ep. 4.

* Honesto, hic non ad mores, sed ad dignitatem refertur.

ARGVMENTVM.

Narrat, quam periculosum sit Tironi post morbum in viam se dare: exigitq; solitam eius operam in studijs.

TVLLIVS TIRONI S. 10

EGo verò cupio te ad me venire: sed viam timeo. Graviter ægrotasti: i media & purgationibus: & vi ipsius morbi consumtus es. Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est. Tam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuò ad reditum dies quinq;. Ego in Formiano ad III. Kal. esse volo. ibi te ut firmum effendam, mi Tiro, effice. Literulæ meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt. Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paullum sustulerunt. Pompeius erat apud me, cum hæc scribebam, hilarè & libenter ei cupienti audire nostra, dixi sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para ut operas reddas. * Nostra ad diem dictam fient, dacui enim te, fide. ἔτυμον. quòd

*Promissam manumissionem intelligit ep. 14.

haberet. Fac planè ut valeas: nos adsumus. Vale. XIII. Kal. Ianuar.

ARGVMENTVM.

Rogat, ut præter valetudinem nihil curet: addit de adventu suo ad urbem, de statu reip. civilib. discordiis perturbato, de triumpho suo, de præfectura Campana.

TVLLIVS ET CICERO TERENTIA TVLLIA Q. Q. TIRONI S. P. D. II

Etsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero: tamen non tam mea, quàm tua causſa doleo, te non valere. Sed quando in quartanam conversa vis est morbi (sic enim scribit Curius, spero, te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. *Modo fac id quod humanitatis tuæ est, nequid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissimè convalescas. Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia, si valebis. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger, & periculosè hieme naviges. Ego ad urbem accessi prid. Nonas Ianuar. Obviam mihi sic est proditum, ut nihil fieri potuerit honoratius. Sed incidi in ipsam flammam civilis discordiæ, vel potius belli: cui cum cuperem mederi, &, ut arbitror, possem, cupiditates* certorum hominum (nam ex utraq; parte sunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt. Omninò & ipse Cæsar, amicus noster, minaceis ad senatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & provinciam invito senatu teneret: & Curio meus illum incitabat. * Antonius quidem noster, & Q.* Cassius nulla vi* expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant, posteaquam senatus consu-

* Quia privatū & melancholicū humorem quartana cōstat exsiccari. Galenus in 1. de arte curandi ad Glauconem.

* Ep. 1. l. 4. & 11. huius lib.

* Tribuni pl.

* Cæsaris com. de bell. civ. l. 1. & pro Cæl.

consulibus, prætoribus, tribunis pl. & nobis, qui pro cons. sumus, negotium dederat, ut curaremus* nequid resp. detrimenti caperet. Nunquam maiore in periculo civitas fuit: nunquam improbi cives habuerunt paratiores ducem. Omninò ex hac quoq; parte diligẽtissimè bellum comparatur. id fit auctoritate & studio Pompeij nostri, qui Cæsarem serò cœpit timere. Nobis inter has turbas senatus tamen frequens flagitavit triumphum; sed* Lentulus COS. quo magis suum beneficium faceret, simul atq; expedisset, quæ essent necessaria de rep. dixit se relaturum. nos agimus nihil cupidè: eoq; est nostra pluris auctoritas. Italiæ regiones descriptæ sunt, quam quisq; partem* tueretur. nos Capuam sumsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atq; etiam cura ut valeas, literasq; ad me mittas, quotiescunq; habebis cui des. Etiam atq; etiam vale. D. prid. Id. Ianuar.

* Quo uno versiculo summa in cives potestas comitte batur. Sall. in Catil. & Cæsar l. de bell. civ. & Phil. 5.

* Cruscellius, de quo ep. 4. lib. 8.

* Adversus Cæsarē ep. sequent.

ARGVMENTVM.

Deplorat statum reipub. & initia bellorum civilium exponit: tum suam in Tironem benevolentiam significat.

TVLLIVS S. D. TIRONI

QVo in discrimine versetur salus mea, & bonorum omnium atq; universæ reip. ex eo scire potes, quod domos nostras, & patriam ipsam vel diripendam, vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est, ut nisi quis deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Equidem ut veni ad urbem, non destiti omnia & sentire, & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent. sed mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam iis, qui boni habentur, ut pugnare cupe-

* Ep. 1. l. 4.

cuperent, me clamante, nihil esse bello civili miserius? Itaq; cum Cæsar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis atq; honorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupasset, urbem* reliquimus; quàm sapienter, aut quàm fortiter, nihil attinet disputare. Quo quidem in casu sumus, vides. Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam: delectus, qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: se alterum Galliam Domitio, citeriorem Considio Noviano (his enim obtigerunt) traditurum: ad consulatus petitionem se venturum: neq; iam velle *absentis rationem haberi sui: se præsentem trinundinum petiturum. Accepimus conditiones, sed ita, ut ea moveat præsidia ex ijs locis, quæ occupavit, ut sine metu de ijs ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis non honestæ (leges enim imponuntur) sed quivis est melius, quam sic esse ut sumus. Sin autem ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est. eiusmodi tamen, quod ille sustinere non possit, præsertim cum à suis conditionibus ipse fugerit, tantummodo ut eum intercludamus, ne ad urbē possit accedere: quod sperabamus fieri posse, delectus enim magnos habebamus: putabamusq; illum metuere, si ad urbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret: quas ambas habet inimicissimas, præter *Transpadanos, ex Hispeniaq; sex legiones, & magna auxilia Afranio & Petreio ducib. habet à tergo. Videtur, si insaniet, posse opprimi. modo ut urbe salva. Maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit, reliquit illum, & nobiscum est: multiq; idem facta-

* Hoc sæpè in Pompeio reprehendit in ep. ad At.

* Prætoria igitur facta.

* Quod ei lege permissum erat, ipso Pompeio cōsule pugnante ep. s. li. 6.

* Quib. eum antea iuss. Latii Pompeio Strabo consul dedisset, postea Cæsar & ædilis & consul de cōmunicandis iis civitate laboravit, quod postremo dictator effecit Sueto.

facturi esse dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præsum à Formijs. nullum maius * negotium suscipere volui, quo plus apud illum meæ literæ, cohortationes q; ad pacem valerent. Si autem erit bellum, video, me castris & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiam, quod * Dolabellæ noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui: quæ cave te perturbent, & impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem tuum amantissimum mei cognovi, tum etiam valdè tui studiosum diligentissimè te commendavi, ut & valetudinis tuæ rationem haberet, & navigationis, & totum te susciperet ac tueretur: quem omnia facturum confido: recepit enim, & mecum locutus est suavissimè. Tu quando eo tempore mecum esse non potuisti, quo tempore ego maximè operam & fidelitatem desideravi tuam, cave festines, aut committas, ut aut æger, aut hyeme naviges. Nunquam ego serò te venisse putabo, si salvus veneris. Adhuc neminem videram, qui te postea vidisset, quam M. Volusius, à quo tuas literas accepi: quod non mirabar. neq; enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferri. Sed da operam ut valeas: & si valebis, cum rectè navigari poterit, tum naviges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia & Tullia Romæ. Cura ut valeas. IIII. Kal. Febr. Capua.

* Ad Attic. ep. 10. l. 7.

* Genet. ego 16. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Hortatio ad morbum depellendum.

TVLLIVS TIRONI S. 88

OMnia à te data mihi putabo, si te valentem videro. Summa cura exspectabam adventū Menandri, quē ad te miseram. Cura, si me diligis, ut valeas: & cum

erat seruus Ciceronis

te benè confirmaris, ad nos venias. Vale. IIII. Idus Aprilis.

ARGVMENTVM.

Tirone ægrotante, literarum suavitate, & fructu se carere dicit: eumq; rogat, ut omnem curam ad convalescendum adhibeat.

TVLIVS TIRONI S. 14

ANdricus postridie ad me venit, quàm exspectaram. Itaq; habui noctem plenam timoribus, ac miserijs: tuis literis nihilo sum factus certior, quo modo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione, literiq; omnibus careo, quas antè, quàm te videro, attingere non possum. * Medico mercedis quantum poscet, promitti iubeto. id scripsi ad Vmmium. Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas, humanitatemq; propter quam mihi es carissimus. Nunc opus est te animo valere, ut corpore possis. id cùm tua, tum mea caussa facias, à te peto. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. conserva te mihi, * dies promissorum adest: quem etiam repræsentabo, si adveneris. Etiam atq; etiam vale. III. Id. Apr. hor. III.

* Asclaponi ep. 20. l. 23.

* Vide ep. 12. Manumittiam ante promissam diem.

ARGVMENTVM.

Suam de Tironis valetudine sollicitudinem significat.

TVLLIVS TIRONI S. 15

ÆGypta ad me venit pridie Idus Aprilis. is etsi mihi nunciavit, te planè febri carere, & bellè habere: tamen quod negavit, te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit, & eò magis, quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum sollicitu-

licitudine de tua valetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura* liberabo. Plura scriberem, si iam putarem libenter te legere posse. ingenium tuum, quod ego maximi facio, conser ad te mihi, tibiq; conservandum. Cura te etiam atq; etiam diligenter, Vale. Scripta iam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis: nec mirum, tam gravi morbo. Ego ad te Aegyptum remisi, quod nec inhumanus est, & te visus est mihi diligere: ut is tecum esset: & cum eo coeum, quo uterere. Iterum vale.

* i. manumittam. ep. 12. & 14.

ARGVMENTVM.

Gratias agit. & gratulatur de Tirone manumisso.

QVINCTVS MARCO FRATRI S. 16

DE Tirone, mi Marce, ita te, meumq; Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumq; filium videam, ut mihi gratissimum fecisti, cum eum* indignum illa fortuna, nobis amicum, quam servum esse maluisti. Mihi crede. tuis & illius literis perlectis, exsilui gaudio, & tibi & ago gratias, & gratulor. si enim mihi Statij fidelitas, & frugalitas est tantæ voluptati, quanti esse in isto hæc eadem bona debent, additis literis, sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora? Amote omnibus equidem maximis de causis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi sic ut debuisti, nunciasti. Te totum in literis vidi. Sabini pueru & promisi omnia, & faciam. Vale.

* Indignum qui serviret.

Hoc etiam nomine. sic locutus ep. 11, l. 2. & 24. lib. 7.

ARGVMENTVM.

Reprehendit Tironem, quia scripserat Valetudini fideliter inserviendo: eumq; rogat, ut omnino valetudini inserviat.

TVL-

TVLIVS TIRONI S. 17

*Video quid agas: tuas quoq; epistolas vis referam in volumina. Sed heus tu, qui καινὸν esse meorũ scriptorum soles, unde & illud tamen ἄκυρόν, VALETVDINI fideliter inserviendo? Vnde in istum locum FIDELITER venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest: ut sit quomodo Theophrasto placet, *verecunda tralatio, Sed hæc coram. Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu ἀφωμίλησα satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre. cras aderit: videbis igitur. nam ego hinc perendie manè cogito. Valetudo tua me valde sollicitat: sed ei inserui, & fac omnia: tum te mecum esse, tum mihi cumulatissimè satis facere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est. valdè enim eius caussa volo. Vale.

* Vt in suũ locum verba migrasse, non in alienum irruere videantur de orat. lib. 13.

ARGVMENTVM.

Scripserat Cic. in titulo epistolæ, Tullius Tullio Tironi, quod Tiro omittendum rescripsit, ad invidiam vitandam. de hoc alijsq; de reb. scripta est hæc epistola.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 18

QVid igitur? non sit oportet? Equidem censeo sic addendũ etiam, SVO. sed si placet invidia vitetur: quam quidem ego sæpe cõtemsi. Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse. si verò etiam Tusculanum dij boni quantò mihi illud erit amabilius! sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellè simulas, quod tamen mirum in modum procedit. sed utut est, indulge valetudini tuæ; cui quidem tu adhuc, cum mihi de seruis seruisti

non

non satis. Ea quid postulet, non ignoras πέψιν, ἀκοπίαν, σεῖπατ, σύμμετρον, πέρψιν, δύυσίαν κοιλίας. Fac bellus revertare, non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem. Parrhedrum excita, ut hortum ipse conducat: sic olitorem ipsum commovebis. Salaco * Ep. 20. nequissimus L L S. C I Ɔ. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macerie, nulla casa. Iste nos tanta impensa derideat? calsface hominem, ut ego M. Othonem: itaq; abutor coronis. De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est* aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam & libros, si erit sedum. sed tu nullosne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. A. Ligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus. Te quando exspectemus, fac ut sciam. Cura te diligenter. Vale.

* Aqua in agro Tusculano, de qua in oratione ult. in Rullum. & Frontinus de aquæ ductib.

ARGVMENTVM.

De literis, de Demetrio, de Ausidiano nomine.

TVLLIVS TIRONI S. 19

Exspecto tuas literas de multis rebus, * teipsum multo magis. Demetrium redde nostrum & aliud siquid potest boni. De Ausidiano nomine nihil te hortor, scio tibi curæ esse: sed confice, & si ob eam rem moraris, accipio caussam: si te id non tenet, advola. Literas tuas valdè exspecto. Vale. * Ep. 12. l. 7.

ARGVMENTVM.

De valetudine curanda, de libris componendis, de olitore, de reditu Tironis.

TVLLIVS TIRONI S. 20

Sollicitat, ita vivam me tua, mi Tiro, valetudo:

sed confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, citò te firmum fore. libros compone: indicem, cum Metrodoro lubebit, quando eius arbitratu vivendum est.

Epist. 18. Cum * olitore, ut videtur. Tu potes Kalendis spectare gladiatores, postridie redire: & ita censeo. Verùm ut videbitur. Cura te, si me amas, diligenter. Vale.

ARGVMENTVM.

Propensionem animi, studiumq; ad virtutem significat: & de prædio emto gratulatur.

CIC. F. TIRONI SVO DVLCISS. S. P. D. 18

CVm vehementer tabellarios exspectarem quotidie, aliquando venerunt post diem XL. & VI. quàm à vobis discesserant: quorum mihi fuit adventus optatissimus. nam cùm maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & carissimi patris epistolæ: tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerũt. Itaq; me iam non pœnitebat intercapedinem scribendi feciſſe, sed potius lætabar fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex silẽtio mearum literarum. Vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse excusationem. Gratos tibi optatosq; esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro: præstaboq; & enitar, ut in dies magis magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio. Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq; animo facias licet. tantum enim mihi dolorem, cruciatumq; attulerunt errata ætatis meæ, ut non solum animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant. cuius te sollicitudinis & do-

ris

vti participem fuisse, notum exploratumq; est mihi: nec id mirum. nam cum omnia mea caussa velles, tum etiam tua, socium enim te meorum commodorum semper esse volui. Quando igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, praestabo.* Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse coniunctissimum. nam cum audio illum libenter, tum etiam eius propriam suavitatem vehementer amplector. sum totos dies cum eo, noctuq; saepenumero partem. exoro enim ut mecum quàm sapissimè cœnet. hac introducta consuetudine, sæpe inscientib. nobis, & cœnantibus obrepit: sublataq; severitate philosophiæ, humanissimè nobiscum iocatur. Quare da operam ut hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum videas quam primùm. Nam quid ego de Bruttio dicam? quem nullo tempore à me patior discedere, cuius cùm frugi severaq; est vita, tum etiam iucundissima convictio. non est enim seiunctus iocus à philologia & quotidiana συζητήσει. huic ego locum in proximo conduxi, & ut possum, ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. Praterea declamitare Græcè apud Cassium instituí: Latinè apud Bruttium exerceri volo. Vtor familiaribus & quotidianis convictoribus, quos secũ Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illi probatissimis. Multum etiam mecum est Epicrates princeps Athenien sium, & Leonides, & horum cateri similes, τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε. De Gorgia autẽ quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui,* dum modò præceptis patris parerem. διαρρήδην. n. scripserat, ut eum dimitterem statim. ne rursus versari nolui, ne me nimia ὠμότης suspicio-

* Epist. 18. libr. 1. erat hic princeps philosophorum in doctrina Peripatetica. de offic. lib. 1 & 3.

Plutarchus.

* Ep. 1. l. 7.

nem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse, me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen studium et consilium gratum acceptumq; est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio, scio enim quam soleas esse occupatus. Emisse te prædium vehementer gaudeo, feliciterq; tibi rem istam evenire cupio. hoc loco me tibi gratulari, noli mirari, eodem enim ferè loco tu quoq; emisse te, fecisti me certiorem. Habes: deponendæ tibi sunt urbanitates. rusticus Rom. factus es, cum ego mihi nunc ante oculos tuum iucundiss. conspectum propono, videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuisse, æquè ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te sublevaturus sim, si modò fortuna me, præsertim cum sciam, communem nobis emtum esse istum fundum. De mandatis, quòd tibi curæ fuerunt, est mihi gratum. sed peto à te quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Gratus: multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis * hypomnematis. Tu velim in primis cures ut valeas, ut una συμφιλολογῶμεν posimus. Antherum tibi commendo. Vale.

* Locus enim gratulationis in principio literarum solet esse.

* Pœmatorum, dixit Cicero pro Gallio. Carinus ὑπόμνημα est, quod ex tempore, & sine cura: σύγγραμμα autem, quod adhibita industria scribitur.

ARGVMENTVM.

Prima pars huius epistolæ est de valetudine curanda, reliquæ variis de rebus.

TVLLIVS TIRONI S. 22

SPero ex tuis literis tibi melius esse. cupio quidem certè, cui quidem rei omni ratione cura ut inservias: & cave suspiceris contra voluntatem meam te facere, quod

quòd non sis mecum, mecum es, si te curas. Quare malo te valetudini tuæ servire, quàm meis oculis & auribus, etsi enim & audio te, & video libenter, tamen hoc multò erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissimè. Tu isthic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facilè legere soleo, de quadrimo Catone. De triclinio cura ut facis. Tertia aderit, modò ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit: sed nunc plane Billienus est. Itaq; te do vicarium. Tu eum observabis. Etsi, Verùntamen de illis nosti cætera. sed tamen si quem cum eo sermonem habuerit, scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum, & ut tuas quam longissimas literas legam. Cura mi Tiro, ut valeas, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

ARGVMENTVM.

Hortatur, ut professionem conficiat: scribitq; sibi esse in animo amicitiam Antonii conservare.

TVLLIVS TIRONI SVO S. 22

TV verò confice professionem, si potes, etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione nō egeat. verùntamen Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, ut loqui non posit. Antonius de lege quid egerit, liceat modò rusticari. Ad Bithynicum scripsi. De Servilio tu videris. qui senectutem non contemnis. etsi Atticus noster, quia quondam me commoveri παντικοῖς intellexit, idem semper putat: nec videt quibus præsidijs philosophiæ septus sim: & herculè, quòd timidus ipse Epist. 17. lib. 6.

est, δευτεροπλοῦν. Ego tamen Antonij inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sanè volo. scribamq; ad eum, sed non antè, quam te videro. nec tamen te avoco à syngrapha γόνυ κνήμης. Cras exspecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis utendum est. Vale.

* Videtur esse scripta post Cæsaris mortē. Adagiū, Propius est genu quā tibia: id est, tua potius quam mea tibi curāda. Theocrit. idyl. 15.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius epistolæ est de rationibus.

TVLLIVS TIRONI S. 24

Etsi manè Harpalum miseram: tamen cum haberem, cui rectè darem literas, etsi novi nihil erat, ijsdem de rebus volui ad te sæpius scribere: non quin considerem diligentiæ tuæ, sed rei me magnitudo movebat. Mihi prora & puppis, ut Græcorum proverbium est, fuit à me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Ofilio & Aurelio utiq; satisfiat. A* Flamma, si non potes omnem partem, aliquam velim extorqueas: in primisq; ut expedita sit pensio Kalendis Ian. De attributione, conficies: de repræsentatione, videbis. de domesticis rebus hactenus. De publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius, quæ hominum opinio, quid futurum putes. ego vix teneor quin accurrā, sed scilicet literas tuas exspecto: & scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. puto utrumq; ad aquas Semas quid egerint. Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur. appellabis etiam Papiam.* Vale.

* Hic est Flaminius Flamma, de quo in epist. ad Att.

*De pecunia mihi debita, ob dotem filiæ cū qua divortium fecerit

ARGVMENTVM.

Literas à Tirone quàm celerrimas requirit

CIC.

CIC. F. TIRONI SVO S. 25

ETsi iusta & idonea usus es excusatione intermissionis literarum tuarum: tamen id ne sæpius facias rogo nam etsi de repub. tuorum & nunciis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quavis minima re scripta à te ad me epistola semper fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem literas, noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate literarum. Vale.

ARGVMENTVM.

Suaviter Tironem accusat, quia literas non miserat; rogatq; ut omnino, etiam sine argumento, scribat.

Q. CIC. TIRONI SVO. 26

VErberavi te cogitationis tacito duntaxat convicio, quod fasciculus alter ad me iam fine tuis literis perlatus est, non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus est adhibendus: usq; diu, & multis lucubrationibus commendata oratione vide, ut probare possit, te non peccasse. Planè te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ fortum essent exsiccatæ: sic tu, etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris. valdè enim mihi semper & vera & dulcia tuis epistolis nunciantur. Ama nos, & Vale.

ARGVMENTVM.

Invehitur in consules designatos Hirtium, & Pansam, benevolentiam suam in Tironem significat.

*Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti. nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti, & maximè de consulibus deß quos ego penitùs novi libidinum & languoris effœminatissimi animi plenos, qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est. Incredibile est quæ ego * illos scio oppositis Gallorum castris in æstivis feciße: quos ille latro * nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. Res est aut tribunitijs, aut privatis consilijs muniendа. nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, ut dixi, * fero oculis. ego vos ad III. Kal. videbo, tuosq; oculos, etiam si te veniens in medio foro videro, dissuaviabor. Me ama.*

Vale.

* Cùm Cæsaris essent legati.

* M. Antonius ep. 15. lib. 10.

* Vnicè diligo.

FINIS.

DIO.

DIONYSII LAMBINI MONSTROLIENSIS EMENDATIONUM *rationes in lib. I. Epistolarum M. T. Ciceronis ad Familiares.*

IN EPISTOLAM PRIMAM

LIN. 6. *nisi perfecta re de me*] sic distinguendum, non ut vulgo, *nisi perfecta re, de me non conquiesti.* sic enim loquitur lib. 6. epistolarum ad Ampium Balbum, *neque ullo modo divulgandum, de te iam esse perfectum:* Lin. 10. *per eosdem creditores*] quidam libri manuscripti habent, *per eosdem competitores*: quod non placet. Pag. 2. lin. 7. *nec admonitionibus reliquit locum*] legendum puto, *nec monitionibus.* Nam suprà nō dixit *admonere*, sed *monere*, admonere certè videtur idem ferè valere, quod ἐπιμιμνήσκειν: quod est in memoriam redigere: monere autem aliud est.

IN EPIST. 2. Pag. 4. lin. 5. *cui quidem rei iam obsisti non poterat*] secutus sum libros manuscriptos, nisi quòd ex *que* feci, *quidem.* Lin. 9. *intendere cœpit*] libri veteres ferè omnes habent, *intendere cœpit*, quòd quamobrem rejiciam, caussam non video: vulgati autem partim *contendere*, partim *intercedere*, omnino cōtendere malim, quàm *intercedere.* Lin. 17. *Nam ei Bibuli sententia*] ei idem valet quod ȳ, sic autem habent tres libri veteres Memmiani, & Clericanus, paullò post vocem, *primus*, quæ est ante *honestissimus*, eorundem librorum veterum auctoritatem secuti sustulimus, Pag. 5. Lin. 10. *& ut quā rectissimè agantur, omni mea cura, &c.*] Hic discrepant inter se libri manuscr. & hi à vulgatis. Nam quidam scripti manu sic habent, *agantur omnia mea cura, &c.* quidam sic, *& ut quam rectissimè agatur, omni mea, &c.* alij sic, ut edidimus.

IN EPIST. 3. Pag. 5. In quibusdam libris manuscrip. hæc epistola cum superiore cohæret. Lin. 5 *gratiosissimus in provincia fuit*] sic reposui codicem unum manuscr. secutus: atq; ita sine dubio legendum, etiam si nulli codices hanc lectionem confirmarent. Nam cæteri omnes habent *gratissimus.*

IN EPIST. 4. Lin. 4. *unum certamen esset relictum sententia Volcatÿ*] legendum fortassè est, *cum sententia Volcatÿ.* Lin. 6. *magna inuidia*] coniun-

tionem *que*, quæ erat invul. sustuli, fretus veteribus codicibus. Lin. 7. *alio transferebant*] sic habent omnes libri manuscr.

In epist. 5. Pag. 8. lin. 1. duæ illæ voces, *causa regia*, supervacaneæ videntur: quæ tamen reperiuntur in libris manuscr. Lin. 26. *neq; majore fide*] libri scripti nonnulli habent, *neq; fide majorem*: quos non sequor: Alij *neq; fide meliorem*: unde judicio *fide meliore* esse legendum. Pag. 9. lin. 3. *omnium magno silentio*] omnes fermè libri manuscr. habent, *nimium magno silentio*.

In epist. 7. Pag. 11. lin. 17. *& animo te singulari*] nulli veteres libri habent *in te*: quæ tamen mihi necessaria videntur. Pag. 12. lin 29. *cuius propè in conspectu*] multos ad hinc annos Memmius cõiecerat sic esse legendum, eiusq; coniecturam probaveramus, quod multo fecimus impensius, posteaquam eam omnium veterum librorum auctoritate videm⁹ confirmatam. Pag 13. lin. 11. *qui per provinciam tuam, atq; imperij tui provincias pecunias ei credd.*] secutus sum codices manuscrip. in quibus ita scriptum est, quemadmodum edendum curavimus. Neque verò est quod cuiquam hæc scriptura absurda videatur. Nam aliquando plures provinciæ uni attribuebantur, quemadmodum provinciæ Ciliciæ tres διοικήσεις Asiaticæ erant attributæ, sic igitur Aegypto provinciæ, aliæ provinciæ erant attributæ, fortasse Cilicia & Cyprus, cui rei argumento sunt verba illa, suprà hac eadem epist. *qui Ciliciam, Cyprumq; teneas*, &c. Pag. 14. lin. 14. *quam demptum de fortuna*,] sic emendaveram decem ab hinc annis in meo codice: cuius mei judicij tuli fructũ, cum ita scriptum esse in omnibus libris manuscr. comperi. *demptum* autem, id est, detractum, quod opponitur ili, *additum*. Aliud porrò est *adimere*, aliud *demere*.

In epist. 8. Pag. 16. lin. 11. *ut me dignitas, utilitasq; cogit*] P. Victorius ex suo codice manuscr. edendum curavit, *ut me pietas, utilitasq; cogit*, Quam scripturam confirmant Memmiani, in quibus est *dietas d.* enim est *p.* inversum. In alium librum item scriptum manu incidi, in quo scriptum est: *& ut commoditas, utilitasq; me cogit*. Pag. 17 lin. 9. *si quidem homines*] sic habent

habent nonnulli libri, & manuscript. & vulgati alij. *si quidam*, Lin. ult. *nostrum studium extabit*] libri duo Mem. habent, *nostrũ studium excitabunt*.

IN EPIST. 9. Pag. 19. lin. 4. *uberiores & præstantiores præsens*] sic habent omnes codices Memmiani, præter unum, in quo est *præsentiores*, quo modo P. Victorius, in suo manuscrip. scriptum reperit. Pag. 22. lin. 2. *ut integram mihi de causſa Camp. adſ. red. rem ſervarem*] sic hunc locum restitui; levi immutatione facta : nempe ex *integrum* feci *integram*, ex *reſervarem* autem, *rem ſervarem*, sic autem loquitur Brutus libr. 3. *totamq; vobis integram ſervare*, al. *reſ rvavi*. Quidam tamen ita legendum censent, *ut integrum me de cauſſa Camp. adſ. reb. ſervarem*, quibuscum non pugnabo. Sic enim loquitur lib. 7. Epistola ad Att. *Quod me amiciſſimè admones, ut me integrum, quo ad poſſim. ſervem. gratum eſt*. Pag. 24. lin. 13. *non dicam quid acciderit*] sic habent omnes libri, sed legendum videtur, *non dicam per quos acciderit*, vel *qui acciderit*. Lin. 22. *tantum dicam brevi, &c.*] legendum videtur, *breviter*. Nam cum dicimus *brevi*, subintelligitur *tempore*. Carisius tamen notat dictum esse à M. Tullio *brevi*, pro *breviter*, lib. 2. de Oratore ad Q. Fr. *Ac ne plura, quæ ſunt innumerabilia conſequer, comprehendam brevi*: Vbi tamen quidam legunt *breviter*. Lin. 28. *qui meos cives & me conſervatos*] sic habent omnes codices Mem. & item Clericanus. & ita edendum curavit P. Victorius: neq; verò est quod cuiquam durum videatur hoc loquendi genus, *noſtrum conſilium, qui noluerim*, nam *noſtrum* positum pro *meum* : in *meum* autem inest *ego*. Pag. 25. lin. 6. *primum iis furiis, &c.*] Clodius significatur. Itaque sequitur *qui non pluris, &c.* & *aſſecutus*, non, *quæ*, neq; *aſſecuta*, paullò post, *impunitatem ſceleruм*. Eodem curavi codices Memmianos secutus, quibus um consentiunt nonnulli vulgati. Lin. 30. *egregia animi alacritate adfuerit*] sic edidit P. Victorius, sic habent codices Memmiani, & item Clericanus. paullò pòst, ubi vulgati habent, *redire curarit*, illi habent *curaret*. Pag. 26. lin. 13. *cunctis ordinibus, hominibusq; incumbentibus*] libri manuscripti non habent copulam post *hominibus*, cætera cum vulgatis consentiunt:

unt: unde ego legendum puto, *cæteris ordinibus, dijs hominibus incumbentibus*, Pag. 27. linea 8. *tum eum nec perſuadendo &c.* ſic hunc locum emendandum eſſe arbitror, levi immutatione facta. alij autem ſic, *cum eum nō perſuadendo, ſed cogendo, &c.* alij hunc locum non tangentes, neque quicquam in eo mutantes, legunt paullò pòſt, *quem perſuaderi*, pro *cum perſuaderi*. Pa. 28. lin. 9. *me facere quiddam quod in Eun.* legendum fortaſſe eſt, *me facere idem, quod &c.* Lin. 16. *Tu par pari refer-to*] ſic eſt legendum, non ut vulgo, *par pro pari, &c.* Nam primum lib. nulli veteres habent *pro:* deinde nonnulli ſic habent, ut nos edidimus: poſtremò Latini ſermonis lex poſtulat, ut ita legatur, *par pari referto.* Pag. 31 lin. 16. *neq; ita multæ ut pertimeſcas*] ſic habent omnes codices Mem. ſed P. Victorius edendum curavit, *ne pertimeſcas.* Lin. 26. *tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore*] hoc totum, *in diſputatione ac dialogo.* alienū videtur & ſubdiditium. Pag. 33 linea 5 *dignitatem, liberalitatem*] ſic habent codices Memmiani, niſi quòd in uno cum ſcriptum ſit *libertatem*, adiectæ ſunt eadem manu ſuprà tres hæ literæ, *elt*, quas adiectio ſignificat ſcriptorē voluiſſe legi *liberalitatem*. Omninò ego malo *liberalitatem*, cum propter alias cauſſas, tum quia paullò poſt dicit, non poſſe Lentulum ſine ſuſpicione cupiditatis provinciam retinere. Lin. 18. *facilitate autem, quod vellem, &c.*] ſic legendum: & ita habent codices Memmiani & vulgati. P. autem Victorius edidit, *facilitate quidem*: cuius ſcripturæ quamvis rationem videam (ſignificat enim fortunæ beneficio Lentulū conſequi potuiſſe, ut ne publicanōs offenderet, idque ſe optare) tamen hanc receptam facilimè tueri poſſunt, ut dicamus, *facilitatem*, ſignificare æquitatem quandam & lenitatem & iuris remiſſionem iuri ſummo contrariam: ſententiam non acrem, neque ſeveram, neque omni ex parte cum ſummo iure conſentaneam: quemadmodum uſurpavit Philip. IX ſub extremum. *Itaq; quæ proficiſcebantur à legibus, & à jure civili, ſemper ad facilitatem, æquitatēq; referebat.* Malim tamen hîc legi, *facilitate tamen, &c.*

IN EPIST. I LIB. II.

Pag. 35. lin. 19. *ſic ad nos*

confirmatos reuertare] legendum fortasse est, *conformatos*.

IN EPIST. 4. Pag. 28. lin. 9. *quarum laudum gloriam adamaris*] sic edidit P. Victorius: sic habēt codices Mem. vulgati autem ; quibscum consentiunt tamen nonnulli veteres, *admiraris*. Versu proximo erratum corrige, & scribe, *in ijs esse laborandum*, ubi est, *id ijs*, &c.

IN EPIST 9. Pag. 45. lin. 14. *Egō voluptatem animi nimiam*] Versus Trabeæ. *Ego voluptatem animi nimiam summum errorem esse puto*. Errat autem Rivius, qui ex nescio quo vetere codice sic legendum censet, *Ago voluptatem hominum nimiam* : quāvis me quoq; in uno Codice Memmiano ita scriptum reperisse non negem, *hominum*, inquam, pro *animi*.

IN EPIST. 11. Pag. 48. lin 6. *Scripsi enim hæc ipsis Megalesiis*] sic reposui libris omnibus repugnantibus atque invitis, sola ratione & veritate fretus. Nam Megalenses & Megalensibus, neq; Græcè, neque Latinè dici potest.

IN EPIST. 13. Pag. 49. lin. 12. *quoniam κωμικὸς μάγειρος, ut opinor accedit Phania*] secutus sum codices quosdam vulgatos, in his, Lugdunenseis. Nam omnes manuscrip. quos quidem viderim, habent, *accidit*, præter unum, in quo scriptum est *occidit*, & supra scriptum, *id est, mortuus est* : sed ita, ut facilè appareat ex *a* vocali factum esse *e*, recentiore manu. Erat autem hic Phania Appij libertus, ut intelligere licet ex ep. 1. & 5. lib. 3. Pag. 50. lin. 18. *Quid ais? Cæsarem nunc defendit Curio*] secutus sum libros vulgatos, & historiæ rationem. Nam ex lib. 8. Epist. licet intelligere Curionem defendisse Cæsarem, & ijs acriter restitisse ; qui Cæsarem ex provincia retrahere conarentur.

IN EPIST. 15. Pag. 52. lin. 7. *Cæsari honestissimè cupio*] Quidam libri habent, *Cæsarem honestum esse cupio* : quæ scriptura non est reijcienda : sed *Cæsari honestissimè cupio*, magis probo : mendosè autem operæ fecerunt, *honestissimè esse cupio*, cùm in exemplo esset *honestissimè cupio*, sine verbo esse. Lin. 13. *neque erat superiore honore usus*] sic habent omnes libri veteres, quos quidem viderim : nisi quòd in nonnullis legitur *ullus*, unde conijcere quis possit legendum esse, *neque erat superior honore ullus*, &c. quomodo

modo locutus est ep. 18. eiusdem libri: *Habes enim neminem honoris gradu superiorem.* Lin. 24 *omnes Cæsios*] quidam legunt *iuvenes Cæsios*,

In epist. 16. Pag. 53. lin 21. *eo si onerecaretem*] duo lib. Mem. habent, *eo si honore carerem*, Pag. 54. li. 3. *Quod autē in maritimis iam facilè moueo*] codices tres Mem. habent, *Quod autem in mar sum, submoveo facilimè non. nun. subs. &c.* Victorius edidit, *Quod autem in mar sum facilimè, moueo nonnullis subs. &c.* in quo mutata duntaxat distinctio est. Lin. 35. *nōne omnia potius cur in sen.*] sic legendum, *cur in sent. perm.* non, *ut in sent.* quamvis omnes libri reclament. sic enim loquimur: Omnia acciderunt, cur hoc, vel illud facerem. Et supra proximè sic loquitur: *Quid ergo accidit, cur consil. mut* Pag. 55. lin. 1. *satis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei*] omnes ferè libri manusc. habent, *in memoria*. Vnde forsasse *P.* Victorius edidit *in memoria*, ego nihil muto. Lin. 8. *hæc tamen oblectabar specula*] sic habent codices Mem. & rectè, quamvis aliter ediderit *P.* Victorius. Lin. 10. *quas libertate sua contraxerat*] sic legēdum censent viri docti, reiecta vulgata lectione, *liberalitate*, referentes hoc ad accusationem Appij, qua Dolabella eius accusator, Pompeium, Brutum, Lentulum offenderat. Lin. 28. *Te tamen oramus*] codex unus Mem. habet, *te tantum oramus*, quæ scriptura nō est respuenda.

In epist. 17. Pag. 56. lin. 30. *nec tum erant confectæ*] omnes libri veteres habent, *nec tamen erant confectæ*: atque ita edidit P. Victorius. Porrò non cælabo lectorem, principium hujus epistolæ mihi non videri integrum, nam cum infra versu 35. pag. 57. dicat se uni epistolæ respondisse, venit ad alteram, videtur esse legendum, *Binas literas*, seu *literas binas*.

In epist. 19. Pag. 60. lin. 26. *ornamenta in te profiscentur*] omnes libri manuscrip. Mem. & alij nostri habent, *ad te proficiscentur*: nihil muto tamē. Nam sic locutus est ep. 1. lib. 3. *intelligo omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima*. Præterea nulli habent *elaborabo*, nec ullum aliud verbum in eius locum, unde suspicor legendum, *quæq;* pro *quæcunq;*.

IN EPIST. I. LIB. III.

Pag.

Pag. 63 li. 5. *verum etiam quod suavet curiosius*] sic habent omnes ferè lib. manuscri. atque hanc scripturam pluribus verbis confirmat P. Victorius Vulgati autem *quod vidi.*

IN EPIST. 3. Pag. 64. lin. 13. *pro nostra constantissima voluntate*] codices Mem. habent *consociatissima.* Et ita P. Victorius edidit: nos nihil mutavimus: neq; tamen antiquam scripturam damnamus.

IN EPIST. 4. Pag. 65. lin. 18. *duos enim duarum atatum*] P. Victorius ex Florentino cod. edendum curavit, *duo enim*, quod probo sic enim sæpe veteres loquebantur.

IN EPIST. 5. Pag. 66. lin. 16 *restituerest, & præparares*] legendum fortasse est *& reparares.*

IN EPIST. 6. Pag. 69. lin. 9. *quas quidem ex tuis intellexi, &c.*] vocem *literis*, & quia eam non habent codices Mem. & quia supervacanea videtur, sustuli, quamvis eam Victorius retinuerit. Pag 70. lin. 9. *ne literas quidem unas accepi*] sic reposuimus libris omnibus invitis, levi immutatione facta, cùm in illis legatur *ullas*, planè mendosè. Quin doctus quidam existimat ita esse legendum, & ait lectionem longè fore venustiorem, *ne unam quidem literam accepi, quæ me doceret &c.* Ego non sum ausus ita excudi jubere, tametsi non improbem. Sed vellem tamen excusum esset ordine mutato, *ne unas quidem literas.*

IN EPIST. 7. Pag. 71. lin. 5. *legati Apameani*] sic legendum est libris quibusdam manusc. invitis, vulgatis approbantibus, Pag. 73. lin. 5. *ut quid sit ἐξοχὴ, quid sit ἐγγένεια &c.*] nihil muto: quamvis in editione Florentina non sit hoc membrum, quid sit ἐξοχὴ: quod puto esse necessarium: & credibile est ab operis esse prætermissum.

IN EPIST. 8. Pag. 77. lin. 7. *Quid potest esse calidius*] sic habent omnes libri manuscripti, & nonnulli vulgati. Quidam legi volunt *incalidius*, quo modo scriptum est in aliis vulgatis: ego nihil muto, & sic accipio, ut sit *ἐμφατικὸν.* Lin. 13. *quod te putem nō nosse diei*] sic legendum esse declarat quod sequitur lin. 19. *Hoc ego sermones, quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, nō offendunt, lacessivi nunquam, &c.* Nam hæc verba, *quod te putem non nosse diei*, hanc vim habent, de qua

de quo te putem non laborare si dicatur, qa scilicet existimationem tuam non lædat, Lin. 27 *lædi se putat*] sic habent omnes libri & manuscript. & vulgati. puto autem obscurè, & (ut ita dicam) obliquè significari Appium ipsum. Veruntamē quidam legendum putant, *lædi te putat*, quæ lectio multò planior, ac facilior esset, Lin. 30. *ut hominis nobilissimi*] codex unus Mem. habet post vocem *nobilissimi*, *liberalissimi* sine copulatione. Vnde quidam suspicantur ejecta voce *nobilissimi* legendū *ut hominis liberalissimi*.

In epist. 10. Pag. 82. lin. 15. *Si verò effeceris, ut censor creeris*] libri manuscrip. habent, *si verò effeceris, ut censores creentur, &c.* quo modo P. Victorius edendum curavit, quod non probo: Neq; verò ullo modo ferri potest, ut declarant ea, quæ sunt in hac epistola extrema & in 16. & 17. suprà autem ubi est *invitissimo*, corrige *invitissimè*, ut habent omnes libri & vulgati & manuscr. Pag. 86. lin. 33. deleto duas voces temerè eo conjectas; *est ille*.

In epist. 11. Pag. 87. lin 38. *Ad te nihil. alterum enim, &c.*] sic reposui libris omnib. reclamantibus. Hoc enim significat, quod ad Appium attinet, nihil referre utrum sit absolutus maiestatis, an de ambitu, quia utrunque crimen æquè falsò ei illatum sit, cùm maiestatem populi Rom. auxerit, crimen ambitus non attigerit: sed quod ad rem & crimina ipsa attinet, interesse, quia crimē maiestatis sit obscurum: ambitus verò ita apertum; ut aut accusetur reus improbè, aut defendatur. Lin. 19. *Veruntamen ea est maiestas (ut Sylla voluit) ut, &c.*] maiestatis crimen (inquit) ita obscurum est, ut cuivis liceat in alterū declamare, id est, ut cuivis liceat alterū quasi declamandi & exercendi ingenij caussa accusare, impunè, id est, sine metu pœnæ. Pag. 88. lin. 12. *Et maiora præsidia*] videtur hîc aliquid deesse, quod respondeat superiori illi, *quam timebam*: ut hoc totum sic legi debere videatur, *video enim & pericula leviora, quam timebam. & maiora præsidia, quam sperabam*.

In epist. 13. Pag. 91. lin. 10 *propter quæ hæc elaborantur*] codices veteres habent, *laborantur*: & ita P. Victorius edendum curavit.

IN

IN EPIST. IIII. LIB. IIII.

Pag. 99. lin. 30. *dixit se senatui roganti de Marcello, ne ominis quidem causſa negaturum*] ſic edidit P. Victorius, eamq; editionem ſecuti ſumus, ne optimo codici, quem ille ſecutus eſt, fidem derogaſſe videamur. Sed quamvis & ea omnia probemus, quæ ſcribuntur à viro illo doctiſſimo, & ita habeant libri aliquot manuſcripti, ut edidimus; hanc lectionem tamen non probo, cum multas alias ob cauſſas: tum maximè quod ea ſententia, quæ huic loco accommodata eſt, ex his verbis elici atque exprimi non poteſt. Dicebat enim Cæſar ſenatui pro Marcello deprecanti non negaturum, nō ſolum ne negando Marcellum patria privaret, ſed ne malè ominaretur. Quare ſic potiùs legendum videtur, *dixit ſe ſenatui roganti de Marcello, ne ominis quidem cauſſa non negaturum*, quomodo loquitur in orat. pro Roſcio Am. *Nolo in eos gravius quicquam ne ominis quidem cauſſa dicere.* Lin 34. *& ad Cæſarem ſupplex accederet*] quidam legi volunt *acciderer*, quod probo.

In epist. 5. Pag. 101. li. 8. *decrevi brevi ad te perſcribere*] vel reponendum, *brevi ter*, vel ſubintelligendum *ſermone*, aut *oratione*, aut tale quiddam, quod mihi durum videtur, tametſi Carisius doceat ità locutos eſſe veteres. Lin. 18. *at illius vicem, credo, doles*] ſic eſt legendum, vel omnibus libris adverſantib. in quo Manutio aſſentior. Pag. 102. lin. 12. *ſi quis noſtrum interyt*] legendum fortaſſe eſt *noſtrorum*. Lin. 27. *und cum rep. fuiſſe*] quidam legi volunt, *una cum rep. floruiſſe.*

In epist. 7. Pag. 108. lin. 4. *Hic pro te unius ſollicitudines*] ſic eſſe legendum intelliget, qui hæc attentè leget. Hoc enim dicit M. Tullius, C. Marcellum fratrem, & ſe pro M. Marcello deprecari, non autem precibus à M. Marcello contendere, ut aliquid agat: Quod ita eſſe argumēto eſt id quod proximè ſequitur: *Nos cura, & dolore proximi ſumus, precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipſi deprecatore eguerimus, non habemus.*

In epist. 8. lin. 2. *virum & fortiſſimum*] P. Victorius edidit: *unum & fortiſſimum.*

In epist. 9. Pag. 109. lin. 7. *Iiſdem igitur te de rebus*] cum in uno codice manuſcr. reperiſſem ſcriptum —, *yſdem igitur.*

igitur de te rebus, ego, te de rebus legendum esse judicavi. Pag. 330. lin. 7. *ne suo quidem, sed suorum*] legendum, *ne suorum quidem, sed suo*: ut habent omnes libri. Quod autem aliter editum est, mea non nulla culpa est, qui cum amici cujusdam mei, viri docti, conjecturam asscripsissem ad marginem exempli, quod typographus secuturus esset: operis ansam peccandi præbuerim. Docti quidam tamē hanc lectionem probant me dissentiente. Lin. 9. *cum omnium nostrum coniunctum esse periculum suo cerneret, &c.*] Rivius sic legendum censet, ex quodam cod. manuscri. *cum omnium nostrum coniunctum esset periculum, certorum hominum, &c.* Quo quidem modo ego in duobus etiam libris Memmianis scriptum vidi. Lin. 32. *quam incertis in rebus fuisset*] sic emendavit P. Victorius cū antea vulgo legeretur: *quam in cæteris rebus fuisset*: quæ tamen lectio reperitur in uno codice Memm. Alij cum editione Florentina & Victoriana consentiunt, habentque *incertis in rebus*: nisi quod in uno hoc dissimilitudinis inesse animadverti, quod habet *cæteris in rebus dubijs fuisset*.

IN EPIST. 11. Pag. 333. lin. 2. *Itaq; hoc ego mihi gratulor*] libri manusc. habent, *Itaq; in hoc ego mihi gratulor*, & rectè.

IN EPIST. 12. lin. 4. *vos certiores ut facerem*] secutus sum libros vulgatos: nam scripti omnes habent: *vos certiores facere*: quomodo edidit P. Victorius. Sed hoc loquendi genus ferri nō potest, meo quidem judicio, *visum est faciendum. vos facere certiores.* Itaque, vel ita legendum, ut habent vulgati libri, vel sic *vos certiores facere*, legi volumus, delenda vox *faciendum*, ut ita legatur *visum est, quo quomodo res se haberet certiores vos facere.*

IN EPIST. 13. Pag. 336. lin. 23 *fortasse semper fore*] in uno cod. manus. reperi scriptum, *fortasse non semper fore.* Quod si quis probabit, intelligemus M. Tullium vaticinari, & prædicere interitum Cæsaris. Pag. 337. lin. 17. *ut te horter & obsecrem*] Victorius mavult legi, *ut te orem & obsecrem*: cuius lectionis nullū reperi in nostris libris manuscript. vestigium.

IN EPIST. II. LIB. V.

Pag. 342. lin. 13. *de sortione vestra*] quidam libri veteres habent, *nostra*, & paullò pòst

sò pòst, *nolo*, ubi alij *volo*. Ego nihil mutandum censeo. Pa. 123. lin. 33 *quod te audisse certò scio*] legendum, *quod te audisse credo*, ut habent omnes libri veteres: & ita excudi iussèram li. 32. *qua iniuria nemo unquam in aliquo magistratu*] P. Manuti⁹. seu Vbaldinus Bandinellus legendum putat *in minimo magistratu*, & rectè. Pa. 324. lin. 7. *vi atq; impressione everterc.*] Quidam legendum putant, *vi atq; oppressione everterc.*

In epist. 4 Pag. 326. lin. 33. *quæ ut ad te scriberem, sum inductus*] cum in lib. manuscrip. pro *sum coactus*, quod est in vulg. scriptum reperissem, *sum commotus*. in uno, neque *coactus* neque *commotus*: suspicatus sum utramque vocem esse alienam, & subditiam. Omnino duo illa participia sic posita, ut leguntur in libris vulg. *qua inductus, coactus sum*, aures nostræ respuebant. Paullò post omnes libri habent, *Tu tuas inimicitias, ut reip. donares, te vicisti*: quidam viri docti legi volunt, *ut reip. condonaret.*

In epist. 5. Pag. 327. lin 36. *quod aiunt falsò à me solere proferri*] libri vulgat. sic habent: *quod abs te aiunt falsò in me solere conferri*. Si quis locus est in epist. libris difficilis & obscurus, & meo quidem judicio, corruptus hic est. Difficultas autem est in verbo *comperisse*, & in his verbis, quod *abs te aiunt*, &c. quæ planè depravata sunt. Quod igitur ad verbum *comperisse* attinet, constat sæpè objectum fuisse Cicer. iuratum dixisse, se comperisse & patefecisse conspirationem, cõjurationemque illam Catilinariam l. br. 3. epistolar. ad Atticum, epist. cujus initium est, *vereor ne puditum. &c.* Sic Cicero. *Clodium concionem miserè habebat, in quem Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam cons. contumeliosè ledebat: me tantum comperisse omnia criminabatur.* Sallustius, aut quisquis auctor fuit illius orationculæ in M. Tull. *Qui verò nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatũ venerat, aut insidias senatui fecerat: denig, de te tibi compertum erat.* Huc pertinet etiam illud, quod est in Lucullo: *An tu cum res occultissimas aperueris, in lucemq; protuleris, iurestuq; dixeris eas te comperisse &c.* Et quod est in orat. pro Sylla: *Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit: me accusat: ait me aliter, ac dictum est in tabulas pu-*

bliam retuliſſe. Ex his igitur & ſimilibus locis, ne longior ſim, puto hunc locum primum eſſe corruptum, deinde ſic emendandum: *nam compereſſe me, non audeo dicere, ne forte id verbum ponam, quod aiunt falſo à me ſolere proferri.*

IN EPIST. 10. *Pag.* 134. lin. 18. *actione expoſtulant*] *P.* Victorius edidit, *actiones expoſtulant*, quomodo & nonnulli cod. Mem. habent. Ego lectionem receptam retinui, quæ & in aliis quibuſdam ſcriptis manu libris reperitur. Actionem autem interpretor, actionem legis: qualis eſt actio furti, actio ſervi corrupti, & ſimiles.

IN EPIST. 12. *Pag.* 137. lin. 33. *cum cæteris rebus noſtra contexere*] malim legi *noſtras* lin. 28 *ut ornes me, poſtulem*] legendum cenſeo: *ut ornas mea. Pag.* 138. lin. 3. *à qua te aſſei non magis potuiſſe demonſtras*] *P.* Victorius edidit, *à qua te fletti.* Ego vulgatam lectionem, quia eam aliquot veterum librorum auctoritate confirmatam animadverti, ferri ac retineri poſſe exiſtimavi. *Pag.* 139. lin. 18. *qui quid ſis neſcias*] ſic habent omnes libri vulgati: & ita edidit *P.* Victorius. Nonnulli tamen libri manuſcripti habent, *qui qui ſis neſcias.*

IN EPIST. 14. *Pag.* 145. lin. 3. *quam à me diſ eſſeras*] ſecutus ſum cod. vulgatos, quibuſcum conſentiũt duo manuſcrip. Et ita Paulus Manutius edidit. *P.* Victorius autẽ, *quam diſ eſſerat*, ut ſubintelligatur Cæſar. Lin. 6. *eorũ quorum conſueſti*] genus loquendi Græcis uſitatum: apud quos relativum quod appellant, congruit cum eo quod antecedens nominatur.

IN EPIST. 15. *Pag.* 145. lin. 2. *Tecum vivere poſſem quidem & maximè vellem*] paullò aliter habent codices, meum nempè hoc modo: *tecũ equidem vivere poſſem & maximè vellem.* Quæ ſcriptura mihi videtur facilior: quanquam non admodum diſcrepat à vulgata, quam ſecutus ſum, cum qua congruit Florentina editionis poſtremæ: quæ talis eſt: *te. um vivere poſſem, equidem & maximè vellem.* Si mihi tamen quod ſentio, dicere liceat, neutrã harum lectionum, rectam eſſe puto. Videtur autem mihi ſic legendũ: *tecum vivere poſſe equidem maximè vellem.*

IN EPIST. 17. *Pag.* 148. lin. 12. *tuum crimen coniungeretur*] ſic habent codices Mem. miani, & ita edidit *P.* Victorius

rius, Quidam tamen habent: *tuum nomen coniungeretur*. Pag. 149. lin. 10. *Talem casum accidisse*] sic scriptum reperi in uno cod. manusc. cæteris omnibus dissentientibus: in quibus est *incidisse*. quod minûs probo. Lin. 13. *Debitum eius virt. vid. testim. non dedisse*] libris omnibus veteribus invitis, sic edendũ curavi, Nam quod illi habent, *cepisse*, natum ex dedisse, cum pro eo *depisse* esset scriptum, oberrante librario, deinde ab alio ex *depisse* factum *cepisse*.

IN EPIST. 18. Pag. 150. lin. 18. *ut quod una sententia, &c.*] sic edidit Manutius. Alij ferè omnes libri vulgati habent, *idq; una sententia, &c.* cum quibus consentiunt quidam lib. manusc. Vnde quidam docti legi volunt: *quodq; una sententia, &c.*

IN EPIST. 20. Pag. 153. lin. 10. *Non habui cui potius id negotij darem, quam M. Tullio Laureæ*] Hæc verba, *M. Tullio Laureæ*. nulli cod. manus. habent, quemadmodũ nec illa, quæ reperiuntur in alijs vulgatis: *quam scribe meo*: nisi quòd hæc, quæ edenda curavi, ad unius libri veteris orã adscripta reperi, idq; aliena manu. Et verò licet illa tollamus, Nam his deletis sententia est integra & aperta, facilè enim subintelliguntur. Et credibile est ex annotatiuncula esse nata, vel ab aliquo conjectore, qui deesse putaret addita. Lin. 14. *rationes cõfectas & consolidatas*] sic habẽt omnes libri veteres, & ita edidit P. Victorius. vulgati alij *consignatas*, alij *solutas*. Lin. 18. *De Voluste quod scribis*] vocem, seu tres voces, *quam ob rem*, aliundè huc illatas, & ex verbo *haberem*, quod proximè antecedit natas, sustuli. Pag. 154. lin. 4. *non insipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes*] secutus eram initio libros quosdam vulgatos, qui sic habent: *non insipienter actam, ne cogitatam quidẽ putes*. Sed Victorio malui tandem assentire, qui sequitur optimum illum codicem Florentinum manuscriptum. Nam manuscriptorũ nostrorum alij habent: *cum rem à me, nõ insipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes*. & ita edidit P. Victorius. quam scripturam nos secuti sumus. Alij, *cum rem à me non insipienter excogitatam quidem*, planè mẽdosè. Ego P. Victorij, & Florentinam editionem solam veram & rectam judico, vulgatam tamen tollerabilem & probabilem esse puto. Lin. 6.

& ut multa tã graviß. Valer. pr. ipſũ T Mario] videtur legẽdũ *& ut multa tã grau. à Valeriani prædiõ ipſũ T. Mario depellere eur, &c.* Lin. 30. *Sed ſi quid eſt, quando de Logeo parum gratum eſt*] Ego quam proximè potui acceſſi ad ſcripturam antiquam. Nam libri manuſ. hoc loco ſunt corrupti, ſed tamẽ partim ſic habent, *quando de logeo parum gratioſum eſt*, partim *grauißimũ eſt*: Vulgati autem *perum prouiſum eſt*, quæ lectio tolerabilis eſt. nec eam damnamus. Præterea quod ad vocem *logéum* nos putauimus utrobiq;, & ſuprà ibi: *nã de logéo ita eſt actum, &c.* & hîc *quando de logẽo, &c.* eandem rem agi. Ideoq; idem nomen intercedere oportere, *logium* autem, ſeu *logeum* vox Græca eſt, quæ ſignificat, præter alia, locum ubi rationes referuntur, & ubi deponuntur. Pag. 155. lin. 3. *Te certè pecuniæ abs te exactæ, rationem referre, ex meis rationibus relatis*] Etiam hoc loco ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus ſum. Nam cum in veteribus libris partim hoc modo ſcriptum reperiſſem, *te certè in pecunia exacta iſta referre, ex meis, &c.* partim ſic, *te certè pecuniæ exactionem iſta referre, &c.* ego ex vtroq; exactione feci, *exactæ ratione*m *ex iſta, abs te*: quas voculas operæ per imprudentiã am omiſerunt. Cætera integra & immota ſervavi.

IN EPIST. I. LIB. VI.

Pag. 159. li. 6. *Nam etſi quocunq; loco quiſquis eſt*] ſic habẽt omnes libri manuſcripti: *quisquis* autem poſitum pro *quiſq;* ut *quidquid* ſæpè ab eodem, & à Lucretio, Terentio, Planto, pro *quidq;* uſurpatum eſſe alias docuim⁹. Pag. 160. lin. 3. *vereor ne conſolatio nulla*] ſic legendum eſt: vel ut quidam alii libri habent, *vereor ut ulla conſolatio, &c.* quorum verborum eadem ſententia, atque eorum, quæ in hac editione poſita ſunt Lin. 18. *quam ratio & veritas*] quidam libri veteres habent, *& rei veritas*: nonnulli, *ratio & virtus, &c.*

IN EPIST. 4. Pag. 166. lin. 25. *ut impudentia videatur*] videtur legendum: *ut impudentis videatur.*

IN EPIST. 5. Pag. 168. li. 19. *ita educatus, ita doctus es*] ſic habent omnes libri vulgati: neq; aliter edidit P. Victorius. Sed codices Mem. tres, & alij nonnulli habent *ita eductus.* quod probo.

IN

IN EPIST. 6. Pag. 172. lin 5. *Rerum hoc natura, & civilium temporum, &c.*] videtur legendum: *rerum hoc natura non patietur: civilium temporum nec manens, nec mutata ratio feret, &c.*

IN EPIST. 7. Pag. 173. lin. 1. *Quod tibi non tam celeriter liber est redditus*] quidam legi volunt, *liber est traditus.* Pag. 174. lin. 26. *cum porrò non offendam: quid si non vult*] sic esse legendum intelligent, qui & attentè legent, & non erunt tardissimi. Hoc enim sentit M. Tullius. Age laudo aliquem? sic mecum cogito: num offendo Cæsarem illius laudatione? Sed finge me non offendere: Quid si non vult illum laudari? fieri enim potest, ut facto aliquo aliquis non offendatur, neque lædatur: id factum tamen non probet; aut id factum nolit. Lin. 30. *ubi hoc tu omniū patronus facis*] secutus sum libr. vulgat. Nam manuscript. habent, *ut hoc omnium patronus facit*: & ita edidit *P.* Victorius. *Pag.* 175. lin. 19. *apud eius omneis plurimum potes*] *P.* Faber Tolosan. putat legendum: *apud eius homines*: à quo dissentio. Ita enim sæpe loquitur M. Tull. *mei omnes: tui omnes*, ubi subintelligitur *familiares*, seu *domestici*, seu *comites*.

IN EPIST. 8. Pag. 176. lin. 9. *Huic meæ actioni, seu rogationi potius*] sic legendū est: quamvis aliter ediderit P. Victorius. Lin. 12. *Nihil ex eo te offensionis habiturum*] docti quidam legi volunt: *offensionis editurum.*

IN EPIST. 10. Pag. 178. CICERO TREBATIO legendum TREBIANO. Et item epistol. proxima, alias TORQVATO.

IN EPIST. 13. Pag. 181. lin. 6. *fortuna ipsa, debilitatę gratiæ nostræ*] hic emendavi conjectura proximè ad scripturam antiquam, sententiamque accedens: cùm in uno codice manuscript. reperissem scriptum: *debilitatee.* in alio *debilitare.* Nam *debilitatee.* valet *debilitatę.* Neque verò me fugit in quibusdam libris vulgatis impressum esse *debilitate.* Quæ lectio quanquam tolerabilis videri potest, non æquè placet tamen, ut hæc, quam reposuimus. Pag. 182. lin. 3. *quam ut explorata tam ejus salute, ostenderem, nisi eius, quam, &c*] Sic emendavi. Nam quis non videt hunc esse verborum ordinem, eamque sententiam: *magis ut consolarer fortem*

virum atq; sapientem, quam ut exploratam fidem salutis offenderem, nisi eius salutis, quam sperari. &c.

IN EPIST. 20. Pag. 186. lin. 6. *De curatione aliqua munerum regionum*] sic habent omnes libri manuscripti, quos quidem viderim, etiã is quo usus est P. Victorius: præterquam quod in uno est, *munerum regionis*: cujus auctoritate defendi potest Manutij cõjectura, qui vult legi *munerum regionum*. Lin. 16. *Sed tamen aliquid videbimus, in quo sit species*] libros vulgatos secuti sumus, quibuscum consentiunt tres manuscripti. P. Victorius mavult legi: *in quo sit species*, quo modo dicit esse scriptum in cod. manusc. antiquissimo.

IN EPIST. 23. Pag. 190. li. 7. *ne illud quidem negligendũ, quamvis subitõ*] secutus sum libros vulgatos: nam manusc. Memmiani habent: *ne illud quidem non negligendũ, &c.* planè mendosè. Unde in hanc opinionem veni, verbum *negligendum* esse alienum, & foris profectum: eamq; solam esse rectam & veram scripturam, quã P. Victorius ex illo optimo codice hausit: *ne illud quidem nõ quantivis, subitõ eum certi aliquid, &c.* Ne illud quidem *non quantivis* autem, id est, illud est plurimi faciendum, illud est quantivis æstimandum, posse subitõ, &c. Vulgata tamen lectio tollerabilis est, & sententiam cõtinet planam & facilem. Verum quid tum postea, si non est Ciceronis oratio, sed aliena? Omnino igitur Florentinam scripturam censeo esse amplectendam, & vulgatam respuendam, in qua, *quamvis subito*, intelligendũ pro *quantumvis subitõ*.

IN EPIST. I. LIB. VII.

Pag. 194. lin. 7. *Et patefeci sti Seianum*] alij legunt: *patefeci sti Seenam*. Lin. 33. *quas tibi ipse ad arbitrium tuum*] sic reperi scriptum in codicibus Memmiaris: cum vulgati habeant: *quas tibi ipsi*. Lin. 25. *Quid quod ne id quidẽ leporis habuerunt, &c.*] sic emendavit Rivius multis ab hinc annis cujus judiciũ probamus. Pa. 195. lin. 20. *sed nec liber omninõ f.*] sic legendum, non ut vulgò, *sed ne liber, &c.* nisi quis malit ita legi, *sed ne liber quidẽ omninõ fuisse*: vel sic, *sed liber omninõ fuisse*: hic operæ omiserunt particulam *nec*.

IN EPIST. 2. Pag. 197. li. 26. *Nos hic multitudine & celebritate*] legendũ fortasse est. *Nos hic mult. & celebritate, &c.*

IN

IN EPIST. 5. Pag. 201. lin. 18. *vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum*] ita discrepant hoc loco inter se exemplaria vetusta, & ea ipsa à libris vulgatis, vel putem mihi licere, vel unam aliquã scripturam probare; vel unã fingere. Cum igitur ex manu scriptis alij habeant: *vel Leptæ delege*, alij *delegam*, alij *delega*: vulgati partim, *vel certè legatum*, partim, *vel Leptæ legatum*: ego, *vel Leptæ delegabo* qui eum ornet & locupletet; non pugnaturus si quis acutior meliorem lectionem reperiat. Quidam docti volunt legi: *vel certè pro rege*, Manutius, *vel tertiæ legionis legatum*. Turnebus scripturam in uno cod. vetere repertam integrã retinens legit, *vel Leptæ delegã*, lib. 12. adversar. cap. 18. quàm minus probo.

IN EPIST. 10. Pag. 206. lin. 2. *quem antea ne Antanabatam quidem*] Antanabatæ non populi fuerunt, sed gladiatores seu certatores, qui ex equis pugnabant: idq; oculis clausis, aut capite operto, ne cernere alter alterum posset, Dicti autem sunt Antanabatæ à præpositione ἀντὶ & ἀναβάτης: quæ vox significat eum, qui equum conscendit: quive in equo sedet, Ita Antanabatæ sunt, qui ex equis inter se certant: seu qui in equis sedentes inter se adversantur, & pugnant.

IN EPIST. 12. Pag. 208. lin. 1. *Iam tum mihi nõ placebat, cum idem intuebare, &c.*] quid si legam⁹, *cum idem ruebare, &c.*

IN EPIST. 13. Pag. 209. lin 9. *Et tu non soles ad vim faciendam, &c.*] sic esse legendũ, sententia ipsa clamat. hoc enim significat Cicero: vereor ne artificium tuũ tibi parum prosit, quia illic non est opus jurisconsulto, cùm arma valeant. Nam tu quidem qui jurisconsultus es, non soles ad vim faciendam adhiberi. Sequitur deinceps: neq; est quod illam exceptionẽ in interdicto pertimescas. *Quod tu prior, &c.* id est, nemo te agentem hac exceptione repellet: *rectè egeres nisi prior vi, hominib, armatis venisses.* Nunquã enim vim cuiquam prior inferes, neq; quenquam hominibus armatis oppugnabis At hæc exceptio convenit in eos, qui priores alteri vim intulerunt, qui alterum lacessiverunt, Sic puto hunc locum & legendum esse & intelligendum. negatio scilicet quæ debebat locari ante verbum, *soles*, fuerat in alienum locum translata; &

ante verbū *veneris* collocata.

IN EPIST. 16. Pag. 211. lit. C. *Nunc verò in hibernis vinctus mihi videris*] sic legendum est non *iniectus*: sic autem reposui ab uno codice manusc. adjutus, & quasi manu ad hanc cōjecturam ductus, in quo scriptum est *iniectus*. Omninò prior lectio mendosa est, neque ferri potest. Non enim dici potest Latinè *iniectus in hiberna*, sed in hiberna *iniectus* dicendum.

IN EPIST. 19. Pag. 236. lin. 10. *doctorem tamen nonnunquam desiderant*] P. Victorius sum: nos nostros, hoc est, Memmianos codices secuti sumus: in quibus omnibus præterquam in uno, qui congruens cum vulgatis habet *lumenq́*, scriptum est *nonnunquam*, quod nobis videtur probabilius, quàm, quod Victori⁹ reposuit, *unumq́*. Quod si conjecturæ locus daretur, ego magnoperè probarē Manutij conjecturam, qui legit, *doctorem usumq́ desiderant*. Interea hanc lectionem quam reposui, censeo retinendam, longeque illis, *lumenq́* & *unumq́* anteponendam.

IN EPIST. 20. Pag. 216. lin. 2. *Habet locum.*] P. Victorius edidit *lotum*: Manutius *locū* quhabent omnes libri vulg

IN EPIST. 23. Pag. 216. lin. 3. *Ni bonorum turpiliæ post.*] sic esse legendum declarat formula sponsionum, quæ cōcipiebantur, per *ni*. Hæc autē erat controversia, Turpilia testamentum fecerat, eoq́; testamento Silium hęredē, sive ex asse, sive ex aliqua parte fecerat, Silius bonorum possessionem secundum tabulas ex edicto prætoris petiverat seu potius prætor edixerat se bonorum possessionē secundum tabulas testamēti Silio. Silius cū cognati bona ad se pertinere dicerent, quia Turpilia testamenti factionē non habuisset, & ita testamentum non esse jure factum: edicto prætoris fretus sponsionē facere cū eis cogitabat, hujusmodi, Ni bonorum Turpiliæ possessionē Q. Cæpio prætor ex edicto suo mihi dedit, centum dare spondes? Sed Cicero Silij patronus, priusquam hāc sponsionē Silius faceret, Trebatium consuluerat posset ne hanc spōsionem facere sine periculo, respōderat Trebatius, posse. Servius autem Sulpitius item consultus negabat: rationemq́; hanc afferebat, quia tabulæ testamenti non essent eæ, quas instituisset is, qui testamenti factionem non haberet. Omnino

Ter-

Trebatius bene responderat. Satis erat enim esse tabulas testamenti, secundum quas bonorũ possessio peteretur. Non enim quæritur testamẽtum sit ratum, an irritum, firmum, an infirmum, sed sit ne factum testamentum. Itaque sine periculo poterat illa sponsio fieri.

In epist. 23. Pag. 219. lin. 11. *Per Licinium se egisse dicebat*] P. Victorius edidit *per Licinium*, quomodo scriptum est in omnibus libris manusc. Memmianis. Idem Victorius edidit *Dexius*, pro quo nostri libri habent *Decius*, & item vulgati. Ego *Decimus* legendum puto.

In epist. 24. Pag. 220. lin. 3. *Cipius (opinor) olim non omnibus, &c.*] sic legẽdum censet Antonius Augustinus, nõ *Cepius*, neq; *Capius*, quamvis ita ediderit P. Victorius. Nostri quidem codices (Memmianos dico) partim sic habent, partim *Citius*. Sed omnẽ dubitationem tollit Sextus Pompeius in proverbio. *Non omnibus dormio*, ubi docet proverbium videri natum à Cipio quodam, qui pararenchon dictus est, quod simularet dormientem, quò impuniùs uxor ejus mœcharetur. Eundem cõmemorat & Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ. Vbi tamen κάββας nominatur, sic locus emendatus est. Li. 15. *nullo modo me facere posse cum velle, &c.*] libri vulgati, & nõnulli scripti habent, *quem vellet alium diem si sumsisset, &c.* Nos P. Victorij emendationem secuti sumus. Lin. 17. *Et sat bonum unctorem*] quidam legendum putant: *& sat bonum cantorem*. quibus assentior.

In epist. 25. Pag. 221. lin. 4. *Vereor ne in Catonium Catoninos*] locus est valdè obscurus, & fortasse corruptus. Ego quidem antiquam scripturam religiosè secutus sum. Videtur autẽ significare, metuendum esse, ne Cæsar, quem magistrum dicit, eos, qui laudes Catonis scripserunt, ad inferos præcipiteis agat. Vox *Catonium*, à Lacerio usurpata est, ut refert Gell. lib. 16. cap. 7. *Tollet bona fide vos Creus nudas in Catonium.* Quanquam doctissimi quidã viri legunt *Catumum*, & hic & apud Laberium, interpretanturq; *catenam*, & ita P. Victorius edidit.

In epist. 29. Pag. 224. li. ult. *Teq; ad ver. libẽter, &c.*] sic habent libri ferè omnes manuscripti, quib. usi sumus. Pag. 225. lin. 1. *Et nostra refigere, deportareq; tutò posimus*] vide-

videtur legendū. *& nostra deferre*, vel potius *refigere*, id est, auferre, non, ut est in libris vulg. *defigere*. Veruntamen iudicent lectores, Lin. ead. *Sed amice magne*] amicum magnū appellat, quem Horatius, amicum potentem, in epistolis, *Tu sede potentis amici, lenibus imperijs*. Et item alibi paullò ante in quibusdā libris scriptum est, *Sulpicio successori*, ubi alii habent, *Sulpitij successori*: quos secuti sumus.

IN EPIST. 31. Pag. 227. lin. 1. *Ergo is tibi, nos ei succedimus*] secutus sum editionem Florētinam postremam. Nam alii libri habent: *nos ei succedamus*: alij succedemus.

IN EPIST. 32. Lin. 17. *Per Antonij personam disputata*] imò per Julij personā. Itaq; vel μνημονικὸν ἀμάρτημα est vel hoc totum nō est Ciceronis, sed ab aliquo parum attento, aut memori huc illatum.

IN EPIST. ult Pag. 229. lin. 10. *communibus nostris amatoribus*] quidam legi volunt *nostri amatorib.* Lin. 24. *& illis interioribus libris eis quibus*] sic est legendum vel reclamantibus libris omnibus.

IN EPIST. I. LIB. VIII.

Pag. 233. lin. 20. *quod opinor seriò factum esse*] quidam legi volunt *fictum*, à quibus dissentio. Nam videtur Cœlius significare se existimare rumores illos de Cæsare veros esse. Deniq; in omnibus libris manuscriptis, quos vidi scriptum est, aut *factum est*, aut *factum esse*. Lin. 29. *Q. Pompeius Paulis embaniticam facere*] sic omnes quidem habent, quos vidi, libri, sed assentior doctiss. viro Turnebo collegæ meo, qui conjecit legendū, *empineticam facere*, ut intelligamus ludere & iocari Ciceronem, in voce empineticam, quæ oritur à verbo πίνειν, q.d valet *esurire*: quasi dixisset artem esuriendi facere, seu exercere: ut dicimus naviculariam, & argentariam facere.

IN EPIST. 2. Pag. 238 lin. 1. *me præsente pronunciatum est*] secutus sum libros vulg. Nam manuscripti habēt partim *me repræsentare*, partim *repræsentante*, partim *me prehensante*. Lin. 3. *Vide modò, inquis*] secutus sum libros omneis manuscriptos. Nam vulgati habent *rides, rogo, inquis* Lin. 15. *& rudentisibilus*] sic mihi legēdum videtur. Est autē *rudentisibilus* nomen compositum, seu iunctum ex *rudente & sibilo*, quo usus est pacuvius teste Varrone lib. 4. de lingua Latina Quod autem Rivius puta-

putavit legendū *rudētum fimi lis filius*, mera divinatio est.

IN EPIST. 3. Pag. 234. li. 4. *quæ permulta sunt*] legendū fortasse est, *qui permulti sunt.*

IN EPIST. 4. Lin. 4. *à Gallys duabus*]legendū *à Gallijs duobus*, significatur enim M. & Q Gallij. Pag. 235. lin. 8. *totus, ut nunc est, hic senaturit*] sic restitui, cùm & veritas hanc scripturam postularet, & liber unus manusc. me admonuisset, in quo scriptū est, *sentirit*. pro eo quod est in vulgatis *scaturit*. senaturit autem ita dictum est, ut syllaturit. Lin. 17. *Lelios & Antonios*] legendum *Lollios*, ut emendavit Manutius: itaque excudi jusseram. Lin. 29. *Inde A. Hirrum cunctis iam ad nō faciendum*] sic reperi scriptum in duob. cod. Mammianis: ut non dubitem de veritate huius scripturæ, quamvis aliter ediderit Victorius. Pag. 236. lin. 5. *Quo numero esset quo appellaretur*] locus corruptus, ut & multi sunt alii in hoc libro. libri vulgati habent, *quo appeteretur*. Quidam legunt, *quo appellaretur*. A numero enim appellabantur legiones: legio prima, secunda, tertia, &c. Alij volunt legi: *quādo repeteretur*. Deinceps libri manusc. habent, *cum Pompeium esset in Gallia, coactus est dicere, Pompeiū, &c.* Meo judicio mendosè. quidā pro *coactus*, legunt, *conatus*. Lin 9. *hoc est de provincys*]hoc totū alienum puto, & iccirco delendū.

IN EPIST. 5. Pag. 237. li. 30. ubi vulgo legitur: *& quam hoc Cæsari, & ys, qui suā causam non rep. curent, suppetat non te fallit*: manuscripti habent: *& quam hoc Cæsari, qui sua causa remp. non curent, superet, non te fallit.* Ego nihil muto.

IN EPIST. 6. Pag. 238. lin. 30. *nunc si ad illam summam severitatem*]nonnulli libri manuscripti habent: *ad illam summam veritatem*. Lin. 30. *ne qua invidiosum tibi fit*] libri manuscripti habent, *deniq; invidiosum, &c.* ego vulgatos sequor. Pagina 239. lin. 7. *confecta, omnia fœda & inhonestè sunt*] alii libri habent: *confecta, omnia fœda & inhonesta sunt*: quibuscum manuscr. quidam consentiunt: alij *concepta omnia fœdera & inhonesta sunt*, mendosè opinor. Lin. 18. *bellissimè enim, quia, &c.*] secutus sum etiam hic cod. vulgatos: quibuscum congruunt & nonnulli manuscripti. Alij autem habent *levissimè*, quod magis probo: & ita Victorius edidit. Paulò post quidam docti legendum censent, *legemq; vineriam*: ubi vulga-

vulgati & scripti manu habẽt *legemq́ variam*. Et paulò pòst libri Mem. habent; *ponito me in gratia*, nõ ut alij, *in gratiam*.

IN EPIST. 7. Pag. 240. lin. *si nondum retulerat*] sic habent omnes libri veteres. Quidam legi volunt, *mundum retulerat*.

IN EPIST. 8. Pag. 241. lin. 27. *& ad extremum, ut solent, nõ redigam*] sic habent omnes libri manusc. Mem. & ita P. Victorius edidit. Vulgati quidam *& ad extremum, ut solet, ait, referã*. Pag. 242. lin 7. *a quo dam emissario suo. Titio* [hic idẽ est P. Titius, quẽ commemorat epi. ad Plancum lib. 10. ibi rogatu Servilii intercessit, &c. lin. 22. D. E. R. I. C.] i. *de ea re ita censuerunt*. Et supra V. F. i. *verba fecit*. Et pag. 242. li. 28. S. Q. C. i. *Senatusq́ consultum*. Pag. 243. lin. 17. *ad senatũ populumq́ referri*] omnes libri veteres habent, *ad hunc ordinem referri*: quo modo P. Victorius edidit; & ego sic edi jusseram.

IN EPIST. 9. Pag 245. li. 6 *Curionem prorsus nõ mediocriter obiurgat, scilicet hac repulsa*] huc conjecit esse legendũ P. Manutius, cui difficile fuit non assentiri. Verùm tamen non displicet mihi Passeratij conjectura, *non mediocriter obiurgat, ea hac repulsa*.

IN EPIST. 10. Pag. 247 lin. 6. *Quam paratus, &c.* vel legendum *imparatus*, vel hoc *paratus*. accipiendũ εἰρωνικῶς.

IN EPIST. 11 Pag. 249. lin. 14. *Sed cum de hostium ageretur*] codices Mem. praeter unum & alterum habent *de hostijs ageretur*. Et ita edidit P. Victorius. Quod autem in aliis est *de hostibus*, natum erratum putat ex antiqua scriptura *hostiũ* pro *hostijs*. Nos tamen *de hostibus* edendum curavimus, ut & Manutius, non pugnaturi, si quis *de hostijs* malit. Paulò post, ubi omnes emendati libri habẽt *numerarentur*, quidam non indoctus existimat esse legendum *numerum daretur*.

IN EPIST. 12. Pag. 252. lin. 7. *arcessere Polam Servilij accus*] sic legendũ non *arcessere etc.* Confirmat hanc emendationẽ q. sequitur. *vix hoc erat Pola elocutus, &c.* Erat autẽ Pola cognomentũ horũ Servorũ.

IN EPIST. 13. Pag. 254. lin. 13. *Stomacho est Magnus, &c.*] hoc totũ *scilicet Pompeius*, quod reperitur in omnibus libris vulgatis, & nonnullis calamo exaratis, delevi ut alienum, & ex annotatione profectum: quod jam olim P. Manutio venerat in mentem. Atq; ut intelligas

ita

ſta eſſe, incidi in unum codicem manuſc. in quo non erat vox *Magnus*, ſed hoc tantum *Cn. Pompeius*: eũ videlicet ſcritor librarius errans, id quod eſſet Ciceronis ejeciſſet: quod alienum & ſubdititi retinuiſſet. Lin. 14. *ut ratio eſſet eius habenda*] ſic ediderunt P. Victorius, & P. Manutius: & ita habent aliquot libri veteres: alij *ut ratione eſſet eius, &c.* planè mẽdoſe: unde nata fortaſſe eſt illa vulgata lectio, *ut nec ratio eſſet eius, &c.* quam nullo modo probo, Pompeiꝰ enim nolebat eius rationem haberi, qui neq; exercitum, neque provincias tradere vellet.

IN EPIST. 14. Pag. 254. lin. 9 *Nam Cn. Saturnium adoleſcentem, &c.* Quidam legi volũt. *Nam Cn. Saturnium adoleſcens ipſe Cn. Domitius, &c.* ut intelligatur Domitij filius.

IN EPIST. 15. Pag. 256. lin. 9. *idq; celeriter fore ſpero*] legendum fortaſſe eſt *id quod celeriter fore ſpero*. Lin. 10. *nam me cum expulliſſet*] legendum videtur. *Nam me cum Cæſar expulliſſet, &c.* Lin. 26. *quantum Pſeudeatus*] ſecuti ſumꝰ P. Victorij conjecturam, quam & Manutius probat, & veteres codices adjuvant.

IN EPIST. 16. Pag. 257. lin. 17. *cæræ ſunt*] nonnulli codices habent *curæ ſunt*: *cæræ ſunt*, tamen magis probamus.

IN EPIST. 7. Pag. 259. lin. 6, *iracũdiæ tumore ablatam*] Negare equidem non poſſum hanc eſſe antiquam ſcripturam, quam & Rivius ſe in uno codice perantiquo reperiſſe teſtatur. Sed ego vulgatam: *iracundia & amore ablatam*, magis probo, atque ita edi juſſeram, ſi mihi typographus obtemperare & voluiſſet. Nam hoc dicit Cælius, ſe odio Appii compulſum & amore Curionis adductum eſſe, ut parteis Cæſaris ſequeretur, fuit autem App. Pompejanus Curio Cæſarianus. Lin. 15. *ut maximè plebs, &c.* quidam libri manuſcri habent, *ut maximè partes, &c.* Vnde docti quidam ſuſpicantur legendum, *ut maximæ partes, &c.* Lin. 18. *ne hæc adhuc, &c.* Quidam delent pronomen *hæc*.

IN EPIST. II. LIB. IX.

Pag 262. li. 9. *Sed calumniabar ipſe*] videtur deſiderari *mè* ut ſit, *calumniabar ipſe me*. Pag. 263. lin. 5. *navare operam reip.*] alij aliter: Ego ſic hũc locum reſtituendum cenſeo. Nam quod in libris manuſ. pleriſq; legitur, *navare remp.* erratum eſt librarii ſcriptoris, qui

cum

cùm scribere deberet: *navare operam reip.* scripserit, *navaveram reip.* vel *navaram reip.*

IN EPIST. 3. Lin 1. *tamen amico ad te eunti, &c.*] Sic habẽt omnes ferè libri veteres, & aliquot vulgati. Alij tamen Caninio ad te, &c.

IN EPIST. 6. Pag. 266. li. 3. *si quid ferendum est*] Videtur legendum, *si quid ferendum non est.*

IN EPIST. 7. Pag. 267. lin. 4. *propè alicubi esse*] legendum fortasse est, *esses.* Lin. 6. *dubitandũ nõ est, quin equis, vetus*] secutus sum libros vulgatos. nam manus. habent *equis, virus.* Ego puto M. Tullum significare, iam fugiendũ esse omni contentione terra mariq;. Lin. 30. *Sed ridicula missa faciamus*] verbum *faciamus*, ne quis putet à nobis de nostro adjectum, reperimus in duobus libris manuscriptis.

IN EPIST. 9. Pa. 270. li. 17 *circumvallato nũc deniq;*] legẽdum fortasse est. *nunc undiq;.*

IN EPIST. 10. Pa. 271. li. 13. *& ingentiũ Gallinarũ*] codices vulgati, quibuscum tamen consentiunt nonnulli manuscripti, quos & P. Victorius secutus est, habent *culinarum:* alii partim *integrium cularum*, partim *ingẽtium gularum*, partim *ingentium cochlearum*, partim *ingentium farculorum*, partim *ingẽtium gallinarum*, quam scripturam probavi.

IN EPIST. 12. Pag. 273. lin. 10. *Mutusculum levidense, crasso filo*] secutus sum libr. manuscrip. non damnata Octavij Panthagathij, viri doctiss. conjectura existimãtis legendum, *levi dente:* quam adjuvat vetus codex Mem. in quo est *levidense*, disiũctim scriptum, & *denje* sine diphthongo. *Levi dente* autem, id est, levi pectine. Isidorus autem docet *levidensem* vestem dictam raro filo, leviterque densatam: Contra pavidensem seu pavitensem, quasi graviter pressam.

IN EPIST. 15. Pag. 279. lin. 23. *ponor affuisse scribendo*] sic est legendum libris omnibus invitis.

IN EPIST. 16. Pag. 283. lin. ult. *Salus enim satis est sannionum parum*] in nonnullis libris scriptum est, *sannonum parum.*

IN EPIST. 19. Pag. 286. lin. 1. *tenui culo apparatu significas, &c.*] Nonnulli libri manuscript. habent *tenuissimo.* P. Victorius edidit *tenuiculo.*

IN EPIST. 20. Pag. 287 li. 7. *solitus est promulside conficere*] amicus quidam meus legendum censet, *confercire.*

Pag.

Pag. 288. li 1. *in Epicuri nos adversary nostri castra coniecimus*] Assentior Victorio, existimãti mẽdum subesse in voce *castra*: pro qua nonnulli codices manuſ. habent cassatra. Li. 8. *nos iam ex areis*] Adr. Turneb⁹ legendum censet *ex arcis*, alij, *ex areis* alij, *tantum ex te artis*.

IN EPIST. 22. Pag. 290. li. 1. *Amo verecundiam, tu potius libertatẽ*] sic est legendũ, reclament omnes libri licet. Pag. 292. lin. 12. *suppedit*] alij libri habent *suppelit*: alij *suppellere*:

IN EPIST. 26. Pag. 296. li. 4. *Miraris tam exhilaratam esse severitatem nostrã?*] cod. Mem. aliquot habent *servitutem nostram*? Clericanus, *senectutem nostram*? ego *servitutem* legendum esse puto. Pag. 397. lin. 7. *cum ille Varo*] omnes ferè lib. manuſc. habent *verò*. Unde Adr. Turneb. collega & amicus noster legendum esse existimat; *cùm ille varo*; de quo loco lege ejus adversaria. Lin 9. *ici præsertim*] quidam lib. habent, *tibi præsertim*. Lin. 13. *sed etiam intra legem*] legẽdum *infra legem*, ut rectè judicat Ioan. Passeratius.

IN EPIST. VIII. LIB. X.

Pag. 306. lin. 12 *magna mihi ipse ad perficiendum*] sic videtur legendum potius, quam quo modo alij lib. habent, *magna in se ad perficiendum*. Pa. 307. a lin. 6 *sed aliquantũ nobis tempori*] videtur legendũ *aliquanti*. Lin. 20. *cum pane. fun. orbi ter. visi. partiremur*] secutus sum P. Victorij conjecturã, *qui ex pateremur*, & *patiremur*, fecit *partiremur*. Nonnulli tamen cod. manuſc. habent *pararemus*: quo modo & aliquot vulgati. Alij quidam *pareremus*: quod postremũ magis probo

IN EPIST. 9. Pag. 309. li. 1. *Nihil me tibi temerè, aut te cæteris, &c.*] Verbum *scripsisse*, quod fuerat interjectum inter temerè & disiunct. *aut*: ego fretus manuſcr. lib. auctoritate delevi. Nam verbũ *recepisse*, etiam huc pertinet, & est commune: quod non intelligentes indocti, verbũ *scripsisse* adjecerunt de suo.

IN EPIST. 12. Pag 314. lin. 19. *quæ habent speciem gloriæ, collectam ex inanissimis splendoris insignibus*] sic habent duo cod. Memmiani; neq; video cur hanc scripturam reijcere debeamus. Lin. 20. *Brevia, fugacia, caduca*] sic habẽt omnes ferè lib. vulg. sed videtur P. Victorio legendum *fucata*: et item Manutio, cùm neuter, ut arbitror, de alterius sententia quicquam audisset. Testatur autẽ P. Victorius in opti-

mo illo, quo usus est, codice, scriptum fuisse, quanquam literis obscurioribus. *fugata*, *fugatia* tamen, quod est in vulg. lib. non videtur reijciendum.

IN EPIST. 13. Pag. 315. lin. 13. *Appellavit πολιτικόβιον*] Quidam lib. manusc. habent *πολίτικον βιον*, atq; ita edidit P. Victorius.

IN EPIST. 16. Pag. 318. lin. 2. *tum erant gratißimo verßu & sententijs perscriptæ*] Cum antea vulgo legeretur, *& sententijs plenæ*. Victorius ex auctoritate quorundam librorum vocem *plenæ* delevit, & recte. Ego autem cum in uno atque altero reperissem vocem *perscriptæ*, quamvis non ausim asseverare Ciceronis esse, sed suspicer esse subditiam, tamen non putavi mihi negligendam, aut reijciendam.

IN EPIST. 17. Pag. 319. lin. 12. *quo obside fidei illius*] Iampridem sic mihi visum erat hon loco legendum. Aliquot post annis cognovi, Atrico Stephano, viro doctiss. idem videri. Alij retinent lectionem vulgatam, *fide illius &c.* & tamen *fide* pro *fidei* positum esse volunt, ut sit antiquis generandi casus. Lin. 14. *Sex. Gaviano probavit*] hunc commemorat in orat. pro Sext. M. Tullius.

IN EPIST. 18. Pag. 320. lin. 8. *Etsi cautius illud erat consilium, &c.*] Multa hic immutata sunt; partim coniectura, partim ex auctoritate codicũ manuscript. primùm: *etsi cautius, &c.* pro *& cautius*, ex vetere codice edendum curavi: deinde totum illud, *sicut milites faciunt*, pro meo jure delevi, quia clamat non esse Ciceronis: postremò illa, *exercitu concordi, & benè de re. sentiente*: sunt item à vetere codice. Jam verbum *videbam*, tametsi supervacaneum videatur, cum verbum *sciebam*, satis superq; sit, tamen non sustuli, quia credibile est à M. Tullio esse positum, propterea quòd multa sunt interposita, inter verbum *sciebam*, & illud *hoc omne assignatum iri*. Propter Hyperbatum scilicet, ita posuit verbum *videbam*, quasi verbum *sciebam* non sit initio positum, ut consulat memoriæ lectoris. Si quis tamen delere volet, per me licebit, neque repugnabo.

IN EPIST. 20. Pag. 322. linea 11. *Verum ut errare mi Plance potuisti, &c.*] negare non possum, eam esse scripturam antiquam, quam defen-

fendit P. Victorius: *Verum ut errarem, id Plance voluisti.* Sic enim habent & Memmiani codices. Verumtamen vulgatam lectionem amplector, ut valde probabilem, & cum ijs, quæ sequuntur congruentem, & consentaneam.

IN EPIST. 2. Pag. 323. lin 20. *nec de laude ieiuni hominis delibrare quicquam*] si nostri omnes codices manuscript. habent *deliberare*, ut habent. si semper, ubicunque vulgati lib. habent *delibrare*, in manuscriptis scriptū est *deliberare*, aut *delimare*, quod admonui in scholis Lucretianis: nunquam ne intelligent homines in, omnib. lib. talibus locis esse reponendum, *delibrare* pro *delibare*.

IN EPIST. 23. Pag. 327. lin. 3. *aut ab illis feruentibus latron.*] Sic habent ferè omnes manusc. *furentibus* tamen non damno, q. est in vulg. præsertim, cum sequatur non longo post intervallo, *veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam incitati.* Lin. 17. *magno cum dolore parricidarum elapsus sum his*] sic legit Paulus Man. quanquā libri omnes habent, *elapsus sum ys*, aut certè *bis*.

IN EPIST. 24. Pag. 329 lin. 23. *aliquanto illum propius esse, & rep. esse videbamus*] sed mihi visus est hic locus esse restituendus, cum esset corruptissimus. Nam primū hoc totum, *quod ad Cæsarem attinet*, fuerat frustra & temerè inculcatum: quod conieci ex unius codicis antiqui scriptura, quæ est talis, *aliquanto illum propius esse*. Nam pronomen *illum*, satis demonstrat, & significat Cæsarem sine illa accessione: deinde verbum *videbamus*, facilè indicat aliquid deesse. Quod autem aliud deesse dici possit, quam quod reposuimus? quod scilicet eiectum fuerat receptis illis verbis, *quod ad Cæsarem attinet*: quæ nata fortassè sunt vel ex ijs quæ sequuntur, *quod ad Cæsarem amantem attinet*: vel ex eo, quod pronomen, *illum*, quod reperimus in duobus codicibus antiq. sublatum esset, vel ex annotatione ad vocem, *illum*, asscripta, cum lector aliquis asscripsisset Cæsarem: doctus quidam tamen sic hunc locū legendum existimat, *aliquanto autem propius esse Cæsarem volebamus*.

IN EPIST. 31. Pag. 330. lin. 20. *quod, cum Lep. cons. o. f. s. a. c. c. Aut maxime contrarius fuit*] si hoc significat Asinius, hoc sibi maximeq; obfuisse,

maximeq; adversarium fuisse, insolens locutio est: sin aliud: quæro quid. Ego putabam locũ esse mendosum, & ita corrigendum: cui *quòd Lep. cõcion atq; omn. scr. se conf. eum Ant. m. c f.* lin. ult. *quantas habuerim contentiones*] Sic emendavit *Paul.* Man. cui assentior.

IN EPIST. 32. Pag. 341. lin. 18. *Gladiatorib. autẽ Fadiũ*] præpositionem *ob*, alieno loco ab operariis positam, restitue in suum ordinem, hoc modo: *gladiatorib. autẽ ob Fad. q. mil. Pomp. quia cum, &c.* Lin. 26. *Civis Romanus sum*] P. Victorius edidit, *civis Rom. natus sum*: quo modo & aliquot Mem. codices habent. Li. 3. *Nunc quod restat*] libri aliquot veteres habent, *quod præstat*, & ita multa exemplo vulgata.

IN EPIST. 33. Pag. 343. lin. 11. *& robur & soboles militum interyt*] quamvis jam pridem admonuerim scribendũ esse *subolem*, non *sobolem*: admoneo tamen iterum hoc loco, tũ quia ita scribitur in duobus libris manuscr. tum quia ita edidit P. Victorius.

IN EPIST. LIB. XI.

Pag. 348. lin 30. *nullæ partes ejus in rep.*] legendum videtur, *nullæ partes sibi in rep. &c.*

IN EPIST. 2. Pag. 350. lin. 4. *ea te denunciatum esse veteranis, quod de, &c.*] videtur aliquid deesse post vocem *veteranis*, nempe tale quiddam, *ut venirent.*

IN EPIST. 3. Pag. 351. lin. 2. *Nam de dilectib. habitu*] hæc est antiqua scriptura, atque ita sine dubio legendum. Mendosè autem hic operæ fecerunt *delectibus.*

IN EPIST. 10. Pag. 358. lin.] *malim meherculè tuum tuo dictum, &c.*] secutus sum libros vulg. Nam manuscr. aliquot habent *Malle me tuum iudicium quam ex, &c.* Et sic restituit P. Manutius multis ab hinc annis sive cõjectura ductus, sive codicis alicujus veteris auctoritate fretus. Sic postea edidit & P. Victorius, optimum illum codicẽ & antiquissimum Florentinum secutus. Ego tamen scripturam vulgatam probo: quam & nonnulli veteres cõfirmant.

IN EPIST. 20. Pag. 370. lin. 18. *Agrariam curationem ligarirent*] ita habent omnes libri veteres. Quidam tamen legendum censent, *Agrariam legationem.*

IN EPIST. 21. Lin. 4. *quæ plurimum valet*] quidam legi volunt, *qua plurimum vales.*

IN EPIST. 26. Pag. 376. lin. 4. *contra inimicos meos solere defen-*

defendi] quamvis sciam, P. Victorium edidisse, *iniquos meos* ut est in vulgatis, ego tamen secutus libros manusc. Mem. *inimicos* reposui. Neq; tamen aut nego, aut nescio, *iniquos* interdum usurpatum esse à Cicerone pro inimicis.

In epist. 27. Pag. 377. lin. 14. *Aiunt enim patriam amicitiæ præponendam esse*] secutus sum libros vulgatos, præsertim quibuscũ consentiunt nõnulli manusc. atq; ita locutus est in oratione pro Rab. perduel. reo: *ut amicitiã patriæ præponeret*. Nã q. P. Victorius ex antiquis codicibus reponit, *aiunt enim patriæ amicitiam præponendam esse*: hac sententia, *aiũt amicitiam patriæ præponendam esse amicorum*, probare non possum. Sic potiùs existimarim esse legendum, si quid sit mutandum, *aiunt enim patriæ libertatẽ amicitiæ præponendam esse*. Pa. 378. lin. 14. *At debeo pro civili parte*] Quidam putant legendũ, *pro virili parte*. Sed ego nihil mutandũ censeo. Nam quẽadmodum dicimus *pro virili parte*, ita & *pro civili parte*.

In epist. 28. Pag. 380. lin. 8. *sumũ admiratus & fidem tuam & in cons*] Videtur legendum quibusdam, *sumũ admiratus & fidem tuam in cõsilio dando, & religionem*.

IN EPIST. I. LIB. XII.

Pag. 383. lin. 9. *ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti*.] Quidam legi volunt, *sordissimo periculo*. Lin. 18. *pecuniæ maximæ describuntur*] sic legẽdum, non *describuntur*.

In epist. 2. Pag. 385. lin. 8. *ad quam paratus veneras*] sic est legendum, & ita habent duo codices manuscri. Vnde tamen quidam legendum putant, *at quam*, &c. nam *ad* valet *at*. Ego puto *ad quam*, rectam esse scripturam, ut subintelligamus *eadem*.

In epist. 5. Pag. 386. lin. 19. *ex dilectu Italiæ, comparat*] legendum *comparârat*; & ita habent omnes codices, erratum est operatum.

In epist. 13. Pag. 394. lin. 18 *non subita, nec inconvenientia*.] P. Victorius testatur esse in optimo illo libro scriptum *nec convenientia*, & vult *nec convenirntia* accipi pro *nõ convenientia*: quasi dictum sit, *non subita, & non convenientia*. Manutius testatur in nonnullis libris veteribus legi, *nec inconvenientia*: in uno *disconvenientia*. Nostri omnes habent *inconvenientia*. Pag. 396 lin. 3. *a Commyu acride*] alij legi volunt *Atammantide*.

IN EPIST. 14. Pag. 397. lin. 32. *eadē superbia in prauitate utuntur*] nihil equidem varietatis in libris manuscr. reperi: sed tamen quidam legi volunt *eadem superbia & prauitate*: alij, *eadem superbiæ importunitate*, &c. alij, *eadem superbia, & importunitate*.

IN EPIST. 15. Pag. 401. lin. 33. *tanta prauitate esse animadverti*] Quidam libri veteres habent *tanta importunitate*, &c. Lin. ult. *nullo exemplo, neq; nostræ partis*] Quidam legi volunt: *neq; ulla ex parte*: & interpretantur: *ne ulla quidem ex parte*. Ego ex antiquæ scripturæ vestigijs repono, *neque nostræ partis*. subintellige, *periculo*, seu *repete* ἀπὸ κοινοῦ.

IN EPIST. 22. Pag. 409. lin. 2. *collega nostro Antonio*] P. Victorius edidit *collega vestro*. Sed *collega nostro*, probo. Fuit enim collega Ciceronis Antonius in auguratu.

IN EPIST. 25. Pag. 414. lin. 4. *Fuit enim quoddam necessarium tempus seruitutis*] Sic restituit Paulus Manutius, cùm antea vulgo legeretur: *Græcum tempus*: planè ineptè. Paulò pòst, ubi omnes libri habent *vinolentum furorem*, legendum videtur quibusdam *violentum furorem*. vinolentum tamen retinendum videtur, propter ea quæ sequuntur *quem ego vidantem, & nauseantem*, &c. Lin. 19. *pestis patriæ fuisset*] putarim legendum *pesti*. Sic enim dicimus: *ea res fuit patriæ saluti, fuit exitio, fuit calamitati*, &c.

IN EPIST. 26. Lin. 415. lin. 3. Q. TVRIVS] hæc epistola ordine est vicesima sexta: itaque corrige errata operarum, & ab hac epistola initium faciens usq; ad ultimam hujus lib. scribe 26, 27. 28. 29. 30

IN EPIST. I. LIB. XIII.

Pag. 421. lin. 15. *Cum Patrono Epicureo mihi omnia communia sunt*] Vocem *communia*, quæ est post *omnia*, quamque P. Victorius quorundā veterum codicum auctoritatem secutus, delevit, ego in uno reperi. Veruntamen assentiatur Victorio licet, si quis volet, & sequatur plurimū codicum auctoritatem: non repugnabo. Sed audebo dicere, esse à librario o missam, & esse necessariam.

IN EPIST. 9. Pag. 432. lin. 5. *ordine ipso, hominum genere*] Videtur sic potius distinguendum, *ordine, ipso hominum genere*, &c.

IN EPIST. 10. Pag. 433. lin. 14. *sed tamen cessa communis*

munis ordinis] Cum P. Victorius in optimo illo codice, quem tantoperè probat, non reperisset vocem *caussa*, quæ est in libris vulgatis omnibus, conjecerat legendum esse, *communio ordinis*: neque tamen ausus erat, ut est religiosus, καὶ εὐλαβὴς, ita edere. Ne ego quidem igitur audere debui, quamvis ejus conjecturam unius codicis Memmiani testimonio confirmatam reperissem. Pa. 439. lin. 7. *& prudentem, & à cupiditate*] legendum fortasse est, *& pudentem*.

In epist. 15. Pag. 437. lin. 10. ἐνὶ στήθεσσιν ἐπῆλθεν] post verbum ἐπῆλθεν, debent sequi deinceps ea, quæ culpa operarum posita sunt non suo loco; lin. 13. Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

In epist. 17. Pag. 440 lin. 16. *quam maximus post mea commendatione*] sic reposueram conjectura ductus: quia hæc lectio mihi multò videbatur & certior, & ad sententiam hujus loci accommodatior, quàm quæ dicitur esse Faërni, & Manutij: *quam maximus potest mea commendatione, &c.* nam vulgata, *quàm maximus postea comm. &c.* ferri non poterat: Et credibile est ex *post mea* factum esse à librario, *postea*. Sed sunt qui ita legi posse contendunt, *quam maximus postea mea commendatione*. quæ mihi magis probatur, tametsi parum intersit. Atque ita operæ fecerunt, meo iniussu.

In epist. 30. Pag. 453. lin. 30. *id feci aliorum consilio, &c.*] legendum censeo, *id fecisse &c.*

In epist. 58. Pag. 470. lin. 5. *quæ æqua postulabit, ut iubente te impetret*] sequor codices vulgatos: cur sequar caussa hæc est: scribit Cicero ad prætorem urb. ei commendat Custidij caussam, petitq; ab eo, ut *quæ æqua postulabit, eo iubente impetret*. At prætoris est decernere & iubere. Licet tamen & legere, ut est in libris manuscriptis *te iubente*, seu *libente*: id est, te volente, tua voluntate. Ac, ne quid dissimulem, mihi hoc modo legi placet, et item in epistola proxima.

IN EPIST. II. LIB. XIIII.

Pag. 488. lin. 17. *quemadmodum à Vestæ*] Docti quidam legi volunt, *à Vestæ*: id est, à lare, & foco.

In epist. 4. Pag. 492. lin.

lin. 30. *Brundusio profectus sum ad XI. Kalendas Maias*] Sic edidimus Oromani coniecturam & veritatem ipsam secuti. Lin. 30. *si res à nobis abesset*] amicus quidam meus legendum censet: *a nobis abiret.*

IN EPIST. 13. Pag. 498. lin. 3. *si metuendus iratus est quies tamen ab illo fortasse nascetur*] secutus sum cod. vulgatos, quibuscum consentiunt nonnulli Memmiani. P. Victorius secutus suum illum codicem antiquissimum, edidit. *quiescès tamen*, &c. cuius sui facti nullam præterea rationem affert. Ego scripturam illam planè mendosam esse puto: & treis illas literas postremas, *ces.* ex annotatione natas suspicor, cum aliquis asscripsisset è regione horum verborum: *si metuendus iratus est. ces.* seu *cæs.* id est, Cæsar; quod postea translatum à librario est in contextum verborum Ciceronis, & adiunctum nomini *quies*: quæ mea suspicio si cui fortè non videbitur probabilis, videat num dici possit, has literas, *ces.* esse & transpositas & corruptas, & sic deberi scribi, *scil.* vel *sc.* tantum: ut hoc totum ita sit legendum: quies scil. id est, scilicet. Ego tamen priorem meam coniecturam veriorem existimo.

IN EPIST. 14. Pag. 499. lin. 4. *verendum est ut honestè*] sic est legendum, libris omnibus invitis. hoc enim significat, si aliæ matronæ nobiles, & honoratæ nō sunt Romæ, vix Terentiâ & Tulliam honestè esse posse. Sic autem loquitur, *verendum est, ut vos honestè esse positis*, id est, *verendum est ne non positis esse honestè.* Confirmat meam coniecturam, verbum *verendum* quod mox iteratur, quasi iam semel antè positum: *etiam illud verendum est* inquit, *&c.*

IN EPIST. I. LIB. XV.

Pag. 505. lin 9 *ab Iamblico phylarcho Arabum*] Ego legendum puto, *Phararcho Arabum.* Est autem Phararchus is, qui præest turribus, ijs, unde lumē sublatum significat navigantibus ubi loci sint, & unde, si quid sit quod scire opus sit, sublatis ignibus longo ordine, & immenso spatio, dum turris turri vicinæ signum dat, res in disiunctissimis locis gestæ cognoscuntur. Lin. 26. *serius vos quidem, quam decuit*] Quidam legi volunt *debuit*, impersonaliter.

IN EPIST. 3. Pag. 510. lin. 29. *ut, quæ copys & opibus vix*

vix tenere posimus] Nonius Marc. legit, *ferre vix possumus.*

IN EPIST. 4. Pag. 512. lin. 26, *tum præstanti magnitudine*] secutus sum codices Mem. rejecta & vulgata lectione *præsenti magnit.* & Florentina. *præsentia magnitudine, &c.* Lin. 38. *& omninò ÿs, qui novari aliquid, &c.*] cùm & in vulgatis libris, & in manuscr. legeretur. *& toto ÿs:* Ranconetus conjectura ductus legendum putabat, *extorta ĭs, qui, &c.* Sed Victorius melius, *& omnino ÿs, qui, &c.* Alij *& socÿs, qui, &c.* Pag. 513 lin. 30, *si ita tempus ferret*] Duo codices Mem. habent: *si ita opus foret.* Pag. 514. lin. 14. *acriter & diu pugnantibus*] Videntur legendum, *repugnantĕis.*

IN EPIST. 6. Pag. 529. lin. 30, *non ut nimis concupiscendus honos*] Sic habent tres codices Mem. & Huraltinus. & Clericanus.

IN EPIST. 13. Pag. 525. lin. 25, *mihi ad remunerandum*] Legendum censeo *ad te remunerandum.*

IN EPIST. 14. Pag. 527. lin. 36. *Vnus scilicet ille fructus*] secutus sum libros vulgatos. Nam manuscr. alii habent, *unus ille fructus*, alij: *unus scilicet esset fructus*, alij, *unus scilicet uni fuit us.*

IN EPIST. 16. Pag. 530. lin. 15. *quam tu syllabam, aut literam*] sic potius putavi esse legendum, quemadmodum reperi scriptum in cod. Mem. & Cleric. quàm vel ut habent exusi *scedulam*, vel ut P. Victorius edidit, *scidam*, quod Carisius interpretatur chartam. Nam præter horum librorum auctoritatem, quam non puto condemnendam præ aliorũ auctoritate, longè, meo quidem judicio, concinnius & elegantius est ita loqui: *hæc epistola te oppressit antè quam tu ad me syllabam, aut literam ad me miseris*: quam sic, *antè quam tu ad me chartam aut literam.* Suprà autem legendum fortasse est, *oppressĕrit*, ubi est *oppressit*, pro *operiu sit*: quod est in libris manuscript. Lin. 32. *quod eum velis, ipsa occurrunt*] sic restitui conjectura ductus. Dicebat enim Epicurus, imagines seu simulacra ad arbitrium nostrum ad nos advolare, sive ea quib. cerneremus, sive quibus cogitaremus. Præterea quæ sequuntur meam cõjecturam confirmant, ibi, *in meáne potestate sit effectum tuũ, &c.* Postremò *occurrunt*, non, *occurrunt.* Sic enim Lucr. lib. 4. *Anne voluntatem nostram simulacra tuentur: Et simulac*

volumus, nobis accurrit imago? Et M. Tullius lib. 2 de Divin. *Quid? Ergo istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut, simulatq; velimus, accurrant?*

IN EPIST. 18. Pag. 533. lin. 3. *mea molesta est*] sic habent omnes lib. sed assentior *P.* Manutio, qui locum corruptum ac mēdosum esse putat. Quod autem legendum existimat *mea in palæstra est*, ut opponatur illi superiori membro: *tua quidem in culina est*: nondum constitui apud me probare debeam, nēcne. Quidem amicus meus vir doctus, legi potiùs putat oportere, *mea in molestia est*, cui assentior: sic autem loquitur lib. 4. epist. ad *P.* Nigidium Figulum, *id tibi affirmo, te in istis molestijs, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum.* Paulò antè hæc eadem epistola videtur legendum, *si φλυαρὸν aliquem habuissem.*

IN EPIST. 19. Pag. 534. lin. 9. *Nam habet damnatos*] P. Manutius in prima editione edidit *dominatos.*

IN EPIST 21. Pag. 537 lin 1. *quo tamen ipso, me facturum satis*] vel sic legendum, ut edi jussi; *confido me facturum satis.* vel, *quod tamen ipsum tibi confido futurum satis.* Lin. 18. *absentiem memoriæ colam*] malim legi, *absentiam, &c.*

IN EPIST. III. LIB. XVI.

Pag. 539. lin. 17. ET C. FILIVS] legēdum & Q. Filius. erratum est operarum.

IN EPIST. 12. Pag. 547 lin. 9 *non solum improbis, sed etiam ijs, qui*] secutus sum cod. manuscriptor. auctoritatem: qui omnes ferè sic habent: atq; ita edidit *P.* Victorius. Vulgati autem habent, *non solum improbos sed etiam eos, &c.*

IN EPIST. 14. Pag. 550. lin. 9. *plenam timoris, ac miseriæ, tuis literis nihilo sum, &c.*] sic edidit P. Victorius: quorum verborum negare non possum sententiam facilem esse ac planam. *miserius* enim tantundem ferè valet quantum, *quod miserius.* Sed non videtur codicum Mem. scriptura esse repudianda, *plenam timoris ac miseriæ. Tuis literis, &c.*

IN EPIST. 17. Pag. 552. lin. 10. *quæ quidem comitatu ἀφωμίλησα*] locus est obscurus & suspectus. ego nihil varietatis in libris veteribus reperi. Licet dicere hanc esse sententiam, ego me ab hoc comitatu abstraxi, ac removi, neq; cum eo congressus aut colloquutus sum.

IN

IN EPIST. 18. Pag. 552 lin. 3. *Tibi* Διαφόρων gaudeo] ἀπαφόρων habet nonnulli codices veteres: quam lectionem sic probabimus, vocis contentionem & exercitationem intelligimus Tironi profuisse. Pag. 553. lin. 2. πέψιν, ἀλυσίαν, &c. τρίψιν habent ijdem libri: quod próbo. πέψις autem id est, frictio. Lin. 14. *bonus homo*] Observatum est à studiosis Ciceronis nunquam ferè ab eo dictum esse *bonus homo*: semper *bonus vir* itaq; legendum hic fortasse est, *bellus homo*.

IN EPIST. 21. Pag. 555. lin. 3. *Nam cum omnia mea causa velles, tum etiam tua*] Duas has voces, *mihi successa*, quæ fuerant interiectæ, delevi. Erant enim supervacaneæ, & solœcismum gignebant. Ita enim Latini loquuntur, *omnia tua causa volo*: neque addunt hæc *mihi successa*. Pag. 556. lin. 20. *Multum enim mihi eripiuntur operæ*] Legendum censeo, *deripitur*, quod valet detrahitur.

IN EPIST. 24. Pag. 558. lin. 16 *eum quod egerint*] Sic legendum putat hunc locum Adr. Turnebus in adversar. Vbi libri vulgati habent *scierim quod egerint*.

IN EPIST. 26. lin. 5. *Vide ut probare possit, te non peccasse*] legendum fortasse est *Vereor ut probare possit te non peccasse*.

FINIS.

VERBA GRÆCA, LATINIS EXPRESSA.

EX LIBRO II.

Epist.8. πολιτικώτερον: *civiliorem.*
epist.13. κωμικὸς μάρτυς: *comicus testis.*

EX LIBRO III.

epist.7. ἐξοχή: *excellentia.*
eadem. εὐγένεια: *nobilitas.*
eadem. παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι Οἵ κε ἐμὲ τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς: *apud me quidem & alij, qui me colent, maximè verò consiliarius Iupiter.*
eadem. φιλαίτιος: *querulus.*
epist.9. Ἐπικούρειον: *Epicureum.*

EX LIBRO IV.

epist.4. εἰρωνεύεσθαι: *dissimulare.*
eadem. εἰρωνευόμενος: *simulans.*

EX LIBRO VI.

epist.3. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας: *noctuam Athenas.*
epist.19. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα: *virtutis verò sudorem.*

EX LIBRO VII.

epist.13. πολιτεύεσθαι: *res publicas regi.*
epist.6. φιλοθεάμονα: *spectandi cupidum.*
epist.20. Νίκωνος περὶ πολυφαγίας: *Niconis de edacitate.*
epist.25. γέλωτα σαρδώνιον: *risum Sardonium.*
epist.26. δυσουρικά, καὶ δυσεντερικὰ πάθη: *vesicæ, & viscerum tormina.*
eadem. δυσεντερίαν: *viscerum morbum.*
eadem. λιτότητα: *frugalitatem.*
eadem. διάρροια: *profluvium.*

epist. 29 χρήσει μὲν : usu quidem
eadem. κτήσει δὲ : mancipio autem.
epist 32. σύνταπιλία : festivitas.
eadem. ἀκύθηρον : invenustum.
eadem. ἀμφιβολόγιον : ambiguum.
eadem. ὑπερβολὴ : superlatio.
eadem. παρεγράμματα : commutatio literæ.
eadem. παρὰ προσδοκίαν : præter exspectationem.
eadem. ἐντέχνια : artificiosa.

EX LIBRO VIII.

epist. 3. σκεύημα : opus.
eadem. διδασκαλίαν : disciplinam.

EX LIBRO IX.

epist. 2. ἠλω : obsoleta.
eadem. λιληθότως : sensim.
eadem. πολιτείας : rerum publicarum rectiones.
epist. 3. γλαυκὶ εἰς Ἀθήνας : noctuam Athenas.
epist. 4. περὶ δυνατῶν : de ijs, quæ fieri possunt.
eadem. κατὰ Διόδωρον κρίνειν : ex Diodori sententia iudicare.
eadem. τῶν ἀδυνάτων : ex ijs, quæ fieri non possunt.
eadem. κρίσις : iudicium.
eadem. Χρυσιππεία : Chrysippeum.
eadem. κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν : è Chrysippi sententia quod fieri possit.
epist. 7. σκέψασθε δύ' ἐρχόμενοι : simul & duo euntes.
eadem. ἀπορριπτούμενον : reiectum.
eadem. πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων : multi discipuli meliores magistris.
epist. 10. ἀθετίζει : vetu notat.
eadem. τῆς ποιητῆς : Poetæ.
eadem. συμπεπτωκόσι : interiectis.

eadem.

eadem. συμβλόντα: convictorem.
epist. 17. ἀπορθεγμάτων: dictorum.
epist. 18. προλεγόμενα antedicta.
epist. 20. ὀψιμαθεῖς: sero discentes.
epist. 21. ἀπόσυγμα quod non successit.
epist. 22. ὁ σοφὸς ἀνεύρημων ἐσυσapiens rectiloquus eris.
epist. 24. συμπόσια: compotationes.
eadem. ζωόδεικτα: concœnationes.
epist. 25. Κύρου παιδείαν: Cyri disciplinam.
epist. 26. ζήτημα: quæstionem.

EX LIBRO X.

epist. 13. πολίπορθον: urbis direptorem, Hom. in Od. 1. & 12.

EX LIBRO XI.

epist. 24 ὄργανον: instrumentum.
eadem. σκιαμαχίαν: umbratiles pugnæ.
eadem. λακωνισμὸν: brevitatem.
eadem. φιλοσοφήματα in philosophia tractata.
epist. 13. Παλλῆ: proprium nomen loci.
epist. 14. πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν: patriam meam magis amans.
epist. 16. ἐλευθερολογίστερον liberior in loquendo.
epist. 20. πάντα περὶ πάντων: omnia de omnibus.
epist. 22. τυραννοκτόνοι: tyrannicidæ.

EX LIBRO XIII.

epist. 1. ὑπομνηματισμὸν: decretum, quod ad rei memoriam literis mandatum sit.
epist. 15. ἀλλ' ἐμὸν ἄπαντα θυμὸν ἐν στήθεσσιν ἔπειθεν: sed meum nunquam animum in pectore persuadebat.
eadem. ἄλκιμός ἐσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ: fortis esto, ut aliquis te & posterorum laudet.
eadem. ὡς νεφέλη κάλυψε μελαινα: sic nebula involuit atra.
eadem. μὴ μὲν ἀπαθὲς ἔτι καὶ ἀκλεῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μέγα

μέλλω ῥέξας τι, καὶ ἐστερημένος ἀνυβρίστως : ne negligenter, & sine gloria peream. sed magno aliquo edito facinore, & posteris audiendo.

eadem. Εὐριπίδης : Euripidis.

eadem. Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός : odi sapientem, qui non est sibi sapiens.

eadem. ἅμα πρόσω, καὶ ὀπίσω : simul antè & ponè.

eadem. αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων : semper antecellere, & principem esse aliorum.

epist. 53. διοίκησιν : iurisdictionem.

epist. 56. ὑποθήκας : pignora.

epist. 57. τρεῖς διοικήσεις : tres iurisdictiones.

EX LIBRO XIIII.

epist. 7. χολὴν ἄκρατον : bilem meram.

EX LIBRO XV.

epist. 16. καθ' εἰδώλων φαντασίας : per spectrorum visa.

eadem. διανοητικὰς φαντασίας : intelligentia visa.

eadem. εἴδωλον : imago.

eadem. αἱρέσεις : secta.

epist. 17. πάντα περὶ πάντων : omnia de omnibus.

eadem. πρόσωπον πόλεως : faciem civitatis.

eadem. ἀδιαπτώτου : sine auctore.

eadem. τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν : honestum per se optabile.

eadem. ἀκενόσπουδος : non inanis homo studij.

epist. 18. φλυαρῆσαι : garrulum.

eadem. σπουδάζειν : seriò agere.

epist. 19. τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν : honestum per se expetendum.

eadem. ἡδονὴν : voluptatem.

eadem. ἀοδυνησίαν : indolentiam.

eadem. τῷ καλῷ : honesto.

eadem. οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς, καὶ δικαίως ζῆν,

πολὺ

non potest iucundè, nisi honestè, & iustè vivi.

eadem. φιλήδοτοι : cupidi voluptatis.

eadem. φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι : cupidi honesti, & cupidi iusti.

epist. 10. ἀντιμυκτηρίσαι : vicissim deridere.

EX LIBRO. XVI.

epist. 6. κακοστόμαχος : stomacho non bono.

epist. 8. ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ : tuta quidem, sed diuturniora.

eadem. Ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον : frigus autem tenui cuti inimicissimum.

epist. 12. ἔντιμον : notationem.

epist. 18. κανὼν : regula.

eadem. ἄκυρον : improprium.

eadem. διαφόρησιν : gestationem.

eadem. πέψιν, ἀλυπίαν, εὐδιαστατον σύμμετρον, τέρψιν, ὄλυσίαν κοιλίας : concoctionem, hilaritatem, ambulationem modicam, oblectationem, facilitatem alvi.

epist. 21. συζητήσαι : mutua quæstione.

eadem. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε : quæ igitur ad nos spectant, hæc sunt.

eadem. διαῤῥήδην : apertè.

eadem. ἀκρόδη : contentio.

eadem. συμφιλολογεῖν : de literis inter nos disputare.

epist. 23. παυικηῖς : paucis terroribus.

eadem. θορυβοποιεῖ : tumultuatur.

eadem. γόνυ κνήμης : genus tibia, subaudi propius est.

FINIS.



De diebus mensium

Aprilis ter denos Jun: September, November
Uno plus reliqui viginti Februus octo
At si bissextus fuerit superadditur unus
Ma. Mat. dicatur sed festum non variatur

De Calendis Nonis et Idibus

Prima dies mensis cuiusque est dicta Calenda
Sex Nonas Maius, October, Julius et Mars
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo
Inde dies alios omnes dic esse calendas
Quas retro numerans dices à mense sequenti

De festis immobilibus

Sex sunt ad Puri: bis sex sunt usque Philippi
Ad Jacobum totidem novem sunt ad Michaelem
Sex ad Martini sex ad Natalia Christi
Adde dies octo: totus completur annus.

De partibus anni

Dat Clemens hyemem: dat Petrus ver Cathedratus
Aestuat Urbanus, Autumnat Bartolomeus

De aequinoctijs & solstitijs

Lamberti, Gregorij nox aequata diei
Vitus, Luciae sunt duo solstitia

NOTATA QUÆDAM IN CICERONEM.

LEGATUS est adjunctus Imperatori militiæ gnarus ut Imperatori consilio operaq. adsit. Dicitur à legando, quoniam legatur à Senatu. Numerus incertus: modo plures modo pauciores. Potestas illorum fuit larga, interim obnoxia Imperatoris. Sub principibus duo fuerunt illorum genera. Alij enim fuere consulares alij praetorij. Illi fuerunt toti exercitui: Hi certis legionibus idq. inventi Augusto. Mittuntur à consentientibus patribus.

INTERREX est q. ~~vicem~~ Regis defuncti vice fungitur donec alius suis suffragijs designatur.

PRÆSIDIUM est praesidis actio et praesidis autoritas quasi subsidium.

LEGIO à legendo quia leguntur homines, videlicet fuit 3000 hominum.

CONSUL à consulendo et consulere idem est ac rogare sententias juxta Quint.: consulere est indicare. Consules fuerunt duo.

INFIMI ORDINIS homines q. soliti sunt versari subrostris.

CANDIDATI q. in alicuius magistratus aut dignitatis petitione versabantur. à tunica candida, quam id temporis induebant. Ire autem Candidati solebant per Comitia rogando et submittendo se civibus. Inde per metaphoram aliarum rerum petitores candidati dicuntur.

EPICURUS est auxiliator ex ἐπὶ et κουρος juvenis. Et homo peculiaris sectæ Philosophorum, fuitq. ab illo q. summum bonum collocarit in voluptatem interim sunt q. mitigant.

AREOPAGITÆ fuerunt Athenis iudices capitalium
et maximè arduarum rerum severi et qui noctu
iudicabant, ut non viderent sed audirent litigan-
tes. Et ex horum numero fuit Dionysius de quo mentio Act. cap: 17. v.
ab Areopagus et ex ἄρειος et πάγος collis i.e. collis
Martius locus Athenis iudicii dictus Martius q. is
se primus sistere iudicio interfecto Halirrhotio
coactus fuerit.

SESTERTIUS masculini generis non unum semper
valorem habuit, variavit n. pro varietate valoris denarii
nisi eo omnes conveniunt, quod sestertius fuerit quarta
pars denarii: quando enim denarius decussis i.e. decem
assibus existimabatur, sestertius duobus assibus et semisse
permutabatur, at cum sedecim assibus denarius permutatus
est, sestertius quatuor asses ~~est~~ valuit. Buntingus
in tabulis ponderum et monetarum denarium
vocat dimidium quartae partis thaleri, unde de-
narius ei est 6 ß et sestertius 3 semisses (Söslings)
unde quatuor sestertii faciunt octavam thaleri
partem, octo sestertii quartam partem thaleri,
sedecim sestertium dimidium thaleri, triginta
duo unum sunt integrum thaleri. Genitivus
pluralis sestertiorum et contract: sestertium est
est hic contractus ex nominativo plurali neu-
tro sestertia, notaturque eo non unus sestertius
sed mille sestertii, scilicet quando ipsi praeponi-
tur nomen numerale cardinale, ut decem sester-
tia sunt decem millia nummorum sestertiorum.

quadraginta sestertia 40000. Verum si superius adverbium voci sestertium, non mille sestertiorum notat. Sic decies sestertium est decies centena millia sestertiorum. Quadringenties sestertium est quadringenties centena millia sestertiorum.

SCRIPTURA apud Cicer: et alios Latinae linguae scriptores est scriptura, quam exercebant, qui agri pascuis aut pecoribus praeerant, unde etiam qui portus aut portuaria curabant vectigalia describentes aut colligentes magistri scripturarum et portus dicebantur.

SOCII sunt confoederati et consortes armorum. Erat autem discrimen inter socios et auxiliares. Socii semper erant Italici, Auxiliares externi. Illi militarunt semper gratis se sine Romanorum impendio excepto frumento. Hi sc. auxiliarii mercenarii erant et quamquam saepe à Regibus missi suopte sumtu tamen et pecunia etiam scripti.

SACERDOS autore Strabone in Cappadocia secundus post regem erat in honore, saepiusque reges et sacerdotes ex eadem erant gente.

COHORS PRAETORIA erat illa pars exercitus quae circa Imperatorem erat, illumque curaret.

VINEA est instrumentum bellicum et tegmen quoddam sub quo milites arietibus murum percutiebant.

SUPPLICATIO erat gratulatio solennis et sacrificium quod faciebant diis suis pro concessa victoria, suntque honor triumphi minor.

SENATUS CONSULTUM erat id, quando legitimus senatorum numerus aderat, qui rem ratam esse volebant.

AUTORITAS e(st) quando iustus numerus senatorum non aderat, tum eorum nomina ad tabulas referebat.

NOX APUD ROMANOS divisa fuit in quatuor vigilias, quarum prima initium cepit ab hora quasi ut sexta vespertina, et ultima terminata fuit cum hora sexta matutina et sic quaevis vigilia trium horarum fuit. Alij dividunt noctem in tres vigilias et singulis vigilijs attribuunt quaternas horas

URBANITAS est illa qua nihil absonum nihil agreste nihil inconditum nihil peregrinum nec sensu neque verbis neque ore gestuve possit reprehendi ut non tam sit in singulis verbis et dictis quam in toto colore dicendi differt à dicacitate

APPARITORES dicebantur Romanis magistratibus praeerant, qui ad eorum mandata parati adesse et coram ipsis apparere cogebantur, ut erant scribae, interpretes ac praecones lictores viatores et huius generis alij

PROCONSUL et PROQUAESTORES aut sortiebant aut comparabant inter se provincias. Quaestores autem non comparatione sed sortione ibant in provincias

SORS sortem veteres interpretabant divinam, et quod sorte eveniebat id deorum voluntate convenire arbitrabantur

STATORES qui stare cogebantur exspectantes mandatum dominorum suorum

IVPITER STATOR, quia cum hostibus cecidisset et Romulus lapide in capite ictus esset fugam Romanorum, orante Romulo stiterat

QVINQUATRUS erant festa dicata Minervae et celebrabantur per quinque dies teste Ovid:

Una dies media est et fiunt sacra Minervae
Nomina quae iunctis quinque diebus habent

Varro quinquatrum dictum ait appellatum quod erat post quintum diem Idus Martij id est decimum quartum calendas Aprilis. Quanquam Ovidius sententiam praeferimus primo die ferebant sacrificia 2 3 4 5. exhibebebant spectacula quinto urbis lustratio

MAIESTAS est ex Ulpiano, crimen illud quod adversus populum Rom: et eius securitatem committebatur id est in quo laedebatur aut dignitas aut securitas eius et pertinent ad hoc crimen omnia, quaecunque aut populo aut magistratibus eius injuriae facta sunt

AMBITUS proprie est locus inter duo aedificia duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus et hoc est ~~ex~~ propria significatione. Ambitus Rom: erat crimen illud quo quis se in ambiendo magistratu obstrinxit. Ambire illis erat petere, verum studiosius et impensius quam mores et civitates ferebant.

COMITIALES dies quo cum populo agere licebat

SCENA est tabernaculum q[uod]cunq[ue] factum est fron-
dibus, pelle aliave materia 2 est tabernaculu[m]
theatrale vel festivum 3. Quodvis naturale
umbraculum 5to est pars actus drammatis
poetici unde servire scenae sich in die zeit schicken

IULIA LEX erat illa quam C. Julius Caesar consul
tulerat, qua provinciarum rationibus referri
iubebat, eam legem q[uae] contra auspicia lata
esset, Bibulus Caesaris inimicus Syriae procon-
sul, servare nolebat, quem et Salustius mini-
tare decreverat.

TERUNCIUS a tribus unciis dictus fuit nummus
argenteus aereo quadranti respondens.

PALUDAMENTUM est chlamis seu vestis qua
imperatores et duces in bello et ex urbe ad
bellum profecturi utebantur

SACRAMENTUM ut a iurando est iuramentum
a medicando medicamentum ita sacramen-
tum a sacrando sive assecrando deducitur.
Est quo ultimo est rei sacratae signum apud
profanos autores significat pignus seu cer-
tam pecuniae summam a duobus in iudicio
contendentibus apud iudicem vel etiam pon-
tificem et positam ea lege, ut qui vicisset suam
a sacro reciperet, victus autem pecuniam
relinqueret aerario in poenam temerarij

litigij: unde apud Ciceron: sacramento contendere
wir gewinnen streit
Etesiae sunt venti à septentrione in occidentem, in-
de in Orientem flantes. Flare incipiunt sep-
tenis Julias diebus octo ante caniculae ortum, nec
desinunt nisi post 40 dies.
CENSORES dicuntur Magistri morum, quia recensi-
moribus quinto quoque anno creabantur Cic. lib. 3
de legibus illorum officium erat curare ut facere
non in domo cuiusdam essent sed populo paterent.
Alicia est locus Arcananiae quindecim stadijs dist.
à mari, quondam dictus Neritum
STADIUM Plinius et Columella metiuntur stadium
centum viginti quinque passibus h.e. 600. 25 pedes
Gellius sexcentis pedibus Suidas è stadijs septem
et dimidio milliare constituit, qua ratione
milliarium è mille passibus, unde nomen acce-
pit non constabit. Idem ferè sensisse Plutar-
chus, nam in vita Gracchi milliarium inquit
esse è stadijs paulo minus quam octo, cum ex
octo integris constare debeat, si modo in
stadio passus fuere centum 25 in milliario
mille.
VETERES SCRIPSERUNT 1 folijs arborum 2 corticis
3 plumbo 4 linteis 5 cerâ stilum usurparunt
ferreum 5 membranis 7 lapidibus 8 aere 9 in-
testinis animalibus 10 chartis et papyris

PROVINCIA q. procul victa, interdum venit et [sine provocatione]
quarum officium Terent. curam accepisti provinciae
et atque aliae omnes regio extra Italiam bello devicta, in quas provincias Romani mittebant
consules et praetores cum officio.

PRES Varro dicit cum esse praedem qui a magistro interrogatus in publicum, ut praestet, a quo
et cum respondet praedico.

REFERRE IN RATIONES et in rationes deferre distra[?]
illud in rationes sit nomen aliquod in conficiendis rationibus inter caetera nomina conscribere
HOC fieri dicatur cum aliquid una cum reliquis rationibus ad aerarium refertur.

AVE erat salutatio matutina
SALVE vespertina

DESPERARI de aegroti dequorum salute nulla amplius supra est spes in Cic: sunt
susati interdum quibus nulla spes.

LEX SUMTUARIA est lex quae agit de sumtibus sumtus a intelligunt sumtus conviviorum
lex ista conscribebat et victum et numerum conviviarum

COENA AUGURALI est coena quae solet dari ab Auguribus nuptialis: frequenter autem sacerdotium collegiis dabat lautam imprimis atque opiparam coenam ideo venit quod magnifica et lauta coena.

SUBTILITAS cernitur in periodis et sententiis
ELEGANTIA tantum in verbis
GALLIA duplex: cis Alpina et trans Alpina. Haec
à studio nutriendi capilli comata dicebatur. Illa Bra-
cata, à vestium habitu Braccis scilicet longioribus
LATIUM teste Plinio ea pars est Italiae quae inter ostia
Tiberis et Circaeos
SENTINA est locus in navi imus ubi aqua non munda con-
gregatur et interdum idem ac infimus et ultimus reip: locus

Index Epistolarum
Accusatoria ~~...~~ 120
lib: epla
5 1
5 7
8 17
9 19
10 27
Adhortatoria
7 1
7 4
6
Commendat: ~~...~~ 5
Confutatoria
Conquestoria
Consolatoria p 9. 101, 146, 148, 150. 159. 164. 193.
Dehortatoria vel dissuasoria
Disputatoria lib: 7. e: 26.
Excusatoria vel purgatoria ~~lib: 9~~ 18
Expostulatoria
Familiares
Gratiarum actio
Gratulatoria
Hortatoria

Accusatoria 33

Judicialer

Lamentatoria

Monitoria

Narratoria 16

Nunciatoria 6

Observatoria

efficiosa

Philosophica

Responsoria 10

Sollicitatoria

Suasoria

Suasoria 106, 108, 109, 267, 269, 508

Schmeichelnde

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0633
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0634
DFG

o cus est in epist. libris difficilis & obscurus, & meo quidem judicio, corruptus hic est. Difficultas autem est in verbo *comperisse*, & in his verbis, quod *abs te aiunt*, &c. quae planè depravata sunt. Quod igitur ad verbum *comperisse* attinet, constat sæpè objectum fuisse Cicer. iuratum dixisse, se comperisse & patefecisse conspirationem, cōjurationemque illam Catilinariam l. br. }. epistolar. ad Atticum, epist. cujus initium est, *verebor ne puditum*, &c. Sic Cicero. *Clodius conciones miseras habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam coss. contumeliosè lacerabat: me tantum comperisse omnia criminabatur.* Sallustius, aut quisquis auctor fuit illius orationculæ in M. Tull. *Qui verò nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatū venerat, aut insidias senatui fecerat: denig, de te tibi compertum erat.* Huc pertinet etiam illud, quod est in Lucullo: *An tu cum res occultissimas aperueris, in lucemq; protuleris, iuratusq; dixeris eas te comperisse* &c. Et quod est in orat. pro Sylla: *Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit: me accusat: ait me alter, ac dictum est in tabulas pu-*

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 094
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778426297/phys_0635
DFG